THE LIBRARY
BRIGHAM YOUNG U. IVERSITY
PROVO, UTAH

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Brigham Young University

http://www.archive.org/details/titiliviaburbeco05livy

SCRIPTORVM CLASSICORVM BIBLIOTHECA OXONIENSIS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

878.4
H62c
V.5

TITI LIVI

AB VRBE CONDITA

TOMVS V. LIBRI XXXI–XXXV

RECOGNOVIT
ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT
ALEXANDER HVGH McDONALD
COLLEGII DE CLARE CANTABRIGIAE SOCIVS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
MCMLXV

OXONII

Excudebat Vivianus Ridler

Architypographus academicus

© *Oxford University Press 1965*

PRINTED IN GREAT BRITAIN

THE LIBRARY
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
PROVO, UTAH

PRAEFATIO AD LECTOREM

Ex vitae laborisque cursu abiit anno 1936 Stephanus Keymer Johnson, iuuenis humanitate ac doctrina praestans, qui hanc lampada studiorum Liuianorum de Waltersii Conwaiique manibus acceptam fideliter fouebat. Iam ille Libros xxvi–xxx feliciter ediderat, iam de Quartae Decadis codicibus diligenter quaerebat ut rationem recensendi sibi constitueret,[1] cum fato tristi ereptus est. Quantum hinc Liui fortunae defuerit, tu facile intellexeris. Optime quidem ille de Liuio est meritus: si monumentum requiris, lector beneuole, aspice insignem Quarti Tomi editionem.

§ 100. *De Quartae Decadis Codicibus*

(i) Ex codicibus recentioribus (*Recc.*, saec. xiv–xv) Editores ueteres inde ab anno 1469 (ut uidetur) traditionem Librorum xxxi–xxxii, xxxiv–xl. 37. 3 euolgauerunt, mendis emendationibusque deprauatam.[2] Deinde ex codice Moguntino (*Mg*, fort. saec. ix), qui Libros xxxiii. 17. 6–xl continebat, Nic. Carbachius anno 1519 et Sig. Gelenius anno 1535 traditionem diuersam receperunt ad Libros xxxiii. 17. 6–49. 8, xl. 37. 3–59. 8 supplendos aliosque locos corrigendos;[3] codicem quoque Spirensem (*Sp*), qui eosdem ac *Recc.* Libros continebat, Gelenius contulit in usum;[4] ex his codicibus, hodie deperditis, ea tantum illi excerpserunt quae ipsi utilia arbi-

[1] S. K. Johnson, *Class. Quart.* 21 (1927), p. 67.

[2] Io. Andreas (Bussi), *Ed. pr.*, Romae, 1469 (?: deest annus; ante *Ed. Ven.*, 1470); u. § 116 ii.

[3] Nic. Carbachius et Wolfg. Angustus, *Ed. Mog.*, Moguntiae, adscr. m. Nov. 1518, sed ad *Praef.* Id. Mart. 1519: edita m. Apr. 1519 (A. Mercati, *Rend. Pont. Accad. Rom. Arch.* 9 (1933), p. 53). Beatus Rhenanus et Sig. Gelenius, *Ed. Frob. alt.*, Basiliae, 1535; u. § 118.

[4] Gelenius, ibid.; u. § 117; *Sp.* fort. saec. xi (§ 117 iii).

trabantur. Inde ab anno 1615 codex Bambergensis (*B*, saec. XI) Libros XXXI–XXXVIII. 46. 4 praebuit, maiore fide conseruatos; nihil uero editores nisi Librum XXXIII. I. 1–17. 6 suppleuerunt.[1] Postea per duo saecula, codice *B* iterum delitescente, studia quidem Liuiana uigebant—ea autem coluit J. F. Gronovius—ita tamen ut textui illa Bambergensis auctoritas deesset; neque enim Arn. Drakenborch, cum codices recentiores inspexisset, lectiones sinceras a speciosis poterat discernere.[2] Rursus tandem anno 1822 Fr. Goeller codicem *B* in lucem protulit, sed lectiones eius neglegenter enotauit.[3] Optime igitur de editoribus meritus est J. Th. Kreyssig, qui totum codicis testimonium anno 1839 accuratissime conlegit.[4] Inde ab anno 1851 Quartam Decadem noua recensendi doctrina expurgauit instruxitque denuo et commentatione ornauit W. Weissenborn, dein recensuit suoque Marte emendauit J. N. Madvig; quos secuti M. Hertz, M. Müller, H. J. Müller, W. Heraeus, A. Zingerle editiones nostras curauerunt.[5]

Discriptio codicum:

XXXI–XXXII	*B*	*Recc.*	(*Sp*)			
XXXIII. I. 1–17. 6	*B*					
XXXIII. 17. 6–49. 8	*B*			*Mg*	(*F*)	
XXXIV–XXXVIII. 46. 4	*B*	*Recc.*	(*Sp*)	(*Mg*)	(*F*)	(*R*)
XXXVIII. 46. 4–XL. 37. 3		*Recc.*	(*Sp*)	(*Mg*)	(*F*)	
XL. 37. 3–59. 8				*Mg*		

[1] *Liber XXXIII*, ed. Casp. Lusignanus (em. Fr. Bartholinus et Ant. Quaerengius), Romae, 1616; iterum ed. Io. Horrion, Paderbornae, 1617.

[2] Arn. Drakenborch, *T. Livii Historiarum Libri*, Tom. IV–V, Lugd. Bat./Amst., 1741–3; cf. Tom. VII (1746), p. 327.

[3] Fr. Goeller, *Liber XXXIII*, Francof. ad Moen., 1822.

[4] J. Th. Kreyssig. *Liber XXXIII*, Misenae, 1839; u. § 104.

[5] W. Weissenborn, *Ed. Teubn.*, Lipsiae, 1851 (iterum ed. M. Müller–W. Heraeus, 1887–1908); id. *Comm. Weidm.*, Berolini, 1860–4 (iterum ed. H. J. Müller, 1883–1909); M. Hertz, *Ed. Tauchn.*, Lipsiae, 1862; J. N. Madvig–J. L. Ussing, Hauniae, 1863–5 (iterum 1884); A. Zingerle, Vindo-

(ii) Iam constabat Spirensem codicesque recentiores ab eodem ac Bambergensem archetypo descendisse, non ex ipso *B* sed ex hyparchetypo prope ei cognato ortos, archetypumque a Moguntino diuersum fuisse.[1] Tum anno 1904 H. Fischer fragmenta Bambergae inuenit scriptura saec. v unciali exarata; quibus conexis L. Traube locos Librorum XXXIII–XXXV, XXXIX restituit textumque apud eos agnouit ex quo et *B* descriptus et *Sp Recc.* deriuati sunt. Illum codicem Traube docuit inde Placentia usque Bambergam peruenisse, qua ex re fragmenta Placentina (*F*) appellauit.[2] Postremo anno 1906

Stemma codicum:



bonae, 1890–4; u. Madvig., *Emend. Livian.*, Hauniae, 1860 (iterum auctior., *Em. Liv.*², 1877, sc. infra *Em.*).

[1] Madvig., *Em.*, pp. 445, 460; A. Luchs, *De Gel. Codice Liv. Spirensi Comm.*, 1890, p. 12 [sc. *Cod. Spir.*].

[2] L. Traube, 'Bamberger Frag. der IV. Dekade des Livius', *K. Bayer. Akad. Wiss., III. Kl., Abh.* XXIV. 1, 1904 [sc. *Bamb. Frag.*]; ibid., *Sitzungsb.* 1907, p. 108 u. §§ 101–3.

M. Vattasso fragmenta Romana (*R*) Libri XXXIV.36 –40 edidit, scriptura saec. IV/V unciali exarata, quae textum nec Placentino nec Moguntino cognatum seruant.[1]

Ceterum restabat opus laboriosum ut de codicibus recentioribus—hi autem sunt fere nonaginta numero—rationem iam ab Johnsonio constitutam exsecuti, cum omnes recensuissemus, eos demum discerneremus qui hyparchetypi textum quam maxima fide praeberent.[2] Nunc concludi potest primum ab hyparchetypo Spirensem et alterum exemplar (χ) ortum esse, deinde ex χ duos codices ψ et ϕ descriptos stirpem codicum hodie exstantium—deperditi enim illi sunt—ita reliquisse ut tres ex utroque uel minimis emendationibus uideantur exarati esse;[3] quos ad eam traditionem restituendam conferimus ceterosque recentiores, sc. *Dett.*, ut qui eundem textum emendando gradatim deprauarint, ab usu abstrahimus.

Exemplar χ, ut docet G. Billanovich, codex 'Vetus Carnotensis' erat; ex quo Landulfus de Columna codicem ϕ ineunte saec. XIV curauit describendum et correxit, dein textum ex ϕ exaratum Petrarcha emendauit discipulique eius in *Dett.* prodiderunt; inde ortus apud Editores ueteres ille textus ad quem Carbachius Geleniusque Moguntinum et Gelenius Spirensem rettulerunt.[4]

§ 101. *De Fragmentis Placentinis, F (Bibl. Pub. Bamberg. Class. 35a)*

Inuenta sunt annis 1904 et 1907 Bambergae in Bibliotheca Regia (hodie Publica) fragmenta Quartae Decadis pergamena,

[1] M. Vattasso, *Frammenti d'un Livio del V secolo* (*Studi e Testi*, 18), 1906; u. § 119.

[2] Traube, *Bamb. Frag.*, p. 21; Johnson, op. cit. p. 68.

[3] Vide §§ 106–10.

[4] G. Billanovich, *Journ. Warb. Court. Instit.* 14 (1951), p. 151 [sc. *Petrarch*]; de nomine feliciter Ed. Fraenkel, *Journ. Rom. Stud.* 42 (1952), p. 140; u. § 111.

scriptura saec. v unciali exarata, quae in tribus codicibus latebant; ex quibus hi loci Librorum XXXIII–XXXV et XXXIX restituti sunt:

(i) Ex fragmentis in tegmine codicis theologici saec. xv (*Theol.* 99, olim Q. iv. 27) discerptis, partes trium foliorum (fol. 29 × circa 25 cm.):[1]

Fol. 1r, col. 1: 33. 34. 9 ⟨*Triph*⟩*ylia* ad 35. 4 *expro*|*m*⟨*eret*⟩, col. 2: 33. 35. 4 *expro*|*m*⟨*eret*⟩ ad 35. 12 *superse*⟨*disset*⟩, maior pars scripturae, ita disposita ut forma columnarum definiatur; col. 3: ad uersuum initium uoces ex 33. 36. 1, 3–4.

Fol. 1u, col. 1: ad uersuum finem uoces ex 33. 36. 7, 9; col. 2: 33. 36. 10 ⟨*hos*⟩*te*⟨*m*⟩ ad 36. 15 *cla*⟨*de*⟩, col. 3: 33. 36. 15 ⟨*accep*⟩|*ta sit* ad 37. 6 *fines*, ut in folio 1r, col. 1 et 2, maior pars scripturae.

Fol. 2r, col. 1: 35. 5. 10 ⟨*patieban*⟩*tur* ad 6. 1 ⟨*Mutina*⟩*m cum*, fol. 2u, col. 3: 35. 8. 4 ⟨*cons*⟩*ulis* ad 8. 9 ⟨*Titi*⟩*ni tr. p*⟨*l*⟩, late dispersa scriptura.

Fol. 3r, col. 1: 39. 36. 4 *parte* ad 36. 6 ⟨*se*⟩*natum fu*⟨*it*⟩, 36. 8 ⟨*ini*⟩*quita*⟨*tem*⟩ ad *quae*, maior pars scripturae; col. 2: 39. 36. 9 ⟨*Philopoe*⟩*mene* ad 36. 10 *Pelop*⟨*onneso*⟩, 36. 11 *Gythio* ad 36. 12 *uobis igi*|⟨*tur*⟩, col. 3: 39. 36. 12 *ea q*⟨*uae*⟩ ad 36. 14 *si di*|⟨*is*⟩, 36. 15 *delegerant* ad *posse*, scriptura paene integra.

Fol. 3u, col. 1: 39. 37. 1 ⟨*uestr*⟩*a* ad 37. 3 *ga*⟨*ud*⟩*eat*, 37. 4 ⟨*am*⟩*oliri* ad 37. 5 *seruitu*⟨*tis*⟩, col. 2: 39. 37. 6 *ad* ad 37. 8 *possent*, 37. 9 *se*⟨*r*⟩*uo*⟨*rum*⟩ ad 37. 10 ⟨*Achae*⟩*os*, ut in folio 3r, col. 2 et 3, scriptura paene integra; col. 3: 39. 37. 10 ⟨*uic*⟩|*tis* ad 37. 14 ⟨*ae*⟩*quo*, 37. 15 *Achaei* ad *host*⟨*is*⟩, maior pars scripturae.

(ii) In Ambrosii codice saec. x (*Patr.* 4, olim B. ii. 6) ad folium ultimum, fragmento hodie deperdito, uestigiis atramenti relictis, uoces unius columnae ex 33. 19. 1–5.[2]

(iii) Ex fragmentis quibus in Gregorii codice saec. xi (*Bibl.* 41, olim B. ii 16) partes folii diuulsi contextae sunt; col. 1: ad uersuum

[1] Traube, *Bamb. Frag*, p. 31 (imaginem phototyp. edit); lectiones ex *B* suppletae sunt.

[2] H. Fischer, *K. Bayer. Akad. Wiss.*, *III. Kl.*, *Sitzungsb.* 1907, p. 98 (imag. phototyp.).

initium uoces ex 34. 29. 11–14; col. 2: ad uersuum finem uoces ex 34. 31. 18–32. 2.[1]

§ 102. *De Codice Placentino*

Ex fragmentorum forma apparet codicem paginas trium columnarum, columnas xxxv uersuum, uersus circiter xix litterarum continuisse, de scriptura in Italia saeculo v esse exaratum.[2] Descripsit scriba textum, ut uidetur, satis accurate nec quicquam correxit nisi fortasse litteras superuacaneas, punctis superpositis. Qualia omisit uel repetiit, corrector aequalis (F^2) emendauit; qui menda punctis uel lineolis deleuit, lectiones manu unciali exigua superscripsit; necnon glossemata uidetur intulisse.

(i) Scriptura continua est; ad uersuum finem syllabae Romano modo diuisae; litterae *-m*, *-n* per lineolam scriptae, *-us*, *-nt*, *-unt* ligatae; compendia *-q.* (*-que*), *-b.* (*-bus*); notae *PR* (*Populi Romani*), *tr. pl.* (*tribuni plebis*). Orthographiae antiquae exempla: *-is* pro *-es* (Pl.); *-i* pro *-ii*, e.g. *ali* (33. 35. 10–11 bis), *concili* (39. 37. 7); *-is* pro *-iis*, e.g. *isdum* sc. *isdem* (39. 37. 2); *apstinere* (39. 36. 9–10 bis), *aliquod* pro *aliquot* (33. 36. 7).

(ii) 33. 34. 11 *Philo F*: *o* del., *ippo* suppl. F^2; 33. 36. 13 *carpentaria ca⟨pta c⟩apta F*: *ria* et ⟨*c*⟩*apta* del. F^1 uel F^2; 33. 37. 5 *occultas F*: *a* del., *o* suppl. F^2.

33. 35. 10 *non idem erga suam gentem Romanorum animus est post uictoriam qui in bello fuisset Mg* recte. Iam *post uictoriam* omisso *F* hic *iis*, infra ⟨*fuis*⟩*sent* pro *fuisset* scripsit: *iis* expunxit F^2 (ut uid.)

33. 35. 12 *excederet Mg*: ⟨. . .⟩ *F*, fragmento abscisso, sed supra *c* ⟨. . .⟩ F^2, sc. fort. *c⟨resceret⟩*, ut in *B*, tamquam ex gloss.

§ 103. *De Codicis Placentini Historia*

In Italia quidem saeculo v exaratus codex Placentinus Bambergae saeculo xv periit, foliis in usum alienum dispersis; iam saeculo xi ille usque Bambergam uidetur peruenisse, quo

[1] Ibid., p. 102 (imagine typis adumbrata).
[2] E. A. Lowe, *Cod. Lat. Ant.* viii, 1959, p. 3 (1028).

tempore codex Bambergensis descriptus est. Nam Imperator Henricus II, cum episcopatum Bambergensem anno 1007 fundasset, ecclesiae bibliothecam libris donauit quos ab Ottone III hereditate acceperat: ex iis iam ipse Otto quosdam Placentiae inuenerat sibi seruatos, inter quos duo Titi Liui codices adnumerati sunt; unde apparet codicem cuius fragmenta hodie Bambergae exstant aliquamdiu annis 996–1001 Placentiae fuisse. Quem si Ottoni seruauit Iohannes Philagathus, episcopus Placentinus, qui abbatiam Nonantulanam quoque tenebat, fieri potest ut codex Placentinus in regione Bobiensi antea iacuerit.[1]

(i) In codice medicinali Bambergensi (*Med.* 1, saec. IX) ad fol. 42[u] circiter an. 1000 notatum est: *Isti sunt libri tercii imperatoris Ottonis quos Iohan* (*Iohan* delet librarius) *Placentiae inuenit sibi seruatos: duos libros Orosii, Persium, Titi Liuii non minimam partem* (*non . . . partem* delet, *duos libros* supra *Titi Liuii* scr. librarius), *medicinalem unum, duos capitulares, Fulgentium unum, simul cum ortographia Isidori episcopi, in isagogas Porphyrii minus commentum Boecii, duos glossarios.* Quibus ex codicibus ipse medicinalis Bambergae exstat aliorumque indices in tabulis ueteribus Bambergensibus inueniuntur.[2]

(ii) Quid tandem de nomine *Iohan* coniciamus, quod librarius sic incohauit ut qui uoces *Iohannes seruauit* scripturus esset, in scribendo tamen deleuit? An. 996, cum primum Otto III in Italiam peruenit, episcopus Placentinus Iohannes Philagathus erat. Iamdudum ille apud domum Imperialem gratia et auctoritate ualebat: Ottonis patrinus erat eumque puerum, ut uidetur, Graece docuerat. Iam an. 995 res in Italia parabat ad Imperatoris aduentum; deinde ann. 995–6 Constantinopolim profectus legationem gessit; postremo an. 997, cum in Italiam rediisset, paulisper fortasse Placentiae demoratus, ab Ottone desciuit atque sese papam (sc. antipapam) Iohannem XVI Romae constituit; quam ob rem Imperator eum

[1] Traube, *Bamb. Frag.*, p. 11; Fischer, *Zentralbl. Bibliothekswesen* 24 (1907), p. 374; Billanovich, *Petrarch*, pp. 184, 188 n. 1.

[2] Traube, loc. cit. (imag. phototyp.).

poena crudeli an. 998 adfecit. Iam an. 995 uel 997 haud dubium est quin libros in Ottonis usum Placentiae conlegerit; quos Otto nescio quo tempore ann. 996–1001 auferre potuit, sed librarius memoriam Iohannis tantum non damnauit.[1]

§ 104. *De Codice Bambergensi, B (Bibl. Pub. Bamberg. Class. 35, olim M. iv. 9)*

Ex duobus codicibus retrorsum compactus codex Bambergensis primo Libros XXXI–XXXVIII. 46. 4, dein XXIV. 7. 8–XXX (u. Tom. III, § 66) praebet. Ille Quartae Decadis codex saeculo XI exaratus ex lxxx foliis constat textumque continet paginis duarum columnarum, columnis XXXVII–XXXVIII uersuum descriptum; quem tres scribae exarauerunt, primus Libros XXXI–XXXIV, alter XXXV. 1–33. 10, tertius XXXV. 33. 10–XXXVIII. 46. 4. Satis diligenter descripserunt, sed scriba primus imperite, ut ex uocibus apparet male diuisis syllabisque omissis. Spatia autem eaque ipsis uocibus apta reliquerunt, ex quibus alia in Libro XXXI statim de exemplari (ut uidetur) expleta, alia iam inde a Libro XXXII uacua relicta inuenimus.

De spatiis expletis (e.g. 31. 25. 3, 33. 6) uel uacuis (e.g. 31. 49. 6, 10: iam aberat corrector) u. app. crit.: ea exigua sunt, uocibus apta (cf. *Recc.*); neque enim scriba magna spatia reliquit explenda, ut coni. Kreyssig, e.g. 31. 16. 4 *Aenum . . . Gallimedis*, 30. 2–4 *esse enim . . . gesserit*, 50. 4–9 *ab his paria . . . perinde esset*, 33. 29. 12–30. 3 *pax . . . Bargyllis*, ubi diuersis manibus scriptum est, sed hos locos collegae descripserunt;[2] necnon in 32. 26. 8, 13 spatia iam in archetypo praebita erant (u. ad loc.). De legendi modo uide ad 35. 29. 8.

Anno 1615 Bambergae prodiit in lucem codex Bambergensis neque dubitari debet quin ibidem inde a saeculo XI

[1] Math. Uhlirz, *Jahrb. deutsch. Reiches Otto III*, 1954, pp. 89, 234, 258, 406 n. 73, 511 (Exkurs xiv).

[2] Kreyssig, *Lib. XXXIII*, p. viii; de manibus comiter monuit Prof. B. Bischoff.

iacuerit.[1] At iam saeculo XI codex Placentinus, ut uidetur, Bambergam peruenerat scribisque sese obtulerat. Confirmari autem potest codicem *B* ex ipso Placentino esse descriptum; nam quos fragmenta *F* continent errores etiam *B* praebet.

(i) 33. 35. 8 *conuentus Pylaicum Mg: Pilaicum conuentus F: Pilai conuentus B*
35. 10 *post uictoriam qui . . . fuisset Mg: qui . . . ⟨fuis⟩sent* F^2B
35. 12 *excederet Mg: c⟨resceret⟩* F^2B
36. 13 post *carpenta* (u. § 102) add. *ca⟨pta⟩ FB*: ign. *Mg*
Capitolio Mg: *-lium FB*
35. 8. 7 *amotum Edd. uet.*: *⟨ad⟩mon⟨itum⟩ FB Recc.*

Necnon minora (*FB*), e.g. 33. 35. 3 *cui* (pro *qui*); sed 33. 35. 3 *mandatus F* praue, *mandatis* corr. *B*

Accedit quod in 33. 30. 3 scriba cum nomina *Euromo Pedasisque* aegre legisset, *Burum ope DASISque* sic scripsit ut litteras unciales seruaret.[2] Vt *F* ita *B* scripsit *Peloponnensi* (33. 34. 9), *incussarunt* (33. 35. 11), *aliquod* (33. 36. 7), et saepe *-i* pro *-ii*, *-is* pro *-es*; sed suo modo *i* pro *y* (33. 34. 9 *Triphilia*), *e* pro *ae*, *ci* pro *ti*.

(ii) Menda sua *B* addidit, qualia de scriptura continua litterisque uncialibus haud fieri poterat quin scribae textui inferrent:

33. 19. 3 *Stobos Pa⟨eoniae⟩ F*: *Stabos Poeoniae B*
19. 5 *non F*: om. *B* (post *-ione*); 35. 9 *ut F*: om. *B* (post *monuit*)
34. 9 *⟨reddita⟩e F*: *-ta B* (ob *urbs*); 37. 6 *adepti F*: *-tos B* (ob *quos*)
35. 2 *L. (Stert.) F: P. B*
regem F: rege B (sic saepe om. lineolam sc. *-m*)
35. 8 *Pilaicum F: Pilai B* (ante *conuentus*)
35. 5. 11 *proelio et dubio Recc.*: suff. spat. in *F*: om. *B*, suppl. *bello Bmg*
8. 5 *⟨a⟩u⟨ctoribus⟩ F Recc.*: *auribus B* (per 'euiscerationem')

[1] Iam saec. XI legerunt Lib. 33 (sc. apud *B*) Mainardus Bambergensis et Lampertus Hersfeldensis; u. Billanovich, *Petrarch*, p. 185 n. 2 (iam Guido Billanovich, *Lamperto di Hersfeld e Livio*, 1945, p. 14).

[2] O. Rossbach, *Wochenschr. klass. Philol.* 36 (1919), col. 430.

§ 105. *De Primo Scriba Bambergensi et Correctore* (B^2)

Ex mendis quae scriba apud Librum XXXI intulit, alia ipse (B^1) correxit, alia corrector aequalis (B^2) exemplar conferendo, ut uidetur, emendauit textumque adnotauit.

(i) Scripturam male diuisam B^1 lineolis correxit; syllabas litterasque falsas punctis, uoces praue scriptas punctis uel lineolis deleuit; ea quae ex sequentibus praesumpta sunt, eodem modo expunxit, interdum erasit; uoces denique et litteras supplendas supra uersum addidit. Eodem fere modo B^2 textum Libri 31 ita correxit ut saepe parum liqueat utrum B^1 an B^2 puncta lineolasque posuerit et litteras eraserit; sed lectiones suas B^2 manu elegantiore scripsit; iam in Libro 32 aberat B^2. Vix sufficit in app. crit. spatium ad ea enotanda quae *B* male descripsit statimque correxit.

(ii) Textum autem B^2 in margine uel intra uersus adnotauit. Nomina urbium significauit (sc. *pro n̄. ū.*), e.g. ad 31. 16. 4 *Aenum*; uoces obscuras exposuit, e.g. ad 31. 15. 7 *ergo* (*id est causa*), 39. 11 *rumpiae* (*genus teli*); ad 31. 27. 6 *nomen* et 29. 10 *finitimas* parenthesin indicauit. Neque aliter de orthographia antiqua:

31. 39. 12 *ecum B*: in marg. *antique pro equum* B^2
44. 4 *uirile ac muliebre secus B*: *uel -lis . . . -bris sexus* (sic) superscr. B^2

Sic etiam 31. 12. 1 et 3, 13. 1 *thensaurus B*, *thes-* B^2; 31. 33. 9, 36. 4 *aliquod B* (cf. § 104 i), *aliquot* B^2; de assimilatione cf. 31. 15. 2 *adclamationibus B*, *accl-* B^2, 46. 11 *opsidione B*, *obs-* B^2.

§ 106. *De Codicibus Recentioribus* (saec. XIV–XV): *Recc.* (χ)

Ad Librum XXXV. 8. 7 (§ 104 i) iam docuimus *Recc.* eadem ac *FB* menda praebere, unde apparet eos ab archetypo *F* descendisse; ad quem errores quoque referimus quibus *B Sp Recc.* coniuncti sunt. Neque tamen *Recc.* ex ipso *B* (cf. XXXV. 5. 11, 8. 5: § 104 ii) neque ex *Sp* (u. § 117 iii) sed ex alio exemplari ($\chi = \phi$ Traube) prope *Sp* cognato uidentur oriundi esse. Inter se coniuncti sunt erroribus communibus, e.g. XXXIX. 36. 11 *Cyphio* (*Gythio F*).

Multas uoces omittunt $B\chi$ quas *Mg* inde a Libro 34 supplet, e.g. 34. 7. 2, 35. 2. 6, 36. 27. 5 *iura*, 38. 4. 9 *manu*; et communia menda praebent (cf. *Mg*): 34. 7. 2, 35. 16. 6, 36. 24. 5 *qua progressi* (*in qua aedificia extra urbem*), 38. 36. 4 *primum* (*triduum*). Sed pro *B* spatiis χ lectiones seruat, uix emendando: 31. 49. 6 et 10, 32. 16. 11, 34. 2. 7, 35. 11. 10; sic pro omissionibus: 34. 15. 8, 35. 7. 3, 36. 1. 9 *Romam*, 37. 34. 6 *in eo tumultu*; et pro mendis: 31. 27. 2, 32. 21. 30, 34. 19. 10, 36. 23. 10 *ex statione* (*exspectatione B*), 38. 16. 15 *se non* (*senatum B*).[1]

Omittit χ totum Librum 33 et 40. 37. 3 *maiores* ad finem (sic etiam *Sp*); necnon uoces (cf. *B*), e.g. 31. 29. 10, 32. 11. 2 et 4, 34. 58. 5, 35. 5. 13, 37. 54. 8 *in seruitutem*; et communia menda praebet, e.g. 31. 48. 2, 32. 11. 2, 35. 5. 11, 39. 37. 8 *indicari* (⟨*in*⟩*dig*⟨*nari*⟩ *F Mg*).

De *Recc.*, cum plerique traditionem emendando coniecturasque contaminando deprauarint, aegre quaeritur quo quisque gradu exemplar χ contingat. Exstant uero quidam uel minime emendati neque inter se contaminati, quos referre licet ad duas familias: ψ (§ 107), ϕ (§ 109).

§ 107. *De Stirpe* ψ

Seruant traditionem ψ quidam codices saeculo XV exarati, qui Decadem IV continent (exceptis Libris XXXIII, XL. 37. 3–59. 8), pro sua quisque parte cum codicibus Decadum I et III consociati.

N = Oxon., Bibl. Coll. Novi 279 (hodie in Bibl. Bodl.), membr., s. XV, ff. 111, Dec. IV, cum 277 (Dec. I), 278 (Dec. III); Hearnii *N*.[2]

V = Vat. Lat. 3331, membr., 3 Ian. 1453, ff. 196, Dec. IV, cum 3330 (Dec. III).[3]

[1] Vide Kreyssig, *Lib. XXXIII*, p. XIX; Luchs, *Emend. Livian. part. quarta*, 1889, p. 3 (sed, ut iam Traube, *Recc.* ϕ nominat).

[2] Citauit Thom. Hearne, *Ed. Oxon.*, 1708; cf. Billanovich, *Giorn. stor. lett. ital.* 130 (1953), p. 321 n. 1 [sc. *Boccaccio*].

[3] Vide B. L. Ullman, *Studies in the Italian Renaissance*, 1955, p. 307 [sc. *Studies*].

C = Flor. Med. Laur. lxiii. 6, membr., 4 Dec. 1412 (sc. A.D. 1413), ff. 118, Dec. IV, cum lxiii. 4 (Dec. I), 5 (Dec. III); quos Iohannes Arretinus Cosmo de Medicis Florentiae exarauit.[1]

L = Flor. Med. Laur. lxxxix inf. 3. 3, chart., s. xv, ff. 163, Dec. IV, cum lxxxix inf. 3. 1 (Dec. I), 3. 2 (Dec. III).[2]

D = Flor., Bibl. Nat. B.R. 36 (olim Magl. C.L. xxiii, 19, 3), membr., s. xv, Dec. IV (ff. 1–199), Florus, Periochae, cum 34 (Dec. I), 35 (Dec. III).[3]

More nouo 'humanistarum' hi codices uersibus per paginam continuis nitide scripti sunt,[4] ad librorum initia litteris capitalibus minio pictis exornati. Inter se coniuncti sunt erroribus quos ad ψ referre licet; sed *CLD*, ex ϕ *dett.* emendati, interdum ab ψ discrepant. Ita seruat ψ (cf. *B*) lectiones χ, ubi ϕ lapsus est (§ 109 i), ut ab ϕ non uideatur deriuatus esse. Verba quidem uocumque ordinem interdum ex usu suo scripsit, sed textum uix emendauit (u. § 109 ii).

(i) Pro *F* lectionibus ψ menda praebet (sed corr. *C*, cf. *F*ϕ): 39. 36. 4 *urbes* (*urbis* L^2D) *esse nobilissimae* (*urbis nobilissimae esse*), 36. 13 *excitauerant* (*exciuerant*), 37. 2 *sunt* (*sint*), 37. 7 *aut consilium* (*et concilium*). Huiusmodi erroribus codices ψ inter se coniuncti sunt (cf. *B*ϕ):

31. 3. 5 *concitaret* (*conciret*); 21. 2 om. *mille* (∞), sed spat. *N* (CL^2Dmg); 21. 17 *autem*, sed *et* add. *D* (*aut* L^2D^2); 22. 5 *disponentibus* (*despond-* *B*, *depon-* ϕL^2); 48. 9 *occurrisset* (*occurreret* *B*, *-erit* ϕ).

32. 13. 5 *rex* (*ut* *B*, *sex* ϕ, *suum* *Pmg* $A^2L^2V^x$); 16. 9 *iussitque ut quae* (*iussis ut quaeque*); 18. 5 *habebat*, sed *abbat N* (*aberat* *B*, *abibat* ϕCL^2); 34. 6 *iam plus* (*Prusiam* *B*, *plus iam* ϕ).

[1] Billanovich–M. Ferraris, *Italia med. umanist.* I (1958), pp. 254, 259 [sc. *Codex Regius*]; Ullman, *Origin and Development of Humanistic Script*, 1960, p. 92 [sc. *Hum. Script*].

[2] Billanovich–Ferraris, op. cit., p. 255.

[3] Ibid., p. 256; cf. T. De Marinis, *Biblioteca napoletana dei re d'Aragona*, 1947–52, ii, p. 94.

[4] Vide Ullman, *Hum. Script*, p. 128.

(ii) Quamuis ψ ipse errores reliquerit, interdum ad sensum descripsit:

31. 14. 3 *mille militum* B^2: *militum* $B\phi$: *militum copiis* ψ
50. 3 *qui* $\bar{p}.\bar{r}$. *design. erat B* (sic): *qui praetorem designauerant* ϕ: *quem praetorem designarunt* ψ

Compendia scribae cum ignorarent saepe omiserunt aut corruperunt:

31. 12. 3 *ad* $\bar{p}\,\bar{r}$. (sc. *praetorem*) *in Bruttios B*: *ad in Bruttios* ϕ (sed post *ad* spat. *A*), *mille* ad *in* ϕ *mg*: *ad Bruttios* ψ
32. 28. 9 *ex s.c. B*: *ex ei V*, *ei* [spat.] *N*: *ex* [spat.] *AE*, *ex P*: *ei* P^xCLD

Numerorum sigla seruat *C* bene, *V* non male; ceteri pro siglis haud raro litteras scribunt; e.g. ∞ (mille): *cc* uel *ccc*; ∞∞: *cccc* uel *coco* uel *octo*:

31. 19. 3 (*mille*) ∞ *B Sp C*: *cc PE*: *ccc NVLDA*^{2} (spat. *A*) (*duo milia*) ∞∞ *B Sp* CV^1: spat. *VNA*: om. *PELD*
20. 7 (*duo milia*) ∞∞ *BVC*: *coco* ϕ: spat. *N*: om. *LD*
34. 7 (*duobus milibus*) ∞∞ *BC*: *octo NVLDP*: *cccc*[spat.] *A* (ut uid.): *octo milibus* A^2E
49. 2 (*mille quingentos*) ∞ŏ BCV^1AEP^x (ut uid.): [spat.]ŏ *P*: ŏ *L*: spat. *NV*: om. *D*: *eodem Dett.*
32. 7. 4 (*sex milia*) ɪɔɔcɪɔ *P* (b.ɔ. ɑɪ), *E* (bɔa): b [ras.] *A*, add. *trecenta* A^1 in marg.: [spat. iii litt.] ∞ *B*: ∞ *C*: *cc NVLD*: *mille ducenta* (*mcc*) *Dett.*

Satis apparet ψ et ϕ numerorum sigla seruasse; quae *Recc.* describendo (*VC*) uel adumbrando (*PAE*) uarie tradiderunt.

§ 108. *De Codicibus NVLCD*

Exarati quidem sunt hi codices saeculo xv, iam textu ϕ coniecturisque per codices deteriores (*Dett.*) late diuolgatis; sed usque ad annum 1453 exemplar ψ exstabat non emendatum, paucis tantum notabilibus adnotatum, ex quo *N* et *V* descripti sunt: 'recentiores, non deteriores'.[1] Iam anno 1413

[1] G. Pasquali, *Storia della tradizione e critica del testo*, ed. 2, 1952, p. 43.

Iohannes Arretinus traditionem ψ subtiliter de ϕ *dett.* emendatam Florentiae in *C* exarauit neque sigla numerorum ignorabat. Deinde scriba *L* textum ψ adhuc minime de ϕ *dett.* emendatum parauit, corrector aequalis (L^2) de ϕ *dett.* amplius emendauit; ex quo ipso codex *D* nitide descriptus est. Quibus de codicibus proferimus testimonium *NVL*.

Stemma ψ



(i) Praebent *NV* errores communes (cf. *Bφ CLD*):

31. 48. 12 *facto* (*fato*); 32. 5. 8 *apparuit* (*apparauit*); 8. 16 *a* ante *senatui* (*et* cett., sed ign. *B*); 37. 7. 1 *aeuiretur* (*saeu-*). Inter se discrepant exarando: 31. 9. 3 *libeat NCLD*, *licebat V* (*liceat Bφ*); 14. 12 *cadim Nφ L²Dmg*, *edim V* (*ac di B*, *ea dei C*, om. *LD*); 15. 8 *Cynum VCφL²*, [spat.]*num N* (*Cytnum B*, *Cymani LD*); 32. 18. 5 (§ 107 i). Numerorum sigla *V* seruat, *N* spatia reliquit (§ 107 ii). Satis apparet *NV* ex communi exemplari, sc. fort. ex ipso ψ, descriptos esse; lectiones ψ (cf. *B*) illi seruant quas *CLD* emendarunt (cf. ϕ): 31. 40. 6 *orsus VB Sp?*, *ortus N* (*ortum*); 37. 23. 10 *nens* ante *in alto* (*nec B*, *nec sic Sp*, *Eumenes Cφ*, *Eudemenus LD*); 38. 37. 11 *Perga* (*Pergamo*).

(ii) Neque *C* ex *NV* (u. § 107 ii) descriptus est sed ex ψ exemplari, ut uidetur, iam exquisite de ϕ *dett.* emendato (cf. §§ 107 i, 109 ii). Seruat ille quidem easdem ac *NV* lectiones, quas *LD* emendarunt (cf. ϕ *dett.*), e.g. 31. 7. 10 *Romanam* (*Romam*), 46. 10 *Romanis* (*-nus B*, *-ni* ϕ*LD*); sed saepe emendat, e.g. 36. 43. 1, 37. 4. 1 (infra § 109 ii), et sic sollerter (cf. *B*): 31. 29. 11 *deiecta*, 32. 17. 9 *oppugnandae*. Neque tamen codicem tam incertum necesse est proferamus nisi de numeris.

(iii) *LD* neque ex *NV* neque ex *C* descripti sunt sed ex ψ exemplari aliter ac *C* de ϕ *dett.* emendato. Inter se iam apparet *LD* prope coniunctos esse: supra i, 31. 14. 12, 15. 8; neque *L* ex *D* descriptus est (cf. § 107 ii, 31. 49. 2), sed errores ψ seruat quos *D* (cf. L^2) emendauit: u. infra § 109 ii. Propius autem LL^2 et *DDmg* coniuncti sunt (cf. *NVC*ϕ):

31. 3. 6 *ad capescentibus bellum esse LD*, sed om. *esse D* (*id capessendum* etc. *NVC*): corr. *ad capescendum* $L^2D^2(\phi)$, post *bellum* add. *opus* L^2, *opus esse Dmg*; 21. 2, 17 (§ 107 i); 49. 10 *ueritas LD*: *uirtus* L^2Dmg (*uirtus*); 32. 8. 2 ante *inscriberet* om. *Romanorum LD*, add. L^2Dmg (*Romanorum scriberet*).

Inde liquet *D* ex LL^2 descriptum esse; quare solum *L* cum *NV* proferimus ad textum.

§ 109. *De Stirpe* ϕ

Seruant traditionem ϕ quidam codices saeculo XIV compacti, qui Decades I, III, IV continent, sc. Dec. IV exceptis Libris XXXIII, XL. 37. 3–59. 8 (cf. ψ, § 107; sed *A* hodie tantum ad XXXVIII. 24. 11).

P = Paris., Bibl. Nat. Lat. 5690, membr., s. XIV, Dictys Cret., Florus, Decc. I, III, IV (ff. 277–365); Dec. IV (cum Libris XXVI–XXX) Landulfus de Columna ann. 1328–9 Auenione exarandam curauit et codicem compegit.[1]

[1] Billanovich, *Petrarch*, p. 156; id., *Italia med. umanist.* I (1958), p. 130 [sc. *Umanisti*].

A (Agennensis) = Lond., Mus. Brit. Harl. 2493, membr., s. XII–XIV, Decc. I, III, IV (ff. 223–312, ad XXXVIII. 24. 11 *ultimum*); Dec. IV Petrarcha ann. 1328–9 Auenione exarandam curauit et Decadibus I (c. 1325), III (saec. XII/XIII) addidit.[1]

E Escor. R. I. 4, membr., saec. XIV med., Decc. I, III, IV (ff. 147–205).[2]

Paginis binarum columnarum *PAE* scripti sunt, ad librorum initia litteris capitalibus ornati (et *P* minio splendide pictus). Inter se coniuncti sunt erroribus quos ad ϕ referre licet. Ita seruat ϕ (cf. *B*) lectiones χ, ubi ψ lapsus est (§ 107 i), ut ab ψ non uideatur deriuatus esse; textum modeste emendauit et uarias lectiones (ϕmg) adscripsit.

(i) In 39. 37. 6 pro *ego* (*F*ψ) praebent *nego PE*. Huiusmodi erroribus *PAE* inter se coniuncti sunt (cf. *B*ψ):

31. 5. 1 om. *uno*, 9. 10 *totiens* (*octiens*), 15. 10 om. *et ipse*, 35. 1 *primum ero*, inde *primum numero Pmg* A^2 *Dett.* (*pari numero*), 37. 12. *relictis* (*relatis Sp*), 39. 9 *faciat* (*facit B*, *fecit* ψ), 45. 2 *nauigarunt* (*nauigant*), 45. 10 *tanticeis* (*Atticae is*), 49. 8 *animus praeceperat* (*animis praeceperant*, cf. *Sp*).

32. 3. 3 *pronunciata* (*transportata*), 4. 3 *quas Coele* (*quam Coelem*), 7. 3 *uenalium* (*-icium*, *Sp*?), 21. 12 *Cleomedontis oratio* (*or. Cl.*), 21. 13 *os* (*nos* $A^2P^xE^x$ *Dett.*), 30. 6 *apud* (*caput* A^2P^3 *Dett.*); cf. §§ 107 ii, 108.

(ii) Ad errores χ emendandos (cf. ψCD) u. § 108 ii, iii; sic etiam 39. 37. 2 *isdem* CL^2D: *isdum F*ψ: *hiis dein PE*; 37. 4 *dirue FNV*: *diruere* ϕCLD.

31. 12. 2 *sacrilegis B*ψ *Sp CD*: *-giis* ϕL^2

46. 12 *quod . . . uidebatur B*ψCD: *quot . . . uidebatur* ϕ: *quot . . . uidebantur Dett.*

50. 10 *scitum plebi B*ψC: *scitum plebis* ϕL^2D: *plebiscitum Dett.*

[1] Cf. Tom. I, § 29; III, § 68; IV, §§ 87 BC, 92; sed nunc u. Billanovich, *Petrarch*, p. 143.

[2] Billanovich, ibid., p. 195 n. 3.

32. 1. 12 *puppi* (*nauis*) *longae BD* (cf. L^1L^2): *puppi . . . longam* ψL^1C: *puppim . . . longam* ϕL, corr. *longae* L^2 *Dett.*
7. 3 *sub Tifatis D*: *subiti fatis* $B\psi C$: *subiti factis* ϕ: *subito factis Pmg* A^2 *Dett.*
31. 5 *non* (*ne* ψ) *auderent* $B\psi$ *Frob.* 2: *metuerent* ϕCL^2D
36. 43. 1 *Deli per aliquot Gel.* (*Mg*): *deliberanti quod* $B\psi$ (ex script. unciali, iam *aliquod* scripto, cf. § 102 i): *deliberantem quot* ϕL^2D: *deliberantem aliquot C Dett.*
37. 4. 1 *hi omnes B*: *duo* (sc. *ii*) *omnes* ψ: *duo* (*biduo Emg*) *homines* ϕ: *biduo omnes Pmg* CL^2D *Dett.*
34. 6 *delapsum B*: *de lapsu* ψ: *delapso* ϕCL^2D

(iii) Varias lectiones uidetur ϕ praebuisse, ut ex *PAE* in marg. apparet, e.g. 31. 12. 3 (§ 107 ii), 25. 10 (ad *ad senatores*) *assenta* (sic); 32. 2. 4 (ad *Ferentium*) *Ferentinum*, 33. 4 (ad *uerum*) *equum*, 36. 7 (ad *fore*) add. *ratum*. Necnon notabilia: ad 32. 33. 2 *Conditiones pacis cum philippo firmandae titus quintius consul exponit Amg Emg* P^4.

§ 110. *De Codicibus PAE*

Ex exemplari ϕ codices *PAE* traditionem χ iam a Landulfo de Columna (§ 111) emendatam ita receperunt ut suo quisque

Stemma ϕ



iure uideatur exaratus esse. In *P* scriba textum et uarias lectiones (*Pmg*) ex ϕ ϕmg descripsit, dein capitula breuiter enumerauit (inde ortae 'tabulae de libris' (§ 113) quas edidit Donatus de Albanzanis); necnon textum adnotauerunt ipse

Landulfus (P^2) et Petrarcha (P^3)—sed multo postea hic et saltuatim—et alius lector fere aequalis (P^4), ut de manibus docet G. Billanovich. Eadem fere ratione in *A* scriba textum et uarias lectiones adnotationesque (*Amg*) ex ϕ ϕmg descripsit, dein Petrarcha (A^2) textum statim correxit; pauca demum adnotauit Laurentius Valla (§ 111).[1] Neque aliter *E* textum ϕ uix amplius correctum (raro uelut A^2 conlato) adnotationesque ex ϕmg descripsit.

(i) Non uidentur *AE* ex *P* uel iam a P^2 correcto descripti esse; nam lectiones ϕ illi seruant, uix emendando, ubi *P* lapsus est; sic *P* (cf. ψAE):

31. 4. 2 (pro *Apuloque*) *Adpuscoque* (*-cosque*), 8. 6 *magni* (*-num*), 21. 18 om. *colonis*, 35. 5 *emissi sunt* (*emissis*), 47. 2 *statium* (*statum*); 32. 8. 11 *classique* (*classi suaque*), 25. 7 (pro *ad hos orator*) *adhortator* (*adhortrator AE*, *adhostrator* ψ). 36. 2 om. *diem*, 36. 6 *agendarum* (*gerendarum*); et cf. § 107 ii.

Tantum uarias lectiones ex ϕmg descripsit *P*; notabilia adnotauit P^2 (sc. Landulfus) per lineolam ornatam, 'No. quod . . .' uel 'Describit titus quomodo . . .'; leuia addidit P^3 (sc. Petrarcha), plura e.g. ad orationes P^4 (ex ϕmg? cf. *E*): ad initia 'Oratio', 'Responsio'. De capitulis cf. Cap. i (ad cc. 1–4): *prohemium*, *cause belli contra philippum*, *tumultus in gallia cisalpina*, *gesta Rome super apparatum bellorum*.

(ii) Neque *PE* ex *A* uel iam ab A^2 correcto uidentur descripti esse: u. § 107 ii, 31. 19. 3 (*mille*), 32. 7. 4; sic *A* (cf. ψPE):

31. 4. 2 *urbanus* (*urbis*), 4. 4 *consule* (*-lum*), 44. 8 *cesurum* (*cens-PE*, *cess-* ψ); 32. 8. 3 (pro *uetitusque*) *est itaque* (*est utque*); 37. 10. 5 om. *aut maiorem*.

Textum ϕ accurate *A* descripsit neque lacunas neglexit (cf. § 107 ii). De iis quae A^2 (sc. Petrarcha) correxit, u. 31. 11. 8: *mandata . . . gratulari* add. A^2; 26. 13 *materia deerat* A^2 (in ras.) ψ: *haec deerant*

[1] De manibus u. Billanovich, *Petrarch*, pp. 141 n. 7 (Vallae), 145 nn. 2–3 (Petr.), 156 (Land.), tab. 30–37 (imag. phototyp.); de Valla, ibid., p. 138 (cf. Tom. III, § 68); u. infra § 111.

ϕ; cf. § 107 ii, 31. 19. 3 (add. *Massinisse . . . equites trecenti* A^2), 32. 7. 4.

(iii) De *E* haec obseruanda sunt (cf. ψPA):

31. 29. 16 om. *triennio . . . iisdem*, 40. 1 *fecit* (*facit*), 50. 10 *exercitum* (*-us*); 32. 21. 25 *crudelitas* (*credulitas PA*, *crudelitatis* ψ), 39. 4 om. *forte ipsis*; cf. 31. 34. 7 *octo milibus* (A^2; § 107 ii), 38. 10 *per tota* (A^2: *pertacta PA*).

§ 111. *De 'Vetere Carnotensi'* (χ) *Codicibusque Landulfi de Columna* (ϕP) *et Petrarchae* (*A*)

(i) Ineunte saec. XIV Landulfus de Columna, canonicus ecclesiae Carnotensis, codices bibliothecae perlegebat: anno 1303 capitulo restituit, 1309 iterum cepit 'quemdam librum Tyti Livii'; quem haud dubitari potest quin Iohannes de Columna postea inuenerit, ut ipse de Liuio (apud librum *De Viris Illustribus*) docet: 'Vidi tamen ego quartam decadam in archivis ecclesie Carnotensis; sed littera adeo erat antiqua quod vix ab aliquo legi poterat'. Landulfus cum Carnoto decessisset Auenionem anno 1328 peruenit, ubi Petrarcha uersabatur; inde 1329 Romam rediit, iam 1331 mortuus est. Codicem *P* primo is possedit adnotauitque. Continet *P* textum Librorum XXVI–XL (exceptis XXXIII, XL. 37. 3 ad finem) apud XXVI–XXX ex traditione 'Spirensiana' (Tom. IV, § 88), ut docet Billanovich, apud Dec. IV ex exemplari χ prope *Sp* cognato (§ 106) per ϕ receptum (§ 109), sed iam in ϕ emendatum. Hunc textum, ut conicere licet, Landulfus in 'libro Tyti Livii', sc. in 'Vetere Carnotensi' (χ) repertum in apographon (ϕ) describendum curauit suoque Marte correxit (ϕ ϕmg). In his Libris *P* scriptura Italica est exaratus, quo tempore scribae Italici Auenione erant. Additur quod in codice *A*, quem Petrarcha primo Auenione possedit, Dec. IV non ex ipso *P* sed ex eodem ac *P* exemplari (sc. ϕ) descripta est. Inde satis apparet Landulfum apographon suum Carnoto usque Auenionem secum tulisse; ex quo textum ipse Libro-

rum XXVI–XL (ut supra) in *P* et Petrarcha Decadis IV (ut iam *P*) in *A* exarandum annis 1328–29 curauerunt.[1]

Postea codicem *P* habuit Petrarcha, deinde possedit Bartholomaeus de Papazuris episcopus Teanensis (1348–53), tum emit Petrarcha, cf. fol. 367r 'emptus Avinione 1351 diu tamen ante possessus'. Studuit autem Petrarcha apud *A* libris numerandis. Ad Lib. 31 pro *tricesimus* scripsit *quadragesimus*; ad 31. 27. 1 scriba spatium reliquit ad litteram *C*(*onsul*) ornandam, ut ad initium noui libri; paginae Libri 31 primo numerum 41, dein ab c. 27. 1 num. 42 praebent; Lib. 32 numeratur 33, Lib. 34 denuo 44; nam Petrarcha ad Libri 31 initium notauit decem libros de bello Punico tertio deesse (subscr. Valla, 'Videtur hic aberrasse'), neque Lib. 33 absentem agnouit. Postea sese correxit, cf. *Ad Titum Livium* de libris: 'Vix triginta ex omnibus supersunt . . . ego autem deesse unum' [sc. Lib. 33] 'his ipsis invenio: novem et viginti sunt, plane tres decades, prima tertia et quarta, cui librorum numerus non constat'.[2] Apud *Dett.* alii Librum 31 diuiserunt (cf. α infra), alii nihil temptabant; mox alii Librum 33 deesse agnouerunt (cf. β), deinde uarie numeratum est; neque tamen hac ratione de textu disseri potest.

(ii) Iam medio saec. XIV alius scriba (α) textum *ϕ ϕmg* cum descripsisset suoque Marte emendasset in deterius conuertit atque diuolgauit. Correxerat quidem Petrarcha codicem *A* adhuc iuuenis neque copiam expleuerat coniecturarum quibus textum *ϕ*, ut ueri simile uidetur, adnotaturus erat, neque codicem *P* amplius emendauit. Sed de textu adnotationibusque quales Burn. 198 seruat (§ 113) restituere licet exemplar (β) saeculi XIV post. ab *ϕ ϕmg* ortum et amplius correctum adnotatumque; cuius textum forsitan ipse Petrarcha iam emendarit et ad libros recte disposuerit.[3] Necnon Boccaccio

Billanovich, ibid., pp. 151 sq.; id., *Umanisti*, p. 124; id., *Italia med. umanist.* ii (1959), p. 140 [sc. *Raterio*].

[2] Id., *Petrarch*, pp. 168–9.

[3] De Petrarchae 'tertio codice' (sc. cum *A P*), u. Billanovich, *Boccaccio*, p. 325; id., *Raterio*, p. 159; M. T. Casella, *Italia med. umanist.* 4 (1961), pp. 80, 116.

textum Italice, Berchorius Gallice reddidit.[1] Apud exemplar (γ) ineuntis saec. xv traditio φ denuo modeste emendata est; deinde quidam φ *dett.* ex ψ emendati, alii inter se contaminati sunt. Postremo Io. Andreas Bussi textum α ualde emendatum (δ) apud Ed. principem uolgauit. Nihil sane ualent hi *Dett.* ad traditionem φ restituendam, sed operae pretium uidetur expedire quomodo scribae textum transmiserint ad Edd. ueteres Carbachiumque et Gelenium.

§ 112. *De Codicibus φ Deterioribus:* α (*saec.* xiv *med.*)

Ex codicibus ab φ deriuatis exstant quidam saeculo xiv post. uel ineunte saec. xv exarati, quales erroribus coniecturisque inter se coniuncti sunt; unde apparet eos ab exemplari (α) medii saec. xiv oriundos esse. Continent autem traditionem φ ita ex *φmg* A^2 iam correctam suoque iure emendatam ut textum prope AA^2 cognatum praebeant.

Bonon., Bibl. Univ. 2289, s. xv, Dec. iv
Escor. g. 1. 8, s. xiv, Decc. i, iii, iv
Firm. 4 C A 2 n. 81, s. xiv, Dec. iv[2]
Flor. Med. Laur. xix. 7, s. xiv, Decc. i, iii, iv ad 32. 34. 6
Guelferbyt. Helmst. 46. 3, s. xv, Decc. i, iii, iv
Leid. Voss. Lat. 66, s. xv, Dec. iv (Drak. *Voss.*)
Lips., Bibl. Pub., Rep. i, 1, s. xiv, Decc. i, iii, iv (Drak. *Lips.*)
Lond., Mus. Brit., Burn. 199, s. xv, Decc. i, iii, iv
Lovel., Bibl. Holkham. 344, s. xiv, Decc. i, iii, iv (Drak. *Lov.* i)
Mediol. Ambros.: (i) D. 542 inf., ann. 1388–9, Decc. i, iii, iv (an. 1389)[3]; (ii) E. 38 inf., s. xiv, Decc. i, iii, iv
Neapol., Bibl. Nat. iv. C. 20, s. xiv, Dec. iv
Oxon. Bodl. Laud. Lat. 112, s. xiv, Decc. i, iii, iv (Hearn. *L* i)
Paris., Bibl. Nat. Lat.: (i) 5738 (Colbert.), s. xiv, Dec. iv;

[1] Billanovich, *Boccaccio*, pp. 323, 336; Casella, op. cit., pp. 77 sq.; de Berchorio cf. K. V. Sinclair, *The Melbourne Livy*, 1961.
[2] Billanovich, *Petrarch*, p. 174 n. 2.
[3] L. Castiglioni, *Rend. Real. Ist. Lomb. Sci. Lett.* 61 (1928), p. 121.

(ii) 5740 (Colbert.), s. xiv, Decc. i, iii, iv; (iii) 14630 (S. Vict.), s. xv, Lib. 31–32, 34

Vat. Basil. C. 132, s. xiv, Decc. iii, iv, i (sic)[1]

Vat. Lat.: (i) 1857, s. xv in., Dec. iv; (ii) 1859, s. xiv/xv, Decc. i, iii, iv

(i) Praebent hi codices eosdem ac *PAE* errores (§ 109 i), interdum ut iam emendatos, e.g. 31. 35. 1, 32. 21. 13, uel inde corruptos, e.g. 32. 21. 12 (*oratio*) *omnis* (uel om.). Inter se erroribus coniuncti sunt (cf. ϕ):

31. 25. 4 (*quaque*) *quinque* (*quinta*), 26. 8 (ante *bracchiis*) *quibus* (*qui*), 34. 2 om. *funeris*; 32. 1. 14 *edicata* (*edicta*), 5. 11 *enim in aeropo* (*in Meropo*), 21. 36 *uotis* (*uultis*), 32. 4 (*imperatoris*) *imperatorum consul* (*imperantis consulis*); 36. 42. 4 *rei* (*rerum*); 37. 7. 15 *profectus* (*prosecutus*).

(ii) Non uidentur codices α ab ipso PP^{2-4} deriuati esse: u. § 110 i, ubi lectiones ϕ cum *AE* seruant: 31. 8. 6, 21. 18; 32. 8. 11, 36. 2, 36. 6; neque ex solo AA^2: § 110 ii cum *PE*: 31. 4. 2, 44. 8; 32. 8. 3; 37. 10. 5; cf. 32. 7. 4 (§ 107 ii); neque ex *E*: § 110 iii cum *PA*: 31. 29. 16, 40. 1; 32. 39. 4; cf. *PAE*: 31. 34. 7 ($\infty\infty$) *et cccc* (§ 107 ii); 32. 9. 3 *Arreti* (Bψ: om. ϕ; ex ϕmg?), 25. 7 *ad hostrator* (§ 110 i). Praebent illi lectiones ex ϕmg, ut uidetur, receptas: 32. 2. 7 (*Aelii*) *aliis* (*Pmg*: *alii* ϕ), 7. 3 *subito* (§ 109 ii), 9. 3 *aruspices Pmg Amg*: *Auruncae* ϕ; 37. 4. 1 *biduo omnes* (§ 109 ii); cf. 31. 26. 13 *materia deerat* (A^2; § 110 ii). Necnon easdem atque A^2 emendationes continent: 31. 19. 3 (∞) *ccc* (§ 107 ii), 37. 11 ante *paludes* add. *per*, 38. 10 *per tota* (cf. *E*, § 110 iii); 32. 13. 14 ante *imbelli* add. *ex*, 18. 2 *rationem* (*sta-* ϕ).

Suo iure exemplar α emendatum est: 31. 35. 5 (ante *in hostes*) *emissi* (cf. *P*, § 110 i), 47. 2 *spatium* (cf. *statium* P, § 110 i), 49. 10 *uirtutes . . . uideret* (*uirtus . . . uideretur* ϕ); 32. 21. 25 *crudelitas* (*E*, § 110 iii). Recepit autem in textum ex ϕmg glossemata qualia 31. 11. 11 *sceptro* (P^4A^2: *scipione* ϕ); 32. 26. 17 (post *lautumiarum*) *id est uinculorum seu cathenarum* (P^4), 33. 2 (post *acciperet*: u.

[1] Billanovich, *Italia med. umanist.* 1 (1958), p. 272 [sc. *Altro Livio*]; cf. § 115 ii ad Vindob. 3099.

§ 109 iii). Cf. etiam 31. 37. 3 *hastata* (*iusta* ϕ), 50. 10 *plebiscitum* (*scitum plebis* ϕ, § 109 ii). Sed codices α textum seruant paulo amplius quam ut apud *A Amg* A^2 emendatum.[1]

§ 113. *De Codicibus* ϕ *Deterioribus:* β (*saec.* XIV *post.*)

Ex codicibus ab ϕ deriuatis exstant Burn. 198 (saec. XIV/XV) aliique saeculo XV exarati, quales erroribus coniecturisque inter se coniuncti sunt; unde apparet eos ab exemplari (β) saeculi XIV post. oriundos esse. Praebent autem textum ϕ ϕ*mg* non ex *PAE* sed potius ex alio ϕ apographo, ut uidetur, descriptum, inde ut iam A^2 conlato doctius suo iure emendatum (an ab ipso Petrarcha?) ornatiusque adnotatum. Duobus quidem gradibus hi codices traditionem β contingunt, primo Burn. 198, dein ceteri quippe qui uarias lectiones β (cf. Burn.*mg*) in textum receperint. Continent quoque Burn. 198 aliique 'tabulas de libris' quibus Donatus de Albanzanis medio saec. XIV textum ad Decadum librorumque et capitulorum rationem summatim coegit, ad Decades librosque ut iam Petrarcha (§ 111; pro Libro XXXIII Donatus periocham inseruit), ad capitula ut apud *P* (§ 110).[2] Apud Dec. IV plerique β codices ad hanc rationem dispositi sunt.

(*a*) Lond., Mus. Brit., Burn. 198, s. XIV/XV, Decc. I, III, IV (Drak. *Mead.* I)[3]

(*b*) Caesen. Malatest. xiii. 3, an. 1449, Dec. IV, cum xiii. 1 (Dec. I, an. 1453), 2 (Dec. III, an. 1443)

Cracov., Bibl. Univ. Jagell. 523, s. XV, Dec. IV

[Dresd. Dc 128 = Drak. *Gaetner.*, s. XV, Decc. I, III, IV; bello deletus Id. Feb. an. 1945]

Flor. Med. Laur. lxiii. 9, s. XV, Dec. IV

[1] Optime exemplar α restituendum ex Bonon. 2289, Escor. g. I. 8, Laur. XIX. 7, Paris. 5738.

[2] Billanovich, *Petrarch*, p. 174 n. 2; id., *Boccaccio*, p. 332 n. 2; id. *Raterio*, p. 159 n. 1.

[3] Id., *Petrarch*, p. 173; cf. Tom. IV, § 93.

Lond., Mus. Brit., Harl. 2671, s. xv, Dec. iv (Drak. *Harl.*)
Lovel., Bibl. Holkham.: (i) 345, s. xv, Decc. i, iii, iv (Drak. *Lov.* 2); (ii) 357, an. 1449, Dec. iv
Mediol. Ambros. C. 211 inf., an. 1469, Decc. i, iii, iv[1]
Mutin. Est. x. 1. 4, s. xv, Decc. i, iii, iv
Noveborac., Bibl. Univ. Colomb., Plimpt. 106 (olim Phillipps. 6743), an. 1461, Dec. iv
Paris., Bibl. Nat. Lat.: (i) 5739 (Mazarin.), an. 1443, Dec. iv; (ii) 5741 (Colbert.) an. 1405, Decc. i, iii, iv[2]
Sangall., Bibl. Vad. 308, an. 1442, Dec. iv, cum 306 (Dec. i, an. 1443), 307 (Dec. iii, an. 1442)
Vat. Lat. 1854, s. xv in., Dec. iv
Vat. Ross. 562, xv med., Dec. iv
Venet. Marc. Lat. 366, an. 1454, Dec. iv
Vratislav., Bibl. Univ.: (i) Rehdig. 96, an. 1468, Decc. i, iv;[3] (ii) Akc. 1948 KN 797 (olim Lignit. Bibl. Petro-Paul. A. 47), s. xv, Dec. iv.[4]

(i) Praebent hi codices eosdem ac *PAE* errores (§ 109 i), interdum ut iam, uel amplius, emendatos, e.g. 31. 15. 10 postea *Rhodiisque* (*Rhodiique* ϕ), 35. 1, 45. 2 *nauigarent*; 32. 21. 13 *et hos* uel *et nos*, 30. 6 antea *quo* uel *quae* (*quod* ϕ). Inter se erroribus coniuncti sunt (cf. ϕ):

31. 4. 2 om. *Apuloque* (§ 110 i), 15. 3 *gessit* (*-isset*), 20. 5 *ut eo* (*eo ut*), 21. 7 (ante *in alas*) *quia* (*quae*), 24. 9 om. *limes*, 29. 16 om. *triennio* (cf. *E*, § 110 iii), 31. 9 *quoniam circa* (*quin contra*), 37. 11 *paudes* uel *pauens* (*paludes*; cf. § 112 ii), 40. 4 (*Pelion*) *prelii* uel *-io* (*prelium*); 32. 8. 7 ($\infty\infty$) *tria milia* (*mille milia*), 9. 3 om. *Auruncae* (§ 112 ii).

(ii) Non uidentur codices β ab ipso PP^{2-4} deriuati esse: u. § 110 i,

[1] Castiglioni, loc. cit. (ad § 112).
[2] Billanovich, *Altro Livio*, pp. 271–2, 275 n. 2; u. § 115 iii ad Paris. 8954.
[3] Cf. Rossbach, *Wochenscr. klass. Philol.* 35 (1918), col. 477; 36 (1919), col. 424 (R. 598 = R. 96).
[4] Cf. H. Kraffert, *Jahrb. class. Philol.* (ed. Fleckeisen) 17 (1871), p. 69; R. Peiper, ibid., p. 211; A. Zingerle, *Ed. Lib. XXXI–XXXV* (1888), p. vi.

ubi lectiones ϕ cum *AE* seruant: 31. 21. 18 (sed *coloniis*), 35. 5, 47. 2 (*statum* uel *statim*); 32. 8. 11, 36. 2, 36. 6; neque ex AA^2: § 110 ii cum *PE*: 31. 4. 2, 26. 13; 32. 8. 3; 37. 10. 5; cf. 31. 19. 3 (∞) *cc* (§ 107 ii); neque ex *E*: § 110 iii cum *PA*: 31. 40. 1, 32. 39. 4; cf. 32. 7. 4 *mille ducenta* (§ 107 ii). Ex iis quae ϕmg adnotauit (cf. § 109 iii) et A^2 correxit, pleraque β in margine praebuit (cf. Burn. 198), nonnulla in textum recepit, interdum amplius emendando: 31. 12. 3 *ad mille* (uel *ad Minucium*) *in Bruttios* (107 ii); 32. 2. 7 (*Sex. Aelii*) *Sextus* (*sex alii* ϕ; cf. α, § 112 ii), 32. 15 ante *in nullo* add. *si* (ut *Pmg Amg*); 37. 4. 1 *biduo* (uel *hi duo*) *omnes* (§ 109 ii); cf. 31. 35. 1 *uero tam* (P^x); 32. 25. 7 *adhortator* (*P*; § 110 i); neque cum α de coniecturis (cf. § 112 ii) consentit. Docte autem suo iure emendauit: § 107 ii: 31. 14. 3, 50. 3 (sed *designauerant*), ut ψ; 32. 28. 9 *ei* uel *sibi*; § 109 ii: 31. 46. 12 *quot . . . uidebantur*; 36. 43. 1 *deliberantem aliquot*; § 112 i: 31. 25. 4 *quinque ciuitatibus* (cf. α); sic etiam (cf. ϕ) e.g. 31. 6. 1 *inimicitias* (ex gloss. pro *iniurias*), 14. 3 (*Cento*) *Centimalus* (*centum*), 16. 4 *Ganimedis* (*Gallimedis*).

(iii) Corrigit quidem Burn. 198 traditionem ϕ modeste sed coniecturis ornate adnotat, quales ceteri β codices—uix ex ipso Burn.—uarie in textum receperunt, minus (e.g. Vat. Lat. 1854) uel plus; cf. Burn. (ϕ) cum Burn.*mg*, β*dett.*:

31. 2. 2 (*eam*) *Asiam*: *Asianam*; 12. 3 *mille* (§ 107 ii): *Minucium*; 13. 9 *trienum tabulum* (Vat.): *triennium pabulum*; 39. 9 *faciat*: *fecerat* (§ 109 i); 32. 7. 3 *subiti*: *subito* (§ 109 ii); 8. 16 *si regno* (Vat.): *si Antiochus regno*; 21. 25 *credulitas*: *crudelitatis* (§ 110 iii).

§ 114. *De Codicibus ϕ Deterioribus: γ (saec.* xv *in.)*

Traditionem ϕ uel minime emendatam hi codices tandem saeculo xv exarauerunt, uariis lectionibus coniecturisque neglectis quales α et β receperunt. Inter se ita erroribus coniuncti suoque iure correcti sunt ut appareat eos ab exemplari (γ) ineuntis saec. xv oriundos esse; quod non

uidetur ex ipsis *PAE* neque ex $\alpha\beta$ descriptum esse, sed potius textum ϕ praebuisse ut serius acceptum, denuo prudenter emendatum.

Bonon., Bibl. Univ. 2245, s. xv, Dec. iv
Escor. g. 1. 9, s. xv, Dec. iv
Lond., Mus. Brit., Add. MSS. 22,108, s. xv, Dec. iv
Lovel., Bibl. Holkham. 354, an. 1409, Dec. iv (Drak. *Lov.* 4)
Mutin. Est. W. 1. 12, s. xv, Dec. iv
Vat. Lat.: (i) 1855, an. 1409, Dec. iv: (ii) 1856, s. xv, Dec. iv; (iii) 3332, s. xv med., Dec. iv
Vat. Palat. Lat.: (i) 877, an. 1445, Dec. iv (Gebhard. *Pal.* 2); (ii) 880, s. xv post., Dec. iv (Gebhard. *Pal.* 1)
Vesont., Bibl. Pub. 839, an. 1427, Dec. iv, cum 837 (Dec. i, an. 1425)[1]
Vindob., Bibl. Nat. 21, s. xv, Dec. iv

(i) Praebent hi codices eosdem ac *PAE* errores (§ 109 i), raro ut emendatos, e.g. 31. 35. 1 *primum cum numero*, 39. 9 *fecit* (*faciat* ϕ); 32. 21. 13, 30. 6. Cf. § 107 ii: 31. 34. 7 ($\infty\infty$) *octo*, 32. 28. 9 *ei*; § 110 ii: 31. 26. 13 *haec deerant*; § 110 iii: 31. 38. 10 *per tota*. Inter se erroribus coniuncti sunt (cf. ϕ): 31. 15. 3 om. *suam*, 29. 1 (*Furius*) om. (*Rufus*), 31. 7 om. *legibusque*, 47. 2 *statium* (cf. *P*, § 110 i); 32. 7. 4 *ducenta* (§ 107 ii), 11. 2 *oneratur* uel *ornatur* (*oneratus*).

(ii) Non uidentur codices γ ab ipso PP^{2-4} deriuati esse: u. § 110 i, ubi lectiones ϕ cum *AE* seruant: 31. 21. 18, 35. 5; 32. 8. 11, 25. 7 *ad hos trator* (cf. α, § 112 ii), 36. 2, 36. 6; neque ab AA^2: § 110 ii cum *PE*: 31. 4. 2, 4. 4; 32. 8. 3; 37. 10. 5; neque ab *E*: § 110 iii cum *PA*: 31. 29. 16, 40. 1, 50. 10; 32. 39. 4; neque cum $\alpha\beta$ de erroribus cònniecturisque (cf. §§ 112–13) consentiunt. De emendationibus suis u. § 107 ii: 31. 12. 3 *ad Bruttios*, 14. 3 ut ψ; § 109 ii: 32. 1. 12 *longae*; § 112 i: 31. 25. 4 *quaque* (cf. § 113 ii); § 112 ii: 32. 21. 25 *crudelitatis*: cf. 31. 9. 3 *libeat* (*liceat* ϕ); 32. 16. 11 (ante *impigre*) om. *ut* (ϕ: *haud B* ψ).

[1] Billanovich–Ferraris, *Codex Regius*, p. 257; Ullman, *Hum. Script*, p. 95 n. 6.

§ 115. *De Codicibus Deterioribus inter se contaminatis* (*saec.* XV)

Ineunte saec. XV exstabant et textus ψ et traditio ϕ triplici ratione, ut uidetur, apud $\alpha\beta\gamma$ emendata, unde alii *Dett.* exarati sunt. Ceterum lectiones contaminando alii quoque scribae textum exquisitius ediderunt; qui codices ab ψ deriuatos ex ϕ *dett.* emendarunt traditionemque ϕ apud $\alpha\gamma$ correxerunt conlatis β *dett.*, sed uix codices β contaminarunt, tamquam iam satis emendatos.

(i) Codices ab ψ deriuati, copiose ex ϕ *dett.* emendati:

Flor. Med. Laur.: (i) lxiii. 12, s. xv, Dec. IV; (ii) lxiii. 15, s. xv, Dec. IV

Monac., Bibl. Pub. 15733, s. xv, Dec. IV, cum 15731 (Dec. I), 15732 (Dec. III)

Valent., Bibl. Univ. 608, s. xv, Dec. IV, cum 762 (Dec. I), 763 (Dec. III)[1]

Vat. Barb. Lat. 175, s. xv, Dec. IV

Vat. Ferrajol. 562, s. XVI in., Dec. IV

Vat. Ottob. Lat. 1291, s. xv, Dec. IV

Praebent quidem hi codices communes ψ errores, quales § 107 i citauimus, et lectiones ψ pro ϕ omissionibus, e.g. 31. 5. 1 *primo* (*uno* ψ), 11. 4 *eosdem in Numidiam . . . Carthaginem*; sed multas coniecturas ex ϕ *dett.* receperunt: cf. § 108 ii cum *LD*: 31. 7. 10, 46. 10; § 109 i cum *PAE*: 31. 9. 10, 37. 12, 45. 10; 32. 4. 3; § 109 ii cum L^2: 31. 12. 2, 50. 10; 32. 1. 12, 31. 5; 36. 43. 1; 37. 4. 1, 34. 6; numeros omiserunt (cf. *LD*): § 107 ii: 31. 19. 3 ($\infty\infty$), 20. 7.

(ii) Codices α *dett.* in quibus scribae coniecturas superuacaneas coercuerunt:

Escor. g. 1. 5, s. xv, Dec. IV, cum g. 1. 7 (Dec. I), 6 (Dec. III)

Flor. Med. Laur. lxiii. 18, s. xv (ante an. 1422), Dec. IV, cum lxiii. 16 (Dec. I), 17 (Dec. III)

Lovel., Bibl. Holkham. 353, s. XIV post., Dec. IV ab 32. 8. 11 (Drak. *Lov.* 3)

[1] Billanovich–Ferraris, loc. cit. (ad § 114).

Praebent hi codices communes α errores; cf. § 112 i, sed 32. 32. 4 ut φ, 37. 7. 15 *profatus*; § 112 ii: 32. 26. 17 om. gloss., 33. 2 tantum *condiciones pacis*. Cf.:

Mutin. Est. J. 3. 1, s. xv, Dec. iv

Vindob., Bibl. Nat. 3099, s. xiv ex., Decc. iii, iv, i (sic), ex Vat. Basil. C. 132 (§ 112) iam correcto descriptus[1]

(iii) Codices α *dett.* et γ *dett.* inter se contaminati:

Berol., Bibl. Pub. Lat. 370 (hodie in Bibl. Univ., Tübingae), s. xv, Dec. iv

Lond., Mus. Brit., Burn. 200, an. 1440, Decc. iii, i, iv (sic)

Lovel., Bibl. Holkham. 356, s. xv, Dec. iv (Drak. *Lov.* 6)

Paris., Bibl. Nat. Lat. 14360 (S. Vict.), s. xv, Decc. i, iii, iv

Vat. Lat. 1858, s. xv, Dec. iv

Vat. Vrbin. Lat. 426, an. 1427, Dec. iv

Praebent quidem multas α lectiones, saepe amplius emendando: § 112 i: 32. 21. 36 *uotis optastis*; § 112 ii: 32. 2. 7 *ex aliis* (sed *Sextius* Ber. Lov., cf. § 113 ii); sed (cf. γ) § 114 i: 31. 15. 3 om. *suam*, 31. 7 om. *legibusque*; § 114 ii: 31. 25. 4 *quaque*.

Eadem fere ratione conlatis β *dett.* (§ 113 ii):

Paris., Bibl. Nat. Lat. 8954, s. xv, Dec. iv, cum 8953 (Dec. iii), cf. 9679 (Dec. i)[2]

Vat. Vrbin. Lat. 425, s. xv med., Dec. iv, cum 423 (Dec. i), 424 (Dec. iii), ex γβ*dett.*

(iv) Codices ab φ deriuati, sero ex αβψ*dett.* emendati:

Escor. g. 1. 4, s. xv, Dec. iv (cf. αβ)

Sic etiam, ut uidetur, Drak. *Mead.* 2 (cf. β)

Inter se coniuncti, tamquam ex αψ*dett.* emendati:

Flor. Med. Laur. lxxxix inf. 1, s. xv, Decc. i, iii, iv

Phillipps. 6744, s. xv, Dec. iv (hodie penes William H. Robinson Ltd.)

Taurin., Bibl. Nat. E. iii. 13, s. xv, Dec. iv

[1] Billanovich, *Altro Livio*, p. 272.

[2] Ibid., pp. 272 n. 2, 275 n. 2 (sed Dec. iv uix ex Paris. 5741 descripta).

Vat. Lat. 1852, circ. ann. 1425–9, Dec. IV, cum 1843 (Dec. I), 1849 (Dec. III)[1]

Praebent quidem paucas α lectiones (§ 112), sed 31. 35. 1 om. *primum* (*numero*), 32. 28. 9 *ex Italia* (*ex* [spat.] φ, § 107 ii); cf. (ex ψ) 31. 15. 10 *et ipse*, 32. 5. 10 *ad muniendum*.

§ 116. *Inde a Codicibus Deterioribus ad Editiones Veteres* (*saec.* XV *med.*): δ *Edd. uet.*

(i) Exstabat denique traditio φ medio saec. XV apud *Dett.* tam uarie commixta, iam contaminatis αβγ lectionibus conlatisque interdum ψ *dett.*, ut scribae textum denuo edere possent; qua ratione coniuncti sunt:

Rom., Bibl. Vict. Emman. Lat. 448, s. XV med., Dec. IV
Vat. Lat.: (i) 1851, s. XV post., Dec. IV; (ii) 1853, s. XV post., Dec. IV

(ii) More autem nouo textus δ ab α *dett.* deriuatus, ut uidetur, non modo ex lectionibus contaminatis sed etiam suo iure ad artem rhetoricam, e.g. uerborum transpositione, ualde emendatus est; quem Io. Andreas Bussi, episcopus Aleriensis, apud Ed. pr. circ. an. 1469 typis exscribendum curauit Editoresque ueteres satis fideliter tradiderunt;[2] neque absunt hodie uestigia huius traditionis deterioris.

Flor. Med. Laur. lxiii. 33, s. XV med., Decc. III, IV
Lond., Mus. Brit., Harl. 3694, s. XV med., Dec. IV[3]
Lovel., Bibl. Holkham. 355, an. 1470, Dec. IV (Drak. *Lov.* 5)
Oxon. Bodl. Canon. Lat. 297, circ. an. 1476, Dec. IV, cum 296 (Dec. III, an. 1476)

Omittunt hi codices et Ed. pr. 31. 13. 6 *et sibimet . . . opus esse* (suppl. mox *Edd. uet.* ex *Dett.*). Ab α *dett.* uidentur deriuati esse,

[1] 'Liber Poggii Secretarii': scr. Poggius ann. 1425–6 uel scriba suus ann. 1428–9; u. Ullman, *Studies*, p. 308, *Hum. Script*, p. 45.
[2] Vide § 111 ii; Billanovich, *Petrarch*, p. 180.
[3] Cf. stemma Alfonsi I Neapol. (ob. an. 1458); u. De Marinis, op. cit. ii, p. 98.

haud raro amplius emendando; cf. § 112 i: 31. 26. 8, 34. 2; 32. 5. 11, 21. 36 (sed add. *quam armis*); sed 31. 25. 4 *quaque ciuitatum*, 32. 1. 14 *edita*; 32. 32. 4, 36. 42. 4, ut ϕ; 37. 7. 15 *persecutus*; § 112 ii: 31. 11. 11, 37. 3, 37. 11, 47. 2, 49. 10; 32. 9. 3 (bis); sed 31. 35. 5 *emissis hastis*; 32. 2. 7 *P. et Sex. Aelii*, 18. 2 ut ϕ, 26. 17 et 33. 2 om. gloss. Sic etiam audacter: 31. 13. 9 *Trientius Tabuliusque* (§ 113 iii), 45. 10 *Tanticeris* (§ 109 i), 46. 3 post *milites* add. *praestaret*, 49. 8 *ut id nouit quod* (*non id quod* ϕ); interdum bene: 31. 12. 3 (*ad praetorem in Bruttios* (§ 107 ii); 32. 7. 3 *sub Tifatis* (§ 109 ii), 34. 6 *Prusiam* (§ 107 i). Textus autem rhetorice emendatus est, sc. uerbis suppositis (cf. ϕ), e.g. 31. 8. 3 *annuntiari* (*nuntiari*), 37. 3 *oritur* (*coepit*), uel transpositis, e.g. 31. 8. 2 *iussisset populus*, 19. 6 *sibi* post *bonam*, 24. 9 *latae sunt uiae*, et sic saepe.[1] Ab Ed. pr. Edd. uet. textum receperunt, interdum *Dett.* conlatis (postremo apud Ed. Ascens. an. 1513).

§ 117. *De Codice Spirensi* (*Sp*)

Apud ed. Frobenianam alt. (*Frob. 2*, an. 1535), ut Beatus Rhenanus in Libris XXVI–XXX, ita Sig. Gelenius in Libris XXXI–XXXII, XXXIV–XL. 37. 3 emendandis codicem Spirensem—hodie deperditus est—sibi comparauit. Inde a Libro XXXIV, tum etiam codice Moguntino (*Mg*) usus, lectiones nec distincte citauit nec rite a suis coniecturis seiunxit;[2] ceterum ex adnotationibus apparet *Sp* eosdem ac χ Libros continuisse, omissis XXXIII et XL. 37. 3–59. 8 (cf. § 106). Accedit quod Gelenius in Libris XXXI–XXXII editionem Frob. primam (*Frob. 1*, an. 1531) ab *Edd. uet.* deriuatam denuo ex *Sp* ita emendauit ut *Frob. 2* eundem fere ac χ textum praebeat.[3]

[1] Qua de ratione (ut apud Cic. codices) cf. W. Peterson, *Am. Journ. Philol.* 28 (1907), p. 150.

[2] Vide § 100 i.

[3] Vide Tom. IV, § 88 et Billanovich, *Petrarch*, p. 180; de Gelenii ratione cf. Madvig, *Em.*, p. 460; Weissenborn, *Comm. philol. in hon. T. Mommseni*, 1877, p. 302; Luchs, *Cod. Spir.*, p. 3, de χ lectionibus amplius (sed omnes ϕ nominat).

Neque uero apparet *Sp* ex ipso χ, sc. ex 'Vetere Carnotensi', sed potius suo iure ex communi exemplari in Italia, fortasse saeculo XI, descriptum esse. Gelenius uel codicem diserte citat (*Sp*), e.g. *in archetypo*, *uetus lectio*—interdum haud certe contextum testatur (*Sp. ut uid.*)—uel saepius lectiones probat, e.g. *lege*, *legendum*, ut conlato codice (*Gel. Sp?*); correctiones quoque ex eo in *Frob. 2* tacite introduxit (*Frob. 2*) textumque suo Marte emendauit (*Gel.*).

(i) Gelenius ad 36. 22. 8: 'Maguntinus et Spirensis codices'; ad 32. 10. 11: 'Alterum exemplar (nam duobus usi sumus) hic nihil adiuuit, quod in eo [sc. *Mg*] primus et secundus libri, atque initium tertii, desiderarentur'; i.e. apud Libros 31–32 solo Spirensi usus est, cf. ad 32. 10. 11, 33. 6, 39. 1 et 4. In adnotationibus ut *Sp* conlato primum ad 31. 9. 5 (sc. *legendum*) diserte emendauit, sed in *Frob. 2* iam c. 1. 6 *militum robore* transposuit, c. 1. 10 *renouandum* (*inn-Frob. 1*) tacite correxit; neque 'minutiora commemorat' (cf. ad 31. 9. 5); unde uix debemus suspicari prima folia codici defuisse.[1] Gelenius ad 33. 21. 8: 'scriptum exemplar quod unicum extat', sc. *Mg*, cf. ad 33. 49. 8 'in Maguntino'; unde apparet *Sp* defuisse. Inde a Libro 34 ambo codices aderant, cf. ad 34. 11. 2 'in ueteribus', usque ad Librum 40, cf. 40. 35. 14, 36. 5 'antiqui codices'; sed iam ad c. 39. 8 Gelenius de uno exemplari adnotat ('in archetypo'), sc. de *Mg*, cf. cc. 42. 1 et 11, 47. 3, 58. 9; unde constat *Sp* inter cc. 36. 5 et 39. 8 desiisse, neque dubium est quin eodem ac χ loco, sc. c. 37. 3, desierit.

(ii) Apud Libros 31–32 Gelenius, ut qui tantum de *Sp* utilia excerperet, multa iam in δ *Edd.uet. Frob. 1* speciose emendata recepit, e.g. § 116 ii: 31. 13. 9, 25. 4, 46. 3, 32. 21. 36; sed alia ut *Sp* conferendo correxit (cf. § 116 ii), uel diserte, e.g. 31. 49. 8 *non id quod* ('uetus lectio'), 32. 9. 3 *Auruncae* ('reposuimus'), 18. 2 *rationem* ('lege'), uel tacite, e.g. 31. 8. 3 (post *utique*) *nuntiari*, 37. 3 *coepit*, 32. 3. 3 *transportata*. Apud Libros 34–40 Gelenius, ubi textum ex *Sp* correxisse uidetur, lectiones alias ac *Mg*, easdem fere ac $B\chi$

[1] Vt Madvig, *Em.*, p. 461; sed u. Luchs, op. cit., p. 5.

praebet (cf. *Mg*), e.g. 34. 7. 5 *se* (*eas*), 35. 19. 5 del. *quam*, 36. 17. 4 *ille* (*multo*), 36. 22. 8 *amniculo* (*angulo B*, *amnis latere Mg*), 38. 17. 9 add. *quod*. Lectiones χ uero seruat *Frob. 2* ubi *B* lapsus est (cf. *B*): 31. 27. 2 *Orgesso* (*orsesso*), 29. 13 *uidetur* (*-eretur*), 32. 21. 30 *ope petendum* (*repetendum*). Minorem quidem errorum copiam Gelenius ex *Sp* suppeditat, sed inde satis apparet *Sp* et χ erroribus (cf. *B*) inter se coniunctos esse:

31. 15. 3 *suam Gel.* ('legendum') χ: *sociam Frob. 1* (*suorum*); 32. 7. 3 *legebant Frob. 2* ψ: *regebant* ϕ *Frob. 1* (*legerunt*), 39. 8 (ante *item*) *inermes Gel.* χ: *inermibus Frob. 1* (*inermi*); neque Gelenius omissiones χ *Edd. uet. Frob. 1*, ut uidetur, inde ex *Sp* poterat supplere, e.g. ad 31. 46. 11, 32. 11. 2 (tantum *ait Frob. 2*), 11. 4, 31. 6, quamuis alia in contextu emendaret;[1] quod propius *Sp* et ψ stant, cum ϕ textum emendarit, id apud § 109 i constat.

(iii) Coniecit quidem Johnson χ fort. ab *Sp* deriuatum esse; sed *Gel. Frob. 2* errores praebent ubi χ seruat traditionem (cf. *B*χ): 31. 14. 6 del. *sibi Gel.*, 32. 21. 17 del. *etiam Gel.* (*tum B*); cf. *Frob. 2*: 31. 14. 11 *secuti* (*persecuti*), 35. 2 *cum* (*autem*); 32. 9. 11 ante *fieret* add. *id*, 29. 1 *quod et* (*et quod*);[2] qualia uix ueri simile uidetur Gelenium omnia casu coniecturaue corrupisse uel χ recte emendasse, neque exemplar Carnotense (cf. § 111) inde Auenione saec. XIV–XVI usque Spiram peruenisse.

Iam docuit Billanovich, ut de Libris 26–30 argute, *Sp* ex ipso χ descriptum inde Carnoto—fort. Adelmanni Leodiensis opera—usque Spiram saec. XI tralatum esse neque pertinere 'folium Monacense' (saec. XI), quippe quod arte Italica scriptum sit.[3] Sed, ut de Quarta Decade dicamus, uix ex χ uidetur *Sp* descriptus; nam Gelenius traditionem (cf. *B*) seruat, ut *Sp* conlato, ubi χ lapsus est:

31. 15. 7 *ergo Gel.*: *gratia* χ; 29. 10 *nominem Gel.* ('uetus lectio') post *finitimas*, post *Roma B*: om. χ; ibid. *Roma Frob. 2*: *Romana* χ; 49. 11 *ecquem . . . si non militem, lixam Gel.* ('legendum'): *neque . . .*

[1] Luchs, ibid., pp. 10–12.

[2] S. K. Johnson, op. cit., p. 4; sed u. Luchs, op. cit., p. 13.

[3] Billanovich, *Petrarch*, pp. 185 sq.; *Raterio*, p. 171; de 'folio Monacensi' u. Tom. IV, § 90, P. Lehmann, 'Die mittelalt. Dombibliothek zu Speyer', *Bayer. Akad. Wiss.*, *Philos.-hist. Abt.*, 1934, 4, p. 29.

sine milite unum χ; 32. 1. 10 *Sangi Gel.* ('reposuimus'), *Sangus B*: *Saturni* χ; 8. 3 *uetitusque . . . decedere Gel.*: *est utque . . . decederet* χ; neque aliter *Frob. 2* (cf. χ): 31. 9. 5 *quinum milium* (*quina milia quinquaginta*), 14. 3 *Cento* (*centum*); 32. 1. 11 *equuleum* (*equum*), 17. 16 *fortuita* (*forte Frob. 1*: *fortiter* χ), 32. 10 *exul uir* (*exules et uir*).[1] Qua ratione apparet χ et *Sp* ex communi exemplari in Italia compacto iamque mutilato inde suo utrumque iure ibi descriptos esse, sic *Sp* saec. XI, si ex eo manet 'folium Monacense'.[2]

Nonnulla praesertim de locorum hominumque nominibus Gelenius suo Marte uidetur emendasse, e.g. 31. 4. 3 *P. Villius Tappulus*, 36. 6 *Octolophum* ('exemplaria scripta' citans).

§ 118. *De Codice Moguntino* (*Mg*)

Apud ed. Moguntinam (*Mog.*, an. 1519) Nic. Carbachius codice (*Mg*) qui in bibliotheca aedis Moguntinae iacebat ad Dec. IV recensendam usus est.[3] Continebat ille codex—hodie deperditus est—textum Librorum XXXIII. 17. 6—XL, litteris tum ignotis lectuque difficilibus scriptum; quem Traube ex Carbachii mendis coniecit scriptura 'insulari' saec. IX exaratum esse. Ex eo Carbachius textum Librorum XXXIII. 17. 6–49. 8 et XL. 37. 3–59. 8 suppleuit textumque Librorum XXXIV–XL. 37. 3 ab *Edd. uet.* deriuatum denuo emendauit, ita ut *Mog.* nouas lectiones et eas magni momenti praebeat; necnon ille indicem de *Mg* lectionibus adiecit ('Annotata ex uetusto codice').[4] Inde Asulanus ed. Aldinam (an. 1520) et Grynaeus, ut uidetur, ed. *Frob. 1* (an. 1531) curauerunt, dein Gelenius apud *Frob. 2* iterum codice *Mg* conlato ea correxit atque adnotauit quae Carbachius falso legerat.[5] Frustra uero

[1] Cf. Madvig, *Em.*, p. 460; Luchs, op. cit., pp. 6 sq., ita uero ut inter φ et ψ discernendum sit.

[2] De exemplari u. Billanovich, *Petrarch*, pp. 187–8.

[3] Vide § 100 i.

[4] Traube, *Bamb. Frag.*, pp. 21–25.

[5] Traube, ibid. p. 22; Weissenborn, loc. cit. (ad § 117).

se iactat Franciscus Modius (apud ed. Francofurt. an. 1588) ipsum codicem *Mg* contulisse.[1]

Ex *F* erroribus, ubi uix dubium est quin *Mg* textum Liui seruarit, satis apparet *Mg* non ab archetypo *F* oriundum esse (cf. § 104 i); quod de $B\chi$ erroribus confirmatur (§ 106); neque fragmentis *R* (§ 119 ii) uidetur cognatus. Menda quidem sua *Mg* praebebat, adnotationes saepius quam *B* in textum intulit; sed multum ille una cum *B* prodest ad textum recensendum. Apud Libros XXXIII et XL (ut supra) Carbachius textum *Mg* transcripsit (*Mog.*), minora sane emendando, Geleniusque denuo correxit (*Mg*, *Gel.*). Ad Libros XXXIV–XL. 37. 3 Carbachius lectiones *Mg* in indice diserte citauit (*Mg*), interdum haud certe contextum testatur (*Mg ut uid.*); tantum pauca ex *Mg* tacite intulit—leuiter uero citant Editores textum *Mog.*, iam plerumque ab *Edd. uet.* ortum, ut pro *Mg*—sed suo Marte emendauit (*Carb.*). Citat autem Gelenius *Mg* eadem fere atque *Sp* ratione (§ 117).

(i) Carbachius ad lectorem: 'Ioannes Scheffer Chalcographus . . . quom ex bibliotheca aedis Moguntinae maximae ac metropolitanae perquamuetustum nactus esset codicem, Langobardicis scriptum in membranis characteribus, . . . in quo T. Liuii quaedam insunt a nullo unquam antea impressa, quadragesimi nempe libri pars extrema [sc. 40. 37. 3–59. 8] cum trigesimi tertii parte maxima [sc. 33. 17. 6–49. 8] . . .'. Nihil quidem 'characteres Langobardici' significant nisi scripturam aetatis prioris 'minusculam' quam Carbachius ignorabat; cf. ibid.: '(codex) adeo antiquis scriptus literis, ut nisi ab assueto legi haudquaquam possit . . .'; item Gelenius: 'Et tamen non pauca loca in eo' (sc. *Mg*) 'castigatorem' (sc. *Carb.*) 'fefellerunt, ob imperitiam legendi et scripturae difficultatem'; cf. ad 33. 21. 8, 40. 39. 8. De *Mg* scriptura si quid conici debet, uide eos locos quibus Gelenius menda Carbachii correxit (cf. *ed. Mog.*), e.g. 33.

[1] Drakenborch, Tom. VII, p. xlv; P. Lehmann, *Franciscus Modius als Handschriftenforscher*, 1908, p. 110.

35. 2 *L. Stertinius* (*L. Thermus*: om. *i* suspensum), 36. 10 *semel pellerentur* (*se inde pellerent*: *d* pro *el*, *t* pro *t*(*ur*)); 40. 40. 1 *egregie* (*tertię*: *t* pro *g*), 58. 9 *dum* (*tum*: *t* pro *d*); sic ex litteris 'insularibus'.[1]

(ii) De *Mg* mendis haec ex *Mog. Frob. 2* proferimus (cf. *FB*): 33. 34. 10 om. *reiecta est senatus* (sed *senatus* suppl. *Frob. 2*), 34. 11 *Lingus* (*Lycnidus*), 35. 10 *taliter Mog.*, *inter Frob. 2* (*leniter*), 36. 9 om. *ducit . . . pugna* (sed *ducit* suppl. *Frob. 2*), 37. 2 om. *exercitum*, 37. 3 *dein* (*inde*), 37. 4 om. *circa*, 37. 6 *Ligurum extremo fine* (*per Ligurum extremos fines*). Adnotationes autem *Mg* intulit (cf. *Bχ*) quales 35. 4. 3 *agros* (ad *pacatos*); 37. 48. 6 *adiecit* (*subtexit*); 38. 3. 4 *in Aetolorum imperio* (*Aetolorum*).[2]

§ 119. *De Fragmentis Romanis R* (*Vat. Lat. 10696*).

Inuenta sunt anno 1906 Romae in ecclesia S. Iohannis Lateranensi fragmenta Libri XXXIV pergamena, scriptura saec. IV–V unciali exarata, quae in thesauro Oratorii S. Laurentii—hodie uocatur *Sancta Sanctorum*—inde a saeculo VIII latebant, reliquiis Terrae Sanctae circumdata. Ex his fragmentis unum folium et dimidium ad finem quaternionis XV restituta sunt, quae Librum XXXIV. 36. 6–39. 2, 39. 11–40. 2 seruant; unde conicias codicem a Libro XXXI incepisse. Quem de fragmentorum forma apparet paginas duarum columnarum, columnas XXX uersuum, uersus XIV–XXII litterarum continuisse, de scriptura in Italia saec. IV/V esse exaratum.[3] Descripsit quidem scriba textum, ut uidetur, parum accurate nec quicquam nisi litteras superuacaneas correxit: multum tamen ualent fragmenta ad Dec. IV recensendam, ut quae traditionem et ab *Bχ Sp* et ab *Mg* diuersam praebeant.

[1] Traube, *Bamb. Frag.*, pp. 24–25.
[2] Madvig, *Em.*, p. 444.
[3] M. Vattasso, *Frammenti d'un Livio del V secolo*, p. 3 (imaginem phototyp. edit); Lowe, *Cod. Lat. Ant.* i, 1934, p. 18 (57).

(i) Ad ecclesiae Lateranensis *Sancta Sanctorum* reliquiae Terrae Sanctae in thesauro adseruatae in arca cypressina Leonis III (795–816) iacebant, VII fragmentis Liuianis inuolutae, quorum de suo quidque sacro saec. VIII manu adnotatur, e.g. ad frag. 1, +*terra de flumen Iurdannis.*

Ex IV fragmentis totum folium (338×293 mm.) restitutum est:

Fol. 1^{r}, col. 1: 34. 36. 6 *non inrita* ad 37. 3 *con(tionis)*; col. 2: 34. 37. 3 *(con)tionis* ad 37. 7 *commissa*; et supra, *Lib. XXXIIII.*

Fol. 1^{u}, col. 1: 34. 37. 8 *Quinto* ad 38. 2 *obiectis*; col. 2: 34. 38. 2 *tutabantur* ad 38. 5 *sine*; et supra, *Titi Liui.*

Deinde ex III fragmentis dimidium folii (a sinistro):

Fol. 2^{r}, col. 1: 34. 38. 5 *muro* ad 39. 2 *Romanus*, et supra, *Lib.*

Fol. 2^{u}, col. 2: 34. 39. 11 *(frag)menta* ad 40. 2 *oratorem*; supra, *(L)iui*, et infra, *q̄. xv.*

Scriptura continua est neque interpungitur; ad uersuum finem syllabae Romano modo diuisae sunt, e.g. *fu|tura*, *tyran|nis*, *incita|tus*, litterae *-m*, *-n* per lineolam scriptae, *-nt* ligatae; compendia *-q·* (*-que*), *-b·* (*-bus*); nihil de notis exstat. Orthographiae antiquae exempla: *-is* pro -es (Pl.); *inrita* (34. 36. 6), *adclamaretur* (37. 3), *conpulsi* (37. 8). Scriba ipse, ut uidetur, litteras deleuit puncto supra posito (e.g. 34. 38. 1 *coercuitis*, del. *u*) uel lineola transuersa (e.g. 38. 4 post *ferrent* del. *o*).

(ii) Multa quidem textus menda praebet (cf. *Bχ*) neque aderat corrector:

34. 36. 6 om. *sed*, 37. 3 *ex eaque* (*ea quae*; sic *Mg*), 37. 3 *adfixisset* (*adinfix- Bχ*, *affinx- Mg*), 37. 3 *nuncupatoribus* (*nunc a partibus*), 37. 7 om. *primum*, 38. 4 *clamore sublatus ubi redeundique* (*clamore sublato χ*, *sublato clamore B*, *subire undique*), 38. 6 *maxime quisque* (*quisque maxime*; sic *Mg*); cf. 36. 6 *priorum* (*iratorum Bχ*, *iritatorum Mg*); 37. 5 *ait* (*pronuntiat*), 37. 6 *ad stationes* (*et in stationes*), 38. 7 *inbos* (*inops*).

Ex his exemplis satis apparet nec *Bχ* (sc. *F*) nec *Mg* ab *R* deriuatum esse. Neque tamen, si forte de *R* aetate dubitatur, conici potest *R* ex *F* (cf. *Bχ*) exaratum esse; nam has lectiones (cf. *Mg*) pro *Bχ*

erroribus seruat: 34. 36. 7 *tyrannis* (*tyranno*), 37. 3 *ubi* (*ibi*), 37. 7 *commissa* (cf. *Mog.*; *emissa*), 38. 6 *laboraret* (*-abat*). Quod ad *B* errores pertinet, u. *R*χ (cf. *B*), e.g. 34. 37. 2 *tumultu* (*-to*), 38. 3 *equitumque* (om. *que*), 38. 4 (supra), 38. 7 *pauore* (om.) 39. 13 *redierunt in castra* (*in c. red-*)[1]

§ 120. *De recensendi emendandique Ratione*

Iam per saeculum textus Quartae Decadis praecipue ex codice *B* traditioneque de *Mg* recepta editus est: adhuc incertum manebat, ut inter Weissenbornium Madvigiumque disputatum est, utrum *B* an *Mg* plus auctoritate ualeret,[2] neque satis auxilii editores (nisi Zingerle) ex codicibus recentioribus petebant.[3] Nunc uero *B*, ut qui ex codice unciali (*F*) uideatur descriptus, potius tamquam antiquitate firmatur; sed conlatis *R* fragmentis apparet *B* et *Mg* pariter uirtutibus uitiis praeditos, inde pari iure adferendos esse; apud *B* tandem subtilius ad scripturae uncialis rationem emendari potest. Nunc quoque editoribus, ut uidetur, codices χ, inter quos et φ, ut antea, et ψ complectimur, auxilium insigne ferunt ad traditionem *FB* supplendam; neque codices *Dett.* negleximus, quibus conlatis docemus traditionem χ recentiorem nihil ex alia recepisse sed iure suo gradatim emendatam usque peruenisse ad *Edd. uet.*, ut ita dicamus, 'circuitu clauso'; ad quem textum referimus lectiones ex *Mg* et *Sp* a Carbachio Gelenioque adsumptas. Ex ampliore codicum auctoritate liberius de usu scribendi Liuiano agendum est neque disciplinae Madvigianae seruimus;[4]

[1] Cf. Vattasso, op. cit., pp. 6–7, 11 sq.; sed uix satis *Mg* et *Ed. Mog.* discernit.

[2] Weissenborn, *De Cod. Livii Moguntino* i, 1865, p. 4; Madvig, *Em.*, p. 448; cf. L. Kühnast, *Hauptpunkte Livian. Syntax*, 1872, p. 228 n. 141.

[3] Sed rationem luculenter iniit Luchs, *Em. Liv.* (u. ad § 106).

[4] Madvig, *Em.*, pp. 462 sq.; M. Müller, *Progr. Stendal.*, 1866, p. 5, ibid., 1871, p. 1; liberius uero H. J. Müller ap. *Comm. Weidm.* et Heraeus ap. *Ed. Teubn.* (u. ad § 100 i).

nam Liuius uario modo in partibus diuersis narrat, nunc ex formula publica, ut iam apud annales, nunc rhetorice, nunc etiam ex sermone communi.[1]

Haud aliter quoque de rebus corrigendis constat; neque enim res ex eiusdem generis auctoribus accepit Liuius, siquidem annales Romanos (sc. libros Valeri Antiatis Claudique Quadrigati, cf. 33. 10. 8–9, 30. 8, 36. 13) et Polybium (cf. 33. 10. 10, 34. 50. 6) ita descripsit ut partes contaminando totam narrationem neglegenter composuerit: inde ortae discrepantiae, quales uix emendando reconciliare possumus (ut inter Conwaium Madvigiumque disputatur, cf. Tom. 1, § 32, de 'Liui erroribus'). Ex Polybio Liuius in Libris 31–35 hos locos reddidit: 31. 14. 3–18. 9, 22. 4–47. 3; 32. 4. 1–6. 4, 9. 6–25. 12, 32. 1–40. 11; 33. 1. 1–21. 5, 27. 5–35. 12, 38. 1–41. 9, (45. 6–49. 8?); 34. 22. 4–41. 7, 48. 2–52. 2, (57. 1–62. 18?); 35. 12. 1–19. 7, 25. 2.–39. 8, 42. 1–51. 10; qui tantum de contextu Polybiano emendandi sunt.[2] Neque inter annales Romanos ut ab Liuio descriptos debemus leuiter emendare; nam ut de rebus paruis, e.g. ad cognomina (31. 50. 11, cf. 33. 27. 1), ita de rebus maioribus Liuius uix sibi constitit, quippe qui in Hispania 'praetores pro consule' (cf. Plut. *Aem.* 4) nunc 'praetores' (uel 'propraetores'), nunc 'proconsules' uocarit (cf. ad C. Semp. Tuditanum 33. 25. 9, 42. 5), sic de auctoribus suis rationem eorum diuersam secutus; ne constat quidem de annis a.u.c. (cf. 31. 1. 4, 34. 54. 6, contra 31. 5. 1).[3]

Itaque Quartae Decadis textum de rebus uerbisque ad

[1] A. H. McDonald, *Journ. Rom. Stud.* 47 (1957), p. 155; id., *Proc. Camb. Philol. Soc.* 186 (1960), p. 43.

[2] H. Nissen, *Krit. Untersuch. über Quellen iv. u. v. Dekade des Livius*, 1863, cc. 3–5, 7–11; cf. Polyb. xvi. 25–xx. 2.

[3] U. Kahrstedt, *Annalistik von Livius*, *B.* xxxi–xlv, 1913, c. 1; minus ualet A. Klotz, *Hermes* l (1915), p. 481, id. *Livius und seine Vorgänger*, 1941.

ipsius Liui rationem libere recensuimus atque emendauimus, ut 'in usum historicorum'. Haud aliter atque ad Tom. I §§ 30–31 de orthographia edidimus, de interpunctione structuram sententiae semper distinximus. Apud app. crit. nec *Dett.* nec *Edd. uet.* discreuimus, quippe quibus in coniecturis uix fiat operae pretium.

Restat ut gratias ex animo agam illis omnibus qui peritia ac beneuolentia sua opus hoc impense adiuuerunt: insignes in codicibus perlegendis aderant Conwaio Johnsonioque iam Nan Holley et J. Gardner Crewe, mihi quoque J. Carnegie et Alison Duke; neque consilio mihi deerant amici F. E. Adcock, E. Fraenkel, P. Maas, B. Bischoff, P. Lehmann, E. A. Lowe, de Petrarchae codicibus G. Billanovich adiutor atque adhortator; necnon Anne Court, R. W. Garson, J. B. et Jennifer Hall, Caroline Hammond comiter mihi subuenerunt. Bibliothecarum curatoribus, quibus quantum debeam facile ex hac Praefatione intellegas, gratias ualde ago; qui omnes opem mihi expedite praestiterunt, praecipue saepe petenti Bambergae C. Hoefner, Florentiae Teresa Lodi; benigne quoque mihi de codicibus suis consuluerunt Comes de Leicester, Lionel et Philip Robinson. Nunc demum curatoribus Preli Clarendoniani ipsisque prelatoribus, ut qui Praefationem hanc et amplum commentarium mihi indulserint, atque huius Preli correctori plurimas pro merito ago gratias.

A. H. McDONALD

Dabam Cantabrigiae
Kal. Feb. 1964

SIGLA

F = Frag. Placent. (Bibl. Pub. Bamb., Class. 35a), saec. v (*Praef.* §§ 101–3)

F^2 = corrector aequalis (*Praef.* § 102)

B = Bamberg. (Bibl. Pub., Class. 35, olim M. iv. 9) saec. xi (*Praef.* §§ 104–5)

B^1 = *B* ipse se corrigens

B^2 = corrector aequalis (*Praef.* § 105)

N = Oxon. (Bibl. Coll. Novi 279), saec. xv (*Praef.* §§ 107–8)

V = Vat. Lat. 3331, an. 1453 (*Praef.* §§ 107–8)

L = Med. Laur. lxxxix inf. 3. 3, saec. xv (*Praef.* 107–8)

ψ = consensus codicum *NVL* uel ex his duorum

P = Paris. (Bibl. Nat. Lat. 5690), ann. 1328–9 (*Praef.* §§ 109–11)

Pmg = *P* ipse uarias lectiones praebens

P^2, P^3, P^4 = correctores (*Praef.* § 110; sed P^x de correctore incerto)

A = Agennensis (Mus. Brit. Harl. 2493), ann. 1328–9 (*Praef.* §§ 109–11)

Amg = *A* ipse uarias lectiones praebens

A^2 = corrector (sc. Petrarcha; *Praef.* § 110; sed A^x de correctore incerto)

E = Escor. R. 1. 4, saec. xiv med. (*Praef.* §§ 109–11)

Emg = *E* ipse uarias lectiones praebens

ϕ = consensus codicum *PAE* uel ex his duorum

ϕmg = consensus *Pmg Amg Emg* uel ex his duorum

χ = consensus $\psi\,\phi$ (*Praef.* § 106)

Sp = cod. Spir. ab Gelenio in ed. Frob. 1535 diserte citatus (*Praef.* § 117)

Gel. (*Sp?*) = Gel. corrigens, fort. ex *Sp* (*Praef.* § 117)

Frob. 1 = ed. Frob. 1531

Frob. 2 = Gel. in ed. Frob. 1535 (cf. *Frob. 1*) tacite corrigens (fort. ex *Sp*)

Mg = cod. Mog. ab Carbachio apud ed. Mog. 1519 in adnotationibus diserte citatus (*Praef.* § 118)

Mg ut uid. = Carb. in adnotatione includens sed ut de alia re testem (*Praef.* § 118)

Mog. = Carb. in ed. Mog. (i) apud XXXIII. 17. 6–49. 8, XL. 37. 3–59. 8 cod. *Mg* transcribens, (ii) apud XXXIV–XL. 37. 3 tacite corrigens (*Praef.* § 118)

R = Frag. Rom. (Vat. Lat. 10696), saec. IV/V (*Praef.* § 119)

Dett. = codd. recc. ab ϕ deriuati, amplius emendati (*Praef.* §§ 112–15)

Edd. uet. = editores ante ed. Mediol. 1505, fere semper cum δ ex *Dett.* (*Praef.* § 116)

Mediol. = ed. Mediol. 1505 (sc. Alex. Minutiani)

Asc. = ed. Ascens., Parisiis, 1513 (sc. Badii Ascensii)

Aldus = ed. Ald. 1521

Eadem de siglis ratione (u. Tom. IV, p. xxxix) usi sumus; hic breuiter indicantur: ⟨. . .⟩ 'supplenda'; [. . .] 'secludenda'; † 'crux'; in app. crit.: (. . .) 'tantum de contextu addita';] 'ubi sic breuius uel liberius adnotari potest'; necnon [. . . *spat.* . .] ad spatia in *B* relicta (*Praef.* § 104).

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBER XXXI

Me quoque iuuat, uelut ipse in parte laboris ac periculi 1
fuerim, ad finem belli Punici peruenisse. Nam etsi profiteri 2
ausum perscripturum res omnes Romanas in partibus singulis
tanti operis fatigari minime conueniat, tamen, cum in men- 3
tem uenit tres et sexaginta annos—tot enim sunt a primo
Punico ad secundum bellum finitum—aeque multa uolumina
occupasse mihi quam occupauerint quadringenti duodenona- 4
ginta anni a condita urbe ad Ap. Claudium consulem, qui
primum bellum Carthaginiensibus intulit, iam prouideo 5
animo, uelut qui proximis litori uadis inducti mare pedibus
ingrediuntur, quidquid progredior, in uastiorem me altitu-
dinem ac uelut profundum inuehi et crescere paene opus,
quod prima quaeque perficiendo minui uidebatur.

Pacem Punicam bellum Macedonicum excepit, periculo 6
haudquaquam comparandum aut uirtute ducis aut militum

Inscriptiones: Incipit liber tricesim' (*superscr.* Quadragesim' A^2) primus feliciter *A* (*u. Praef.* § 111): Titi liuii de bello Macedonico lib' p̄mus *E*: Titi Liuii Patauini historiarum ab urbe condita liber xxxi incipit de bello uero (*del.* uero L^x) Macedonico liber primus incipit *L* (*in litt. capit.*): Titi Liuii Patauini historiographi de bello Macedonico liber primus incipit lege feliciter sic dicit *V* (*in litt. capit.*, *rubricata*): *deest inscr. in BNP*

1. 4 duodenonaginta] lxxviii $B\chi$, *corr. Glar.* (*cf.* 34. 54. 6): octoginta septem *Peter*, *Mommsen* (*cf.* 31. 5. 1); *sed utraque annorum a.u.c. ratione Liuius usus est neque sibi constitit* 5 proximis litori *Carb.* (*ex* -mis litoris *Edd. uet.*): -mi litori *B*: -mi litoris χ profundum *Asc.*: -dam $B\chi$ uidebatur ϕL: uideatur $B\psi$

7 robore, claritate regum antiquorum uetustaque fama gentis et magnitudine imperii, quo multa quondam Europae, maiorem
8 partem Asiae obtinuerant armis, prope nobilius. Ceterum coeptum bellum aduersus Philippum decem ferme ante annis triennio prius depositum erat, cum Aetoli et belli et pacis
9 fuissent causa. Vacuos deinde pace Punica iam Romanos et infensos Philippo cum ob infidam aduersus Aetolos aliosque
10 regionis eiusdem socios pacem, tum ob auxilia cum pecunia nuper in Africam missa Hannibali Poenisque preces Atheniensium, quos agro peruastato in urbem compulerat, excitauerunt ad renouandum bellum.

2 Sub idem fere tempus et ab Attalo rege et Rhodiis legati
2 uenerunt nuntiantes Asiae quoque ciuitates sollicitari. His legationibus responsum est curae eam rem senatui fore; consultatio de Macedonico bello integra ad consules, qui tunc in
3 prouinciis erant, reiecta est. Interim ad Ptolomaeum Aegypti regem legati tres missi, C. Claudius Nero M. Aemilius Lepidus P. Sempronius Tuditanus, ut nuntiarent uictum Hannibalem Poenosque et gratias agerent regi quod in rebus dubiis, cum finitimi etiam socii Romanos desererent,
4 in fide mansisset, et peterent ut, si coacti iniuriis bellum aduersus Philippum suscepissent, pristinum animum erga populum Romanum conseruaret.

5 Eodem fere tempore P. Aelius consul in Gallia, cum audisset a Boiis ante suum aduentum incursiones in agros sociorum factas, duabus legionibus subitariis tumultus eius causa scri-
6 ptis additisque ad eas quattuor cohortibus de exercitu suo, C. Ampium praefectum socium hac tumultuaria manu per

1. 7 quo *Bχ*: quod *Harant*: quando *M. Müller; suspicatur* quo *uel* armis *H. J. Müller*; *sed satis apte* armis *additum* multa *Bψ Frob. 2*: -tam *φ*, -tum *L* 8 causa *Heinsius*: causai *B* (*sic*, 1 *ex seq.* uac-): causae *χ*; *cf.* 35. 12. 4 10 Africam *BA*: -ca *χ*

2. 2 eam *B*: asiam *χ* 3 nuntiarent *B*: et annunt- *χ* in fide mansisset *χ*: *om. B* 6 Ampium *E*: appium *Bχ*; *cf.* § 7 *adn.*

Vmbriam qua tribum Sapiniam uocant agrum Boiorum
inuadere iussit; ipse eodem aperto itinere per montes duxit.
Ampius ingressus hostium fines primo populationes satis 7
prospere ac tuto fecit. Delecto deinde ad castrum Mutilum
satis idoneo loco ad demetenda frumenta—iam enim maturae
erant segetes—profectus neque explorato circa nec stationi- 8
bus satis firmis quae armatae inermes atque operi intentos
tutarentur positis, improuiso impetu Gallorum cum fru-
mentatoribus est circumuentus. Inde pauor fugaque etiam 9
armatos cepit. Ad septem milia hominum palata per segetes
sunt caesa, inter quos ipse C. Ampius praefectus; ceteri in 10
castra metu compulsi. Inde sine certo duce consensu militari
proxima nocte, relicta magna parte rerum suarum, ad con-
sulem per saltus prope inuios peruenere. Qui nisi quod 11
populatus est Boiorum fines et cum Ingaunis Liguribus foedus
icit, nihil quod esset memorabile aliud in prouincia cum
gessisset, Romam rediit.

Cum primum senatum habuit, uniuersis postulantibus ne **3**
quam prius rem quam de Philippo ac sociorum querellis
ageret, relatum extemplo est; decreuitque frequens senatus 2
ut P. Aelius consul quem uideretur ei cum imperio mitteret
qui, classe accepta quam ex Sicilia Cn. Octauius reduceret, in
Macedoniam traiceret. M. Valerius Laeuinus propraetor 3
missus circa Vibonem duodequadraginta nauibus ab Cn.
Octauio acceptis in Macedoniam transmisit. Ad quem cum 4
M. Aurelius legatus uenisset edocuissetque eum quantos
exercitus, quantum nauium numerum comparasset rex, et 5
quemadmodum circa omnes non continentis modo urbes

6 qua *Madv.* (*Em. p. 462*): quam $B\chi$ Sapiniam B: sapp- χ 7 Ampius B: app- χ; *sic* § 9 Mutilum χ (-ill-): militum B; *cf.* 33. 37. 2 11 Ingaunis P^{x} *Dett.*: incaunis $B\chi$; *cf.* 28. 46. 9 icit *Edd. uet.*: iecit $B\chi$: fecit *Bessler; cf.* 21. 18. 10 *adn.*

3. 1 ac sociorum B: sociorumque χ 2 Aelius χ: aemilius B Cn. (Oct.) B: C. χ 5 et (quem.) χ: *om.* B

sed etiam insulas partim ipse adeundo, partim per legatos
6 conciret homines ad arma: maiore conatu Romanis id capessendum bellum esse, ne cunctantibus iis auderet Philippus quod Pyrrhus prius ausus ex aliquanto minore regno esset—haec scribere eadem Aurelium consulibus senatuique placuit.

4 Exitu huius anni cum de agris ueterum militum relatum esset qui ductu atque auspicio P. Scipionis in Africa bellum
2 perfecissent, decreuerunt patres ut M. Iunius praetor urbanus, si ei uideretur, decemuiros agro Samniti Apuloque, quod eius publicum populi Romani esset, metiendo diuiden-
3 doque crearet. Creati P. Seruilius Q. Caecilius Metellus C. et M. Seruilii—Geminis ambobus cognomen erat—L. et A. Hostilii Catones P. Villius Tappulus M. Fuluius Flaccus P. Aelius Paetus T. Quinctius Flamininus.

4 Per eos dies P. Aelio consule comitia habente creati consules P. Sulpicius Galba C. Aurelius Cotta. Praetores exinde facti Q. Minucius Rufus L. Furius Purpurio Q. Fuluius Gillo
5 C. Sergius Plautus. Ludi Romani scaenici eo anno magnifice apparateque facti ab aedilibus curulibus L. Valerio Flacco et
6 L. Quinctio Flaminino; biduum instauratum est; frumentique uim ingentem quod ex Africa P. Scipio miserat quaternis
7 aeris populo cum summa fide et gratia diuiserunt. Et plebei ludi ter toti instaurati ab aedilibus plebi L. Apustio Fullone et Q. Minucio Rufo, qui ex aedilitate praetor creatus erat; et Iouis epulum fuit ludorum causa.

5 Anno quingentesimo quinquagesimo primo ab urbe condita, P. Sulpicio Galba C. Aurelio consulibus, bellum cum

3. 6 ne (cunct.) χ: nec *B* senatuique *B*: et senatui χ

4. 1 bellum χ: *om. B* 2 urbanus *A*: urbis $B\chi$ Apuloque *Edd. uet.*: apuscoque *B*: adpuscosque χ 3 C. (et M) χ: *om. B* Seruilii χ: -lius *BVA* Hostilii] -ii P^x: -iis $B\phi$: -ius ψ Tappulus *Gel.*: t. apuleius $B\chi$; *cf.* 29. 38. 4 4 consule *A*: cōs. *B*: consulum χ Gillo] gilo χ: cilo *B*; *cf.* 30. 21. 12 5 L. (Quinct.) *Sig.*: t. $B\chi$; *cf.* 32. 7. 9 7 plebi *B*: -is χ

5. 1 quinquagesimo *Glar.*: quadragesimo $B\chi$ primo *L*: uno $B\psi$: *om.* ϕ

rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam. Omnium primum eam rem idibus 2
Martiis, quo die tum consulatus inibatur, P. Sulpicius consul rettulit senatusque decreuit uti consules maioribus 3
hostiis rem diuinam facerent quibus diis ipsis uideretur cum precatione ea, 'Quod senatus populusque Romanus de re 4
publica deque ineundo nouo bello in animo haberet, ea res uti populo Romano sociisque ac nomini Latino bene ac feliciter eueniret'; secundum rem diuinam precationemque ut de re publica deque prouinciis senatum consulerent. Per 5
eos dies opportune inritandis ad bellum animis et litterae ab M. Aurelio legato et M. Valerio Laevino propraetore allatae et Atheniensium noua legatio uenit quae regem adpropin- 6
quare finibus suis nuntiaret breuique non agros modo sed urbem etiam in dicione eius futuram nisi quid in Romanis auxilii foret. Cum renuntiassent consules rem diuinam rite 7
peractam esse et precationi adnuisse deos haruspices respondere laetaque exta fuisse et prolationem finium uictoriamque et triumphum portendi, tum litterae Valeri Aurelique lectae et legati Atheniensium auditi. Senatus inde consultum 8
factum est ut sociis gratiae agerentur quod diu sollicitati ne obsidionis quidem metu fide decessissent: de auxilio mittendo 9
tum responderi placere cum consules prouincias sortiti essent atque is consul cui Macedonia prouincia euenisset ad populum tulisset ut Philippo regi Macedonum indiceretur bellum.

P. Sulpicio prouincia Macedonia sorti euenit isque rogatio- **6**
nem promulgauit, 'Vellent iuberent Philippo regi Macedonibusque qui sub regno eius essent, ob iniurias armaque inlata sociis populi Romani bellum indici.' Alteri consulum 2

2 primum *Bχ*: -mam *Gron.* 3 uti *B Frob. 2*: ut hi *χ* diis *Bχ*; *sed u.* 28. 28. 11 *ad* dis 3–4 ea, 'Quod *B*: eo quod *ψ*: ea quidem *φ*; *cf.* 36. 1. 2 7 renuntiassent] re- *B*: per- *χ* peractam *B*: perfectam *χ* haruspices *B*: -em *χ* 9 responderi *B*: -dere *χ*

6. 1 sorti *B* (*supra* i *add.* s B^2) *φN*: -te *ψ*

Aurelio Italia prouincia obtigit. Praetores exinde sortiti
sunt C. Sergius Plautus urbanam, Q. Fuluius Gillo Siciliam,
Q. Minucius Rufus Bruttios, L. Furius Purpurio Galliam.
3 Rogatio de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus
ferme centuriis antiquata est. Id cum fessi diuturnitate et
grauitate belli sua sponte homines taedio periculorum
4 laborumque fecerant, tum Q. Baebius tribunus plebis, uiam
antiquam criminandi patres ingressus, incusauerat bella ex
5 bellis seri ne pace unquam frui plebs posset. Aegre eam rem
passi patres laceratusque probris in senatu tribunus plebis et
consulem pro se quisque hortari ut de integro comitia rogationi
6 ferendae ediceret castigaretque segnitiam populi atque edo-
ceret quanto damno dedecorique dilatio ea belli futura esset.
7 Consul in campo Martio comitiis, priusquam centurias
2 in suffragium mitteret, contione aduocata, 'Ignorare' inquit
'mihi uidemini, Quirites, non utrum bellum an pacem
habeatis uos consuli—neque enim liberum id uobis Philippus
permittet, qui terra marique ingens bellum molitur—sed
utrum in Macedoniam legiones transportetis an hostes in
3 Italiam accipiatis. Hoc quantum intersit, si nunquam ante
alias, proximo certe Punico bello experti estis. Quis enim
dubitat quin, si Saguntinis obsessis fidemque nostram im-
plorantibus impigre tulissemus opem, sicut patres nostri
Mamertinis tulerant, totum in Hispaniam auersuri bellum
fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in
4 Italiam accepimus? Ne illud quidem dubium est quin hunc
ipsum Philippum, pactum iam per legatos litterasque cum
Hannibale ut in Italiam traiceret, misso cum classe Laeuino
qui ultro ei bellum inferret, in Macedonia continuerimus.
5 Et quod tunc fecimus, cum hostem Hannibalem in Italia

7. 2 mihi] *hic B*: *post* uid. χ hostes *B*: -em χ 3 ante χ: *om.* B; *cf.* 32. 5. 8 Punico] *hic M. Müller*: *ante* prox. *B*χ: *secl. Madv.* (*Em. p. 463*); *sed cf.* 45. 37. 12 4 ut . . . traiceret *B*: (*om.* ut) . . . traicere χ

haberemus, id nunc pulso Italia Hannibale, deuictis Cartha-
giniensibus cunctamur facere? Patiamur expugnandis 6
Athenis, sicut Sagunto expugnando Hannibalem passi sumus,
segnitiam nostram experiri regem: non quinto inde mense, 7
quemadmodum ab Sagunto Hannibal, sed quinto [inde] die
quam ab Corintho soluerit naues, in Italiam perueniet. Ne 8
aequaueritis Hannibali Philippum nec Carthaginiensibus Mace-
donas: Pyrrho certe aequabitis. ⟨Aequabitis⟩ dico? Quantum
uel uir uiro uel gens genti praestat! Minima accessio semper 9
Epirus regno Macedoniae fuit et hodie est. Peloponnesum
totam in dicione Philippus habet Argosque ipsos, non uetere
fama magis quam morte Pyrrhi nobilitatos. Nostra nunc 10
comparate. Quanto magis florentem Italiam, quanto magis
integras res, saluis ducibus, saluis tot exercitibus quos
Punicum postea bellum absumpsit, adgressus Pyrrhus tamen
concussit et uictor prope ad ipsam urbem Romanam uenit!
Nec Tarentini modo oraque illa Italiae quam maiorem 11
Graeciam uocant, ut linguam, ut nomen secutos crederes, sed
Lucanus et Bruttius et Samnis ab nobis defecerunt. Haec 12
uos, si Philippus in Italiam transmiserit, quietura aut man-
sura in fide creditis? Manserunt enim Punico postea bello.
Nunquam isti populi, nisi cum deerit ad quem desciscant,
ab nobis non deficient. Si piguisset uos in Africam traicere, 13
hodie in Italia Hannibalem et Carthaginienses hostes habere-
tis. Macedonia potius quam Italia bellum habeat: hostium
urbes agrique ferro atque igni uastentur. Experti iam sumus 14
foris nobis quam domi feliciora potentioraque arma esse. Ite

7 die] *ante add.* inde B^1 (*post*, *B*) χ, *secl. Madv.* (*ut ex* inde mense *repetitum*) 8 nec (Carth.) $B\psi$: ne ϕ: neu *coni. Bessler* ⟨Aequabitis⟩ *add. Jacobs* (*auctore Schuetzio*): *om.* $B\chi$; *cf.* 21. 44. 7 *adn.*, 32. 21. 13 9 dicione B: -em χ Argosque *Edd. uet.*: agrosque $B\chi$ 10 comparate P^x *Gron.*: compara $B\chi$: comparo *Voss*; *sed contextus Pl. petit neque attinet* § 11 crederes integras χ: -ra *B* ducibus] *ante coni.* tot *Rossbach; sed cf.* 29. 26. 4 Romanam $B\psi$: romam ϕL 14 arma esse χ: *om. B*

in suffragium bene iuuantibus diuis et quae patres censuerunt
15 uos iubete. Huius uobis sententiae non consul modo auctor est sed etiam di immortales, qui mihi sacrificanti precantique ut hoc bellum mihi, senatui uobisque, sociis ac nomini Latino, classibus exercitibusque nostris bene ac feliciter eueniret, laeta omnia prosperaque portendere.'

8 Ab hac oratione in suffragium missi, uti rogaret, bellum
2 iusserunt. Supplicatio inde a consulibus in triduum ex senatus consulto indicta est, obsecratique circa omnia puluinaria di ut quod bellum cum Philippo populus iussisset, id bene ac
3 feliciter eueniret; consultique fetiales ab consule Sulpicio, bellum quod indiceretur regi Philippo utrum ipsi utique nuntiari iuberent an satis esset in finibus regni quod proximum praesidium esset, eo nuntiari. Fetiales decreuerunt
4 utrum eorum fecisset recte facturum. Consuli a patribus permissum ut quem uideretur ex iis qui extra senatum essent legatum mitteret ad bellum regi indicendum.

5 Tum de exercitibus consulum praetorumque actum. Consules binas legiones scribere iussi, ueteres dimittere exercitus.
6 Sulpicio, cui nouum ac magni nominis bellum decretum erat, permissum ut de exercitu quem P. Scipio ex Africa deportasset uoluntarios, quos posset, duceret: inuitum ne quem
7 militem ueterem ducendi ius esset. Praetoribus L. Furio Purpurioni et Q. Minucio Rufo quina milia socium Latini nominis consules darent, quibus praesidiis alter Galliam, alter
8 Bruttios prouinciam obtineret. Q. Fuluius Gillo ipse iussus ex eo exercitu quem P. Aelius consul habuisset, ut quisque

7. 15 etiam χ: iam *B* (*cf.* 21. 63. 6), *sed om.* et *post* sed uobisque B^1 (*om.* que *B*): uobisque et χ

8. 1 rogaret $B\chi$: rogarat *Edd. uet.*: rogas *Sig. Madv.* (*Em. p.* 440), *ex formula 'uti rogas'* (*cf.* 30. 43. 3), *sed sic* iusserunt, *uix* bellum iusserunt 3 iuberent ϕL: -ret $B\psi$ 5 exercitibus χ: -tu *B* 6 magni *B*: -num χ ius esset *B*: iussisset χ 7 consules darent *B* (*sed* cos.): consul daret χ 8 consul] *accepit Q. Fuluius milites uix a P. Aelio 'consule', sc. e Gallia* (*cf.* § 7, *c.* 10. 5), *sed potius in ipsa Sicilia, i.e. a P. Aelio 'praetore'; de his Aeliis*

minime multa stipendia haberet, legere, donec et ipse quinque milia socium ac nominis Latini effecisset: id praesidii Siciliae prouinciae esset. M. Valerio Faltoni, qui praetor 9
priore anno Campaniam prouinciam habuerat, prorogatum in annum imperium est, uti pro praetore in Sardiniam tra- 10
iceret; is quoque de exercitu qui ibi esset quinque milia socium nominis Latini, qui eorum minime multa stipendia haberent, legeret. Et consules duas urbanas legiones scribere iussi, quae 11
si quo res posceret, multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate iraque inde tumentibus, mitterentur. Sex legionibus Romanis eo anno usura res publica erat.

In ipso apparatu belli legati a rege Ptolomaeo uenerunt 9
qui nuntiarent Athenienses aduersus Philippum petisse ab rege auxilium: ceterum, etsi communes socii sint, tamen nisi 2
ex auctoritate populi Romani neque classem neque exercitum defendendi aut oppugnandi cuiusquam causa regem in Graeciam missurum esse; uel quieturum eum in regno, si 3
populo Romano socios defendere libeat, uel Romanos quiescere, si malint, passurum atque ipsum auxilia, quae facile aduersus Philippum tueri Athenas possent, missurum. Gratiae 4
regi ab senatu actae responsumque tutari socios populo Romano in animo esse: si qua re ad id bellum opus sit indicaturos regi, regnique eius opes scire subsidia firma ac fidelia suae rei publicae esse. Munera deinde legatis in singulos 5
quinum milium aeris ex senatus consulto missa.

Cum dilectum consules haberent pararentque quae ad bellum opus essent, ciuitas religiosa in principiis maxime

u. 30. 41. 2 *adn. et McDonald, Proc. Camb. Philol. Soc., 1960, p. 47. An* consul *delendum? Sed fort. errauit ipse Liuius* 8 id praesidii . . . esset *BψA*² (*ex φ mg?*) *sed* praesidio, *corr.* -dii *Madv.* (*Em. p. 484 n. 1*): *om. φ*: id praesidium . . . esse *Gron.* 9 Faltoni *φ*: falconi *Bψ*; *cf.* 29. 11. 3 *adn.* 10 pro praetore] pro pr̄. *B*: pro populo romano *χ*: propraetor *Edd. uet.* is quoque *B*: quoque *Frob. 2*: quodque *χ* haberent *Muret*: -ret *Bχ*

9. 3 libeat *ψ*: liceat *Bφ*: licebat *V*; *cf.* si malint *infra* quae *B Frob. 2*: qua *χ* 5 quinum milium *B Sp?*: quina milia quinquaginta *χ*

6 nouorum bellorum, supplicationibus habitis iam et obsecratione circa omnia puluinaria facta, ne quid praetermitteretur quod aliquando factum esset, ludos Ioui donumque uouere
7 consulem cui prouincia Macedonia euenisset iussit. Moram uoto publico Licinius pontifex maximus attulit, qui negauit ex incerta pecunia uoueri debere, quia ⟨ea⟩ pecunia non posset in bellum usui esse seponique statim deberet nec cum alia pecunia misceri: quod si factum esset, uotum rite solui non
8 posse. Quamquam et res et auctor mouebat, tamen ad collegium pontificum referre consul iussus si posset recte uotum incertae pecuniae suscipi. Posse rectiusque etiam esse ponti-
9 fices decreuerunt. Vouit in eadem uerba consul praeeunte maximo pontifice quibus antea quinquennalia uota suscipi
10 solita erant, praeterquam quod tanta pecunia quantam tum cum solueretur senatus censuisset ludos donaque facturum uouit. Octiens ante ludi magni de certa pecunia uoti erant, hi primi de incerta.

10 Omnium animis in bellum Macedonicum uersis repente, nihil minus eo tempore timentibus, Gallici tumultus fama
2 exorta. Insubres Cenomanique et Boii excitis Celinibus Iluatibusque et ceteris Ligustinis populis, Hamilcare Poeno duce, qui in iis locis de Hasdrubalis exercitu substiterat,
3 Placentiam inuaserant; et direpta urbe ac per iram magna ex

9. 7 uoueri debere quia ⟨ea⟩ pecunia] uouere debere quia pecunia *B* (*in litura uocum seq.* non posset . . . usui esse), *corr.* uoueri *Crévier*, *suppl.* ea *Bekker*: uouere debere si ea pecunia χ (*sed* si ea, *ut uid.*, *ex* quia *emend.*): uouere ⟨licere; ex certa uoueri⟩ debere quia ⟨ea⟩ pecunia *Madv.* (*Em. p. 464*), *Mommsen* (*sed* quae *pro* quia ⟨ea⟩: *Staatsr. iii. 2, p. 1137 n. 1*); *neque tamen* licere *aptius quam* debere *in contextu* (§§ 7–8) *uidetur*, *neque de* certa pecunia, *quae iam 'seposita' est*, *recte dicitur* quia ea pecunia . . . seponi . . . deberet; *quod potius ad eam pecuniam pertinet ex qua*, *sc. adhuc 'incerta'*, *ludi uoti sunt quaeque 'non (rite) poterat in bellum usui esse seponique debebat'*; *sic cf.* ea *et* alia pecunia seponique] se- *B*: re- χ 10 quantam tum $B^1\phi L$ (*om.* tum): qua tamen tum *B*: quam tantum ψ; *cf.* 36. 2. 4 Octiens *B*ψ: totiens φ*L*

10. 2 Celinibus *B*: selinibus χ; *nomen dubium*, *cf.* 32. 29. 7 (Celeiates)

parte incensa, uix duobus milibus hominum inter incendia ruinasque relictis, traiecto Pado ad Cremonam diripiendam pergunt. Vicinae urbis audita clades spatium colonis dedit ad 4 claudendas portas praesidiaque per muros disponenda, ut obsiderentur tamen prius quam expugnarentur nuntiosque mitterent ad praetorem Romanum. L. Furius Purpurio tum 5 prouinciae praeerat, cetero ex senatus consulto exercitu dimisso praeter quinque milia socium ac Latini nominis; cum iis copiis in proxima regione prouinciae circa Ariminum substiterat. Is tum senatui scripsit quo in tumultu prouincia esset: duarum coloniarum quae ingentem illam tempestatem 6 Punici belli subterfugissent alteram captam ac direptam ab hostibus, alteram oppugnari; nec in exercitu suo satis prae- 7 sidii colonis laborantibus fore nisi quinque milia socium quadraginta milibus hostium—tot enim in armis esse—trucidanda obicere uelit et tanta sua clade iam inflatos excidio coloniae Romanae augeri hostium animos.

His litteris recitatis decreuerunt ut C. Aurelius consul **11** exercitum, cui in Etruriam ad conueniendum diem edixerat, Arimini eadem die adesse iuberet et aut ipse, si per com- 2 modum rei publicae posset, ad opprimendum Gallicum tumultum proficisceretur aut Q. Minucio praetori scriberet 3 ut, cum ad eum legiones ex Etruria uenissent, missis in uicem earum quinque milibus sociorum quae interim Etruriae praesidio essent, proficisceretur ipse ad coloniam liberandam obsidione.

Legatos item mittendos in Africam censuerunt, eosdem 4 Carthaginem, eosdem in Numidiam ad Masinissam: Carthaginem ut nuntiarent ciuem eorum Hamilcarem relictum 5 in Gallia—haud satis scire ex Hasdrubalis prius an ex Magonis

11. 3 Q. Minucio *Bχ*, *sed cf. c.* 10. 5: *corr.* L. Furio *Mediol.*: *secl. M. Müller; sed fort. errauit ipse Liuius*, *cf. c.* 8. 8 *adn.*, 35. 20, 10–12 4 eosdem in Numidiam . . . Carthaginem *Bψ Sp*: *om.* *φ*

6 postea exercitu—bellum contra foedus facere, exercitus Gallorum Ligurumque exciuisse ad arma contra populum Romanum; eum, si pax placeret, reuocandum illis et dedendum
7 populo Romano esse. Simul nuntiare iussi perfugas sibi non omnes redditos esse ac magnam partem eorum palam Carthagini obuersari dici; quos comprehendi conquirique debere
8 ut sibi ex foedere restituantur. Haec ad Carthaginienses mandata. Masinissae gratulari iussi quod non patrium modo reciperasset regnum sed parte florentissima Syphacis finium
9 adiecta etiam auxisset. Nuntiare praeterea iussi bellum cum rege Philippo susceptum, quod Carthaginienses auxiliis
10 iuuisset iniuriasque inferendo sociis populi Romani flagrante bello Italia coegisset classes exercitusque in Graeciam mitti et distinendo copias causa in primis fuisset serius in Africam traiciendi; peterentque ut ad id bellum mitteret auxilia Numi-
11 darum equitum. Dona ampla data quae ferrent regi, uasa aurea argenteaque, toga purpurea et palmata tunica cum
12 eburneo scipione et toga praetexta cum curuli sella; iussique polliceri, si quid ei⟨s⟩ ad firmandum augendumque regnum opus esse indicasset, enixe id populum Romanum merito eius praestaturum.

13 Verminae quoque Syphacis filii legati per eos dies senatum adierunt excusantes errorem adulescentiamque et culpam
14 omnem in fraudem Carthaginiensium auertentes: et Masinissam Romanis ex hoste amicum factum, Verminam quoque adnisurum ne officiis in populum Romanum aut a Masinissa aut ab ullo alio uincatur; petere ut rex sociusque et amicus
15 ab senatu appellaretur. Responsum legatis est et patrem eius Syphacem sine causa ex socio et amico hostem repente populi

11. 9 iussi *Bχ*: *secl. Gron.* (*cf.* 34. 12. 6); *sed cf.* 32. 26. 17 iuuisset *ψP*: -ssent *Bφ* 10 Italia *B*: in It- *χ* peterentque *Bχ*: petere *Frob. 1 Gron.* (*cf.* § 9); *sed hic fusius scriptum est* 12 ei⟨s⟩ *Madv.* (*sc.* legatis): ei *Bχ*: sibi *Gron.* (*sed* iudicasset *infra ex φ*), *M. Müller* (*sc.* sibi . . . opus): etiam *Weidner*

Romani factum et eum ipsum rudimentum adulescentiae
bello lacessentem Romanos posuisse; itaque pacem illi prius 16
petendam ab populo Romano esse quam ut rex sociusque et
amicus appelletur: nominis eius honorem pro magnis erga se
regum meritis dare populum Romanum consuesse. legatos 17
Romanos in Africa fore, quibus mandaturum senatum ut
Verminae pacis dent leges, liberum arbitrium eius populo
Romano permittenti: si quid ad eas addi, demi mutariue
uellet, rursus ab senatu ei postulandum fore. Legati cum iis 18
mandatis in Africam missi C. Terentius Varro Sp. Lucretius
Cn. Octauius, quinqueremes singulis datae.

Litterae deinde in senatu recitatae sunt Q. Minuci prae- **12**
toris, cui Bruttii prouincia erat: pecuniam Locris ex Proser-
pinae thesauris nocte clam sublatam nec ad quos pertineat
facinus uestigia ulla exstare. Indigne passus senatus non cessari 2
ab sacrilegiis et ne Pleminium quidem, tam clarum recensque
noxae simul ac poenae exemplum, homines deterrere. C. 3
Aurelio consuli negotium datum ut ad praetorem in Bruttios
scriberet: senatui placere quaestionem de expilatis thesauris
eodem exemplo haberi quo M. Pomponius praetor triennio
ante habuisset; quae inuenta pecunia esset, reponi; si quo 4
minus inuentum foret, expleri ac piacularia, si uideretur,
sicut ante pontifices censuissent, fieri. Curam expiandae 5
violationis eius templi prodigia etiam sub idem tempus
pluribus locis nuntiata accenderunt. In Lucanis caelum arsisse
adferebant, Priuerni sereno per diem totum rubrum solem
fuisse, Lanuui i⟨n⟩ templo Sospitae Iunonis nocte strepitum 6

17 permittenti *A. Rubens*: -nte $B\chi$; *sed sc.* Verminae, *cf. c.* 19. 5 mutariue χ: *om.* ue B; *cf.* 38. 38. 18 18 Sp. (Lucr.) B: *om.* χ Cn. (Oct.) B: c. χ

12. 2 sacrilegiis ϕ: -gis $B\psi$ *Sp*; *sed in archetypo* -is *pro* -iis (*cf. Praef.* § 102 i) 3 ad praetorem in Bruttios B: *om.* praetorem ϕ (*spat. A*): ad bruttios ψ; *u. Praef.* § 107 ii 5 Priuerni $B^2\chi$: tri- B 6 Lanuui i⟨n⟩ *M. Müller*: lanuuii $B\chi$

ingentem exortum. Iam animalium obsceni fetus pluribus locis nuntiabantur: in Sabinis incertus infans natus, masculus an femina esset, alter sedecim iam annorum item ambiguo
7 sexu inuentus; Frusinone agnus cum suillo capite, Sinuessae porcus cum capite humano natus, in Lucanis in agro publico
8 eculeus cum quinque pedibus. Foeda omnia et deformia errantisque in alienos fetus naturae uisa: ante omnia abominati semimares iussique in mare extemplo deportari, sicut proxime C. Claudio M. Livio consulibus deportatus similis
9 prodigii fetus erat. Nihilo minus decemuiros adire libros de portento eo iusserunt. Decemuiri ex libris res diuinas easdem quae proxime secundum id prodigium factae essent imperarunt. Carmen praeterea ab ter nouenis uirginibus cani per
10 urbem iusserunt donumque Iunoni reginae ferri. Ea uti fierent C. Aurelius consul ex decemuirorum responso curauit. Carmen, sicut patrum memoria Liuius, ita tum condidit P. Licinius Tegula.

13 Expiatis omnibus religionibus—nam etiam Locris sacrilegium peruestigatum ab Q. Minucio erat pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros reposita—cum consules in
2 prouincias proficisci uellent, priuati frequentes, quibus ex pecunia quam M. Valerio M. Claudio consulibus mutuam dederant tertia pensio debebatur eo anno, adierunt senatum,
3 quia consules, cum ad nouum bellum quod magna classe magnisque exercitibus gerendum esset uix aerarium sufficeret, negauerant esse unde iis in praesentia solueretur.
4 Senatus querentes eos non sustinuit: si in Punicum bellum pecunia data in Macedonicum quoque bellum uti res publica uellet, aliis ex aliis orientibus bellis quid aliud quam publicatam pro beneficio tamquam ob noxiam suam pecuniam fore?

12. 9 praeterea *Bχ*: propterea *Gitlbauer; sed cf.* 27. 37. 7 (item)
13. 1 ab Q. *B*: Q. *A*: *om.* χ 4 ob noxiam *Bessler*: ob noxam χ (*sed u.* 10. 19. 2 *adn.*): noxiam *B* (*om.* ob), *inde* noxia *Weissenb.* (*cf.* pro *supra*): obnoxiam *Rossbach* (*cf.* 8. 34. 11)

Cum et priuati aequum postularent nec tamen soluendo aere 5
alieno res publica esset, quod medium inter aequum et utile
erat decreuerunt, ut, quoniam magna pars eorum agros uolgo 6
uenales esse diceret et sibimet emptis opus esse, agri publici
qui intra quinquagesimum lapidem esset copia iis fieret: con- 7
sules agrum aestimaturos et in iugera asses uectigal testandi
causa publicum agrum esse impositurus, ut si quis, cum soluere 8
posset populus, pecuniam habere quam agrum mallet, re-
stitueret agrum populo. Laeti eam condicionem priuati
accepere; trientabulumque is ager, quia pro tertia parte 9
pecuniae datus erat, appellatus.

Tum P. Sulpicius secundum uota in Capitolio nuncupata **14**
paludatis lictoribus profectus ab urbe Brundisium uenit et, 2
ueteribus militibus uoluntariis ex Africano exercitu in legiones
discriptis nauibusque ex classe Cn. Corneli electis, altero die
quam a Brundisio soluit in Macedoniam traiecit. Ibi ei 3
praesto fuere Atheniensium legati orantes ut se obsidione
eximeret. Missus extemplo Athenas est C. Claudius Cento
cum uiginti longis nauibus et mille militum—neque enim 4
ipse rex Athenas obsidebat: eo maxime tempore Abydum
oppugnabat, iam cum Rhodiis et Attalo naualibus certamini-
bus, neutro feliciter proelio, uires expertus, sed animos ei 5
faciebat praeter ferociam insitam foedus ictum cum Antiocho
Syriae rege diuisaeque iam cum eo Aegypti opes, cui morte
audita Ptolomaei regis ambo imminebant.

Contraxerant autem sibi cum Philippo bellum Athenienses 6

5 aere *Bχ*: aeri *Budé*; *sed ex formula*, *cf.* 42. 28. 6 (iure) 6 emptis *B*: -ti χ 7 uectigal testandi *B*: -les efesta- ψ, -les esta- φ 9 trientabulumque *Hearne* (*iam Gron.*, *sed del.* que), -lusque *Bekker*: trieñ (triennio *L*) tabulumque *Bχ*; *ut. Lex Agr. c.* 31 in trientabule⟨is⟩

14. 1 paludatis *Bχ*: paludatus cum *Asc. Gron.* (*cf.* 21. 63. 9); *sed cf.* 41. 10. 5, 45. 39. 11 2 Cn. (Corn.) *B*: c. χ altero *Bψ*: -ra φ 3 ei *B*: et χ Cento *B Sp?*: centum χ; *cf.* 22. 34. 1 mille B^2: *om.* *Bχ*; *post* militum *add.* copiis ψ 6 sibi *Bχ*: *del. Gel.* (*Sp?*)

haudquaquam digna causa, dum ex uetere fortuna nihil
7 praeter animos seruant. Acarnanes duo iuuenes per initiorum
dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis
8 cum cetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit
absurde quaedam percunctantes, deductique ad antistites
templi, cum palam esset per errorem ingressos, tamquam ob
9 infandum scelus interfecti sunt. Id tam foede atque hostiliter
gens Acarnanum factum ad Philippum detulit impetrauitque
ab eo ut datis Macedonum auxiliis bellum se inferre Athenien-
10 sibus pateretur. Hic exercitus primo terram Atticam ferro
ignique depopulatus cum omnis generis praeda in Acarnaniam
rediit. Et inritatio quidem animorum ea prima fuit: postea
iustum bellum decretis ciuitatis ultro indicendo factum.
11 Attalus enim rex Rhodiique persecuti cedentem in Mace-
doniam Philippum cum Aeginam uenissent, rex Piraeum
renouandae confirmandaeque cum Atheniensibus societatis
12 causa traiecit. Ciuitas omnis obuiam effusa cum coniugibus
ac liberis, sacerdotes ⟨cum⟩ insignibus suis intrantem urbem
ac di prope ipsi exciti sedibus suis acceperunt.

15 In contionem extemplo populus uocatus ut rex quae
uellet coram ageret; deinde ex dignitate magis uisum scribere
2 eum de quibus uideretur quam praesentem aut referendis
suis in ciuitatem beneficiis erubescere aut significationibus
acclamationibusque multitudinis adsentatione immodica
3 pudorem onerantis. In litteris autem, quae missae in con-
tionem recitataeque sunt, commemoratio erat beneficiorum
primum in ciuitatem suorum, deinde rerum quas aduersus
4 Philippum gessisset, ad postremum adhortatio capessendi belli

14. 8 percunctantes] percontatis *Bϕ* (-cunct-), *sc.* a *pro* ā, *corr. Dett.*: -atos B^2 *ψ* 9 factum] *hic Bχ*: *ante* gens *Frob. 2* 10 quidem *B*: finem *χ* 11 confirmandaeque *B*: firm- *χ* 12 ⟨cum⟩ *suppl. Edd. uet.; cf. c.* 17. 11, 38. 18. 9 ac di *B Frob. 2*: cadim *χ*

15. 2 ciuitatem *Dett.*: -ate *Bχ* 3 suorum *B*: suam *χ Sp?* 4 capessendi belli *B*: -di bellum *ϕ*: -di bellan(dum) *ψ*: -dum bellum *Sp?* (*ante coni.* ad *Madv.*)

dum se, dum Rhodios, tum quidem dum etiam Romanos haberent: nequiquam postea, si tum cessassent, praetermissam occasionem quaesituros. Rhodii deinde legati 5 auditi sunt; quorum recens erat beneficium, quod naues longas quattuor Atheniensium captas nuper ab Macedonibus reciperatasque remiserant. Itaque ingenti consensu bellum aduersus Philippum decretum. Honores regi primum Attalo 6 immodici, deinde et Rhodiis habiti: tum primum mentio inlata de tribu quam Attalida appellarent ad decem ueteres tribus addenda, et Rhodiorum populus corona aurea uirtutis 7 ergo donatus, ciuitasque Rhodiis data quemadmodum Rhodii prius Atheniensibus dederant. Secundum haec rex Attalus Aeginam ad classem se recipit; Rhodii Ceam ab Aegina, inde 8 per insulas Rhodum nauigarunt omnibus praeter Andrum Parumque et Cythnum, quae praesidiis Macedonum tenebantur, in societatem acceptis. Attalum Aeginae missi in 9 Aetoliam nuntii expectatique inde legati aliquamdiu nihil agentem tenuere. Sed neque illos excire ad arma potuit, gau- 10 dentes utcumque composita cum Philippo pace, et ipse Rhodiique, cum, si institissent Philippo, egregium liberatae per se Graeciae titulum habere potuissent, patiendo rursus 11 eum in Hellespontum traicere occupantemque Thraeciae opportuna loca uires colligere, bellum aluere gloriamque eius gesti perfectique Romanis concesserunt.

Philippus magis regio animo est usus; qui cum Attalum **16** Rhodiosque hostes non sustinuisset, ne Romano quidem quod imminebat bello territus, Philocle quodam ex praefectis 2 suis cum duobus milibus peditum, equitibus ducentis ad

5 quattuor *B Sp? AV*(*u.l.*): iii *ψ*: in *φN* 6 Attalida *Bφ Frob. 2*: -dam *ψ* 7 ergo *B Sp?*: gratia *χ* recipit *Bχ*: recepit *Dett. Madv.* 8 Ceam *Sp ?*: ceiam *Bχ*: Ciam *Sig.*; *cf. Polyb.* 16. 26. 10 *Κέων* Cythnum *B* (-tn-) *Sp ?*: cynum *χ* 10 Sed *Duker*: et *Bχ* si *Bψ*: ea *φ* institissent] *post add.* tunc *Duker* 11 Thraeciae *Weissenb.* (*iam* Thraciae *Gron.*): graeciae *Bχ*; *cf.* 32. 25. 10, 44. 27. 3; *ap. Polyb.* *Θράκη*

3 populandos Atheniensium agros misso, classe tradita Heraclidi ut Maroneam peteret, ipse terra eodem cum expeditis duobus
4 milibus peditum, equitibus ducentis pergit. Et Maroneam quidem primo impetu expugnauit; Aenum inde cum magno labore, postremo per proditionem Callimedis praefecti Ptolo-
5 maei, cepit. Deinceps alia castella, Cypsela et Doriscon et Serrheum, occupat. Inde progressus ad Chersonesum Elaeunta et
6 Alopeconnesum tradentibus ipsis recipit; Callipolis quoque et Madytos deditae et castella quaedam ignobilia. Abydeni ne legatis quidem admissis regi portas clauserunt. Ea oppugnatio diu Philippum tenuit, eripique ex obsidione,
7 ni cessatum ab Attalo et Rhodiis foret, potuerunt. Attalus trecentos tantum milites in praesidium, Rhodii quadriremem unam ex classe, cum ad Tenedum staret, miserunt.
8 Eodem postea, cum iam uix sustinerent obsidionem, et ipse Attalus cum traiecisset spem tantum auxilii ex propinquo ostendit, neque terra neque mari adiutis sociis.

17 Abydeni primo tormentis per muros dispositis non terra modo adeuntes aditu arcebant sed nauium quoque stationem
2 infestam hosti faciebant; postea, cum et muri pars strata ruinis et ad interiorem raptim oppositum murum cuniculis iam peruentum esset, legatos ad regem de condicionibus
3 tradendae urbis miserunt. Paciscebantur autem ut Rhodiam quadriremem cum sociis naualibus Attalique praesidium emitti liceret atque ipsis urbe excedere cum singulis uesti-
4 mentis. Quibus cum Philippus nihil pacati nisi omnia per mittentibus respondisset, adeo renuntiata haec legatio ab

16. 4 labore] *post coni.* obsedit *Pluygers*, nequiquam oppugnasset *M. Müller*, oppugnare adortus *Zingerle; sed cf.* 23. 15. 3 Callimedis *Bekker*: galli- $B\chi$, gani- *L* 6 Callipolis *Carb.*: ga- $B\chi$ Madytos *Carb.*: madocus $B\psi$, -ciis ϕ: Madoetus *Rossbach* deditae *Wesenberg*: -ta $B\chi$, *ob seq.* et; *cf.* 33. 34. 9 *adn.* 8 adiutis sociis $B\chi$: adiuti sociis B^2: adiuti socii *coni. Bessler*: (Neque terra . . .) adiuti a sociis (Abydeni) *coni. Madv.* (*Em. p.* 465) *sic distinguendo*

indignatione simul ac desperatione iram accendit ut ad 5
Saguntinam rabiem uersi matronas omnes in templo Dianae,
pueros ingenuos uirginesque, infantes etiam cum suis nutricibus
in gymnasio includi iuberent, aurum et argentum in forum 6
deferri, uestem pretiosam in naues Rhodiam Cyzicenamque
quae in portu erant coici, sacerdotes uictimasque adduci et
altaria in medio poni. Ibi delecti primum qui, ubi caesam 7
aciem suorum pro diruto muro pugnantem uidissent, ex-
templo coniuges liberosque interficerent, aurum argentum 8
uestemque quae in nauibus esset in mare deicerent, tectis
publicis priuatisque quam plurimis locis possent ignes
subicerent: id se facinus perpetraturos praeeuntibus ex- 9
secrabile carmen sacerdotibus iure iurando adacti; tum
militaris aetas iurat neminem uiuum nisi uictorem acie ex-
cessurum. Hi memores deorum adeo pertinaciter pugnauerunt 10
ut, cum proelium nox diremptura esset, rex prior, territus
rabie eorum, pugna abstiterit. Principes, quibus atrocior pars 11
facinoris delegata erat, cum paucos et confectos uolneribus ac
lassitudine superesse proelio cernerent, luce prima sacerdotes
cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt.

Ante deditionem ex iis legatis Romanis qui Alexandream **18**
missi erant M. Aemilius trium consensu, minimus natu, audita
obsidione Abydenorum ad Philippum uenit. Qui questus 2
Attalo Rhodiisque arma inlata et quod tum maxime Abydum
oppugnaret, cum rex ab Attalo et Rhodiis ultro se bello
lacessitum diceret, 'Num Abydeni quoque' inquit 'ultro tibi
intulerunt arma?' Insueto uera audire ferocior oratio uisa 3
est quam quae habenda apud regem esset. 'Aetas' inquit 'et

17. 5 etiam] *hic B Frob. 2*: *ante* infantes χ (tum etiam ψ) gymnasio *Madv.* (*Em. p. 465*): -ium $B\chi$; *cf.* templo *supra* 9 id *B*: et χ ex-secrabile] *ante add.* et χ iurat *B*: iurare χ, *secl. Crévier*

18. 1 Romanis χ: *om. B Edd.; sed in contextu necess.* Alexandream] -eam *B*: -iam χ; *cf. c.* 43. 5; 8. 24. 1 *adn.* trium $B\chi$: duorum *Carb.*: ceterorum *Schenkl*

forma et super omnia Romanum nomen te ferociorem facit.
4 Ego autem primum uelim uos foederum memores seruare mecum pacem: sin bello lacessitis, mihi quoque animos facere et regnum et Macedonum nomen haud minus quam Romanum nobile sentietis.'

5 Ita dimisso legato Philippus auro argento quaeque ⟨alia⟩ coaceruata erant acceptis hominum praedam omnem amisit.
6 Tanta enim rabies multitudinem inuasit ut repente proditos rati qui pugnantes mortem occubuissent, periuriumque alius alii exprobrantes et sacerdotibus maxime, qui quos ad mortem
7 deuouissent, eorum deditionem uiuorum hosti fecissent, repente omnes ad caedem coniugum liberorumque discurrerent seque ipsi per omnes uias leti interficerent. Obstupefactus eo furore rex suppressit impetum militum et triduum se ad
8 moriendum Abydenis dare dixit. Quo spatio plura facinora in se uicti ediderunt quam infesti edidissent uictores, nec, nisi quem uincula aut alia necessitas mori prohibuit, quisquam uiuus in potestatem uenit. Philippus imposito Abydi praesidio in regnum rediit. Cum uelut Sagunti excidium Hanni-
9 bali, sic Philippo Abydenorum clades ad Romanum bellum animos fecisset, nuntii occurrerunt consulem iam in Epiro esse et Apolloniam terrestres copias, nauales Corcyram in hiberna deduxisse.

19 Inter haec legatis, qui in Africam missi erant, de Hamilcare

18. 4 sin *B*: si χ lacessitis] -itis *Bχ*: -eritis *Sig.*, -ieritis *Kreyssig* animos *Madv.* (*Em. p. 466*) *sententiae apte*: animo est *Bχ*; *cf.* § 9, *c.* 14. 5 nobile] *post add.* bello χ; *sed cf. c.* 1. 7 5 quaeque ⟨alia⟩] quaeque *Harant*, *add.* alia *hic H. J. Müller* (*cf.* 6. 6. 14), *post* coac. *M. Müller*: (argento)que quae *Bχ Damsté* (*post* quae *addens* in foro); *cf. c.* 17. 5–6, 8, *et Polyb.* 16. 34. 8 *τὴν ὕπαρξιν ἅπασαν... συνηθροισμένην* acceptis *Harant*: -to *Bχ* 6 (ut) repente *Bχ*: *secl. Crévier*: *ante* inuasit *transp. Damsté; cf. alterum* repente *infra*, *sed satis apte repetitum est* uiuorum *Bχ*: *del. Cobet frustra; cf. c.* 17. 9 7 leti χ: laeti *B*, *H.J. Müller* (*transp.* seque ipsi *post* uias); *cf.* 27. 49. 2, 40. 4. 14 8 Quo] *ante add.* pro χ

Gallici exercitus duce responsum a Carthaginiensibus est nihil
ultra se facere posse quam ut exilio eum multarent bonaque
eius publicarent: perfugas et fugitiuos quos inquirendo 2
uestigare potuerint reddidisse et de ea re missuros legatos
Romam qui senatui satisfacerent. Ducenta milia modium
tritici Romam, ducenta ad exercitum in Macedoniam mise-
runt. Inde in Numidiam ad reges profecti legati. Dona data 3
Masinissae mandataque edita; equites mille Numidae, cum
duo milia daret, accepti. Ipse in naues imponendos curauit 4
et cum ducentis milibus modium tritici, ducentis hordei in
Macedoniam misit. Tertia legatio ad Verminam erat. Is ad 5
primos fines regni legatis obuiam progressus, ut scriberent ipsi
quas uellent pacis condiciones permisit: omnem pacem bonam 6
iustamque fore sibi cum populo Romano. Datae leges pacis
iussusque ad eam confirmandam mittere legatos Romam.

Per idem tempus L. Cornelius Lentulus pro consule ex **20**
Hispania rediit. Qui cum in senatu res ab se per multos annos 2
fortiter feliciterque gestas exposuisset postulassetque ut
triumphanti sibi inuehi liceret in urbem, res triumpho dignas 3
esse censebat senatus, sed exemplum a maioribus non accepisse
ut qui neque dictator neque consul neque praetor res gessisset
triumpharet: pro consule illum Hispaniam prouinciam, non 4
consulem aut praetorem obtinuisse. Decurrebatur tamen eo 5
ut ouans urbem iniret, intercedente Ti. Sempronio Longo
tribuno plebis, qui nihilo magis id more maiorum aut ullo
exemplo futurum diceret. Postremo uictus consensu patrum 6
tribunus cessit et ex senatus consulto L. Lentulus ouans
urbem est ingressus. Argenti tulit [ex praeda] quadraginta 7

19. 1 duce χ: rege *B* bonaque χ: *om.* que *B* 3 reges] -es *B Frob. 2*: -em χ mille *B* (∞) *Sp*: ccc ψ A^2: cc ϕ (*spat. A*) duo milia *B* (∞ ∞) *Sp V*: *spat. NA*: *om.* ϕL; *u. Praef.* § 107 ii **20.** 1 pro consule *B*: proconsul χ; *eadem ratione* § 4 5 Ti. (Semp.) *Sig.*: t. *B*χ 7 tulit] *post add.* ex praeda *B*χ: *delendum coni. Weissenb.*, *recte*, *i.e. ut ex seqq.* (*post* militibus) *praesumptum*; *cf.* 30. 45. 3

tria milia pondo, auri duo milia quadringenta quinquaginta; militibus ex praeda centenos uicenos asses diuisit.

21 Iam exercitus consularis ab Arretio Ariminum transductus erat et quinque milia socium Latini nominis ex Gallia in 2 Etruriam transierant. Itaque L. Furius magnis itineribus ab Arimino aduersus Gallos Cremonam tum obsidentes profectus, castra mille quingentorum passuum interuallo ab 3 hoste posuit. Occasio egregie rei gerendae fuit, si protinus de 4 uia ad castra oppugnanda duxisset: palati passim uagabantur per agros nullo satis firmo relicto praesidio; lassitudini 5 militum timuit, quod raptim ductum agmen erat. Galli clamore suorum ex agris reuocati omissa praeda quae in manibus erat castra repetiuere; et postero die in aciem pro- 6 gressi. Nec Romanus moram pugnandi fecit; sed uix spatium instruendi fuit: eo cursu hostes in proelium uenerunt. 7 Dextra ala—in alas diuisum socialem exercitum habebat—in prima acie locata est, in subsidiis duae Romanae legiones. 8 M. Furius dextrae alae, legionibus M. Caecilius, equitibus 9 L. Valerius Flaccus—legati omnes erant—praepositi. Praetor secum duos legatos, C. Laetorium et P. Titinium, habebat, cum quibus circumspicere et obire ad omnes hostium subitos 10 conatus posset. Primo Galli omni multitudine in unum locum conixi obruere atque obterere sese dextram alam, 11 quae prima erat, sperarunt posse. Vbi id parum procedebat, circuire a cornibus et amplecti hostium aciem, quod in

20. 7 centenos uicenos] cxx *Bχ*, *corr. Weissenb.*

21. 2 tum *Bχ*: etiam tum *Weissenb.*, *bene* (*cf. c.* 10. 4) *sed uix necess.* 3 egregie *χ*: -iae *BV* 4 lassitudini . . . timuit $B^2\chi$: *om.* timuit *B*: lassitudinem . . . timuit *Hertz*: lassitudini . . . pepercit *Madv.* (*Em. p.* 467) *uel* indulsit *M. Müller*, *sed stabat* timuit *in archetypo. Liuius sermone familiari usus est*: *cf. Ov.*, *A.A.* 3. 455 discite ab alterius uestris timuisse querellis, *et Laus Pisonis* 245, *ut monet E. J. Kenney* 5 et (post.) *Bχ*: *secl. Madv.*, *post* repetiuere *distinguendo; sed Liuius* Galli *et* Romanus *disiunxit* 7 ala] *post add.* quae *χ*, quia *Dett.* habebat *Bχ* (*sc.* Romanus): -ebant *Lipsius*

multitudine aduersus paucos facile uidebatur, conati sunt.
Id ubi uidit praetor, ut et ipse dilataret aciem, duas legiones ex 12
subsidiis dextra laeuaque alae quae in prima acie pugnabat
circumdat aedemque Diioui uouit, si eo die hostes fudisset.
L. Valerio imperat ut parte una duarum legionum equites, 13
altera sociorum equitatum in cornua hostium emittat nec circuire eos aciem patiatur; simul et ipse, ut extenuatam mediam 14
diductis cornibus aciem Gallorum uidit, signa inferre confertos
milites et perrumpere ordines iubet. Et cornua ab equitibus 15
et medii a pedite pulsi; ac repente, cum in omni parte caede
ingenti sternerentur, Galli terga uerterunt fugaque effusa
repetunt castra. Fugientes persecutus eques; mox et legiones 16
insecutae in castra impetum fecerunt. Minus sex milia
hominum inde effugerunt: caesa aut capta supra quinque 17
et triginta milia cum signis militaribus septuaginta, carpentis
Gallicis multa praeda oneratis plus ducentis. Hamilcar dux 18
Poenus eo proelio cecidit et tres imperatores nobiles Gallorum. Placentini captiui ad duo milia liberorum capitum
redditi colonis.

Magna uictoria laetaque Romae fuit: litteris allatis **22**
supplicatio in triduum decreta est. Romanorum sociorum- 2
que ad duo milia eo proelio ceciderunt, plurimi dextrae
alae, in quam primo impetu uis hostium ingens inlata
est. Quamquam per praetorem prope debellatum erat, 3
consul quoque C. Aurelius, perfectis quae Romae agenda
fuerant, profectus in Galliam uictorem exercitum a praetore
accepit.

Consul alter cum autumno ferme exacto in prouinciam 4

11 in multitudine ψ *Gron.*: multitudine $B\phi$, -ni A^x (*cf.* 33. 17. 8); *cf.* 27. 42. 3 12 Diioui *Valesius*: deo ioui $B\chi$: Vedioui *Merkel*, Veioui *Rossbach*, *ut post* -que, *sed potius* -q. in *archetypo*; *u.* 34. 53. 7, 35. 41. 8 *adnn.* 13 una *B*: *om.* χ 14 diductis] di- B^1 (*om. uerbum B*) ϕ: de- ψ; *cf.* 28. 14. 17 15 in (omn.) $B\psi$: *om.* ϕ: iam *coni. Weissenb.* uerterunt *B*: -tunt χ

5 uenisset, circa Apolloniam hibernabat. Ab classe, quae Corcyrae subducta erat, C. Claudius triremesque Romanae, sicut ante dictum est, Athenas missae cum Piraeum peruenissent, despondentibus iam animos sociis spem ingentem at-
6 tulerant. Nam et terrestres ab Corintho quae per Megara
7 incursiones in agros fieri solitae erant non fiebant, et praedonum a Chalcide naues, quae non mare solum infestum sed etiam omnes maritimos agros Atheniensibus fecerant, non modo Sunium superare sed ne extra fretum ⟨quidem⟩ Euripi
8 committere aperto mari se audebant. Superuenerunt his tres Rhodiae quadriremes et erant Atticae tres apertae naues, ad tuendos maritimos agros comparatae. Hac classe si urbs agrique Atheniensium defenderentur, satis in praesentia existimanti Claudio esse maioris etiam rei fortuna oblata est.

23 Exules ab Chalcide regiorum iniuriis pulsi attulerunt
2 occupari Chalcidem sine certamine ullo posse; nam et Macedonas, quia nullus in propinquo sit hostium metus, uagari passim, et oppidanos praesidio Macedonum fretos
3 custodiam urbis neglegere. His auctoribus profectus quamquam Sunium ita mature peruenerat ut inde prouehi ad primas angustias Euboeae posset, ne superato promunturio conspiceretur, classem in statione usque ad noctem tenuit.
4 Primis tenebris mouit et tranquillo peruectus Chalcidem paulo ante lucem, qua infrequentissima urbis sunt, paucis militibus turrim proximam murumque circa scalis cepit,
5 alibi sopitis custodibus, alibi nullo custodiente. Progressi inde ad frequentia aedificiis loca, custodibus interfectis refractaque porta ceteram multitudinem armatorum ac-

22. 5 Athenas *B*: -nis χ despondentibus] des- *B*: dis- ψ: de- ϕ 6 Megara χ: -am *B*; *cf. c.* 25. 2, 24. 30. 9 *adn.* 7 ne *B*χ, *suppl.* quidem *post* fretum *Novák*, *post* Euripi *Weissenb.*: nec *Asc.*, *sc.* nec = ne... quidem, *sed sic ap. Liuium praecipue ad pronomina*, *fere ut Gr.* οὐδέ, *neque debet legi per coniect.*; *potius cf.* 36. 17. 10; *eadem ratione ad* 44. 36. 8

23. 3 statione ϕ: -em *B*ψ

ceperunt. Inde in totam urbem discursum est, aucto etiam 6
tumultu quod circa forum ignis tectis iniectus erat: con- 7
flagrarunt et horrea regia et armamentarium cum ingenti
apparatu machinarum tormentorumque. Caedes inde passim
fugientium pariter ac repugnantium fieri coepta est; nec 8
ullo iam qui militaris aetatis esset non aut caeso aut fugato,
Sopatro etiam Acarnane praefecto praesidii interfecto, praeda
omnis primo in forum conlata, deinde in naues imposita.
Carcer etiam ab Rhodiis refractus emissique captiui quos 9
Philippus tamquam in tutissimam custodiam condiderat.
Statuis inde regis deiectis truncatisque signo receptui dato 10
conscenderunt naues et Piraeum, unde profecti erant, re-
dierunt. Quod si tantum militum Romanorum fuisset ut et 11
Chalcis teneri et non deseri praesidium Athenarum potuisset,
magna res principio statim belli, Chalcis et Euripus adempta
regi forent; nam ut terra Thermopylarum angustiae 12
Graeciam, ita mari fretum Euripi claudit.

Demetriade tum Philippus erat. Quo cum esset nuntiata **24**
clades sociae urbis, quamquam serum auxilium perditis ⟨rebus⟩
erat, tamen, quae proxima auxilio est, ultionem petens, cum 2
expeditis quinque milibus peditum et trecentis equitibus
extemplo profectus cursu prope Chalcidem contendit, haud-
quaquam dubius opprimi Romanos posse. A qua destitutus 3
spe nec quicquam aliud quam ad deforme spectaculum
semirutae ac fumantis sociae urbis cum uenisset, paucis uix
qui sepelirent bello absumptos relictis aeque raptim ac
uenerat transgressus ponte Euripum per Boeotiam Athenas
ducit, pari incepto haud disparem euentum ratus respon-
surum. Et respondisset, ni speculator—hemerodromos uocant 4
Graeci, ingens die uno cursu emetientes spatium—con-

9 quos] *post coni.* eo *Gron.*
24. 1 ⟨rebus⟩ *suppl. Luchs; cf.* 27. 47. 7 2 peditum χ: *om.* B; *cf. c.* 16. 3
4 hemerodromos] -os *Asc.*: -as $B\chi$; *ad Pl. cf.* 22. 57. 3 emetientes $B\phi$: -ns ψ

templatus regium agmen ex specula quadam, praegressus
5 nocte media Athenas peruenisset. Idem ibi somnus eademque
neglegentia erat quae Chalcidem dies ante paucos prodiderat.
6 Excitati nuntio trepido et praetor Atheniensium et Dioxip-
pus, praefectus cohortis mercede militantium auxiliorum,
conuocatis in forum militibus tuba signum ex arce dari
7 iubent, ut hostes adesse omnes scirent. Ita undique ad portas,
ad muros discurrunt. Paucas post horas Philippus, aliquanto
tamen ante lucem, adpropinquans urbi, conspectis luminibus
crebris et fremitu hominum trepidantium, ut in tali tumultu,
8 exaudito sustinuit signa et considere ac conquiescere agmen
iussit, ui aperta propalam usurus quando parum dolus pro-
9 fuerat. Ab Dipylo accessit. Porta ea, uelut in ore urbis posita,
maior aliquanto patentiorque quam ceterae est, et intra eam
extraque latae uiae sunt, ut et oppidani derigere aciem a foro
10 ad portam possent et extra limes mille ferme passus longus, in
Academiae gymnasium ferens, pediti equitique hostium
liberum spatium praeberet. Eo limite Athenienses cum Attali
praesidio et cohorte Dioxippi acie intra portam instructa
11 signa extulerunt. Quod ubi Philippus uidit, habere se hostes
in potestate ratus et diu optata caede—neque enim ulli
Graecarum ciuitatium infestior erat—⟨iram⟩ expleturum,
12 cohortatus milites ut se intuentes pugnarent scirentque ibi
signa, ibi aciem esse debere ubi rex esset, concitat in hostes
13 equum non ira tantum sed etiam gloria elatus, quod ingenti
turba completis etiam ad spectaculum muris conspici se

24. 6 iubent $B^1\phi$: iubet $B\psi$ hostes B: hosticos χ 9 patentior-que] pat- B: pot- χ derigere] de- B: di- χ; *cf.* 2. 6. 8, 49. 11 *adnn.* 10 longus B: *om.* χ 11 ⟨iram⟩] iram (*cf.* 7. 30. 14–16) *uel* odium (*cf.* 4. 32. 12) *coni. Weissenb. bene*, odium *potius ante* diu *M. Müller; sed aptius* iram (*post* erat) *in contextu uidetur*, *cf.* § 12, *c.* 26. 13; *nihil add. sed pro* expleturum *coni.* expletum iri *Madv.* (*ed. 1884*) 12 in hostes χ: *om.* B (*cf.* 2. 6. 8, 3. 61. 9), *fort. recte*; *sed cf.* 10. 28. 6, 22. 17. 6: *sic primo* concitat equum in hostes, *dein* (§ 14) euectus in medios hostes

pugnantem egregium ducebat. Aliquantum ante aciem cum 14
equitibus paucis euectus in medios hostes ingentem cum suis
ardorem, tum pauorem hostibus iniecit. Plurimos manu sua 15
comminus eminusque uolneratos compulsosque in portam
consecutus et ipse, cum maiorem in angustiis trepidantium
edidisset caedem, in temerario incepto tutum tamen re-
ceptum habuit quia qui in turribus portae erant sustinebant 16
tela ne in permixtos hostibus suos conicerent. Intra muros 17
deinde tenentibus milites Atheniensibus Philippus signo re-
ceptui dato castra ad Cynosarges—templum Herculis gymna-
siumque et lucus erat circumiectus—posuit. Sed et Cynosarges 18
et Lycium et quidquid sancti amoeniue circa urbem erat in-
censum est, dirutaque non tecta solum sed etiam sepulcra,
nec diuini humaniue iuris quicquam prae impotenti ira est
seruatum.

Postero die cum primo clausae fuissent portae, deinde 25
subito apertae quia praesidium Attali ab Aegina Romanique
ab Piraeo intrauerant urbem, castra ab urbe rettulit rex
tria ferme milia passuum. Inde Eleusinem profectus spe 2
improuiso templi castellique quod et imminet et circum-
datum est templo capiendi, cum haudquaquam neglectas
custodias animaduertisset et classem a Piraeo subsidio
uenire, omisso incepto Megara ac protinus Corinthum
ducit et, cum Argis Achaeorum concilium esse audisset, in-
opinantibus Achaeis contioni ipsi superuenit. Consultabant 3
de bello aduersus Nabim tyrannum Lacedaemoniorum, qui
tralato imperio a Philopoemene ad Cycliadan, nequaquam

18 Lycium *Bχ* (*uel* lic-): Lyceum *Sp?* humaniue] -ue *χ*: -que *BL*
25. 2 Eleusinem *Carb.*: -nam *Bχ*; *cf. c.* 26. 2–4 Megara *Bχ*: -am B^2; *cf. c.* 22. 6 *adn.* Argis *Bχ*: Aegii *Harant* (*cf.* 38. 30. 2, 43. 17. 4), *sed cf.* 32. 19. 5, 35. 25. 4 (*alibi quam Aegii; u. A. Aymard, Assemblées de la Confédération achaienne* (1938), *p. 313*; *leuiter c.* 26. 1 in Achaia *scriptum*
3 Cycliadan *Drak.* (*in adn.*), -dam *Edd.*: -dem *φ*: cycladem *Bψ* (cic-); *cf.* 32. 19. 2 *adn.*; *de nomine u.* § 9, 27. 31. 10, *Polyb.* 18. 1. 2 *Κυκλιάδας*

parem illi ducem, dilapsa cernens Achaeorum auxilia red-
integrauerat bellum agrosque finitimorum uastabat et iam
4 urbibus quoque erat terribilis. Aduersus hunc hostem cum
quantum ex quaque ciuitate militum scriberetur consul-
tarent, Philippus dempturum se eis curam, quod ad Nabim
5 et Lacedaemonios attineret, ⟨est⟩ pollicitus nec tantum agros
sociorum populationibus prohibiturum sed terrorem omnem
belli in ipsam Laconicam ducto eo extemplo exercitu
6 tralaturum. Haec oratio cum ingenti adsensu hominum ac-
ciperetur, 'Ita tamen aequum est' inquit 'me uestra meis
7 armis tutari ne mea interim nudentur praesidiis. Itaque, si
uobis uidetur, tantum parate militum quantum ad Oreum
et Chalcidem et Corinthum tuenda satis sit, ut meis ab tergo
8 tutis securus bellum Nabidi inferam et Lacedaemoniis.' Non
fefellit Achaeos quo spectasset tam benigna pollicitatio
auxiliumque oblatum aduersus Lacedaemonios: id quaeri ut
obsidem Achaeorum iuuentutem educeret ex Peloponneso
9 ad inligandam Romano bello gentem. Et id quidem coar-
guere Cycliadas praetor Achaeorum nihil attinere ratus, id
modo cum dixisset non licere legibus Achaeorum de aliis
10 rebus referre quam propter quas conuocati essent, decreto
de exercitu parando aduersus Nabim facto concilium fortiter
ac libere habitum dimisit, inter adsentatores regios ante eam
11 diem habitus. Philippus magna spe depulsus, uoluntariis
paucis militibus conscriptis, Corinthum atque in Atticam
terram rediit.

26 Per eos ipsos dies quibus Philippus in Achaia fuit Philocles
praefectus regius ex Euboea profectus cum duobus milibus
Thracum Macedonumque ad depopulandos Atheniensium

25. 3 redintegrauerat $B^2\chi$: [*spat.*]tegrauerat *B* 4 ⟨est⟩ *suppl. hic M. Müller*, *post* poll. *iam Madv.*: *om.* $B\chi$, *post* -eret (*neque attinet* 23. 10. 2); *cf.* 41. 20. 6, 43. 3. 6 7 sit *Crévier*: sint $B\chi$ 9 Cycliadas] clycliadas χ, -des *B* 10 adsentatores $B\phi$ *u.l.*: ad senatores χ

fines regione Eleusinis saltum Cithaeronis transcendit. Inde 2
dimidia parte militum ad praedandum passim per agros
dimissa, cum parte ipse occultus loco ad insidias opportuno
consedit ut, si ex castello ab Eleusine in praedantes suos 3
impetus fieret, repente hostes effusos ex improuiso adoriretur.
Non fefellere insidiae. Itaque reuocatis qui discurrerant ad 4
praedandum militibus instructisque ad oppugnandum castel-
lum Eleusinem profectus, cum multis inde uolneribus re-
cessit Philippoque se uenienti ex Achaia coniunxit. Temptata 5
et ab ipso rege oppugnatio eiusdem castelli est; sed naues
Romanae a Piraeo uenientes intromissumque praesidium
absistere incepto coegerunt. Diuiso deinde exercitu rex cum 6
parte Philoclem Athenas mittit, cum parte Piraeum pergit
ut, dum Philocles subeundo muros comminandaque op-
pugnatione contineret urbe Athenienses, ipsi Piraeum leui
cum praesidio relictum expugnandi facultas esset. Ceterum 7
nihilo ei Piraei quam Eleusinis facilior iisdem fere defendenti-
bus oppugnatio fuit. A Piraeo Athenas repente duxit. Inde 8
eruptione subita peditum equitumque inter angustias
semiruti muri qui bracchiis duobus Piraeum Athenis iungit
repulsus, omissa oppugnatione urbis, diuiso cum Philocle 9
rursus exercitu ad agros uastandos profectus, cum priorem
populationem sepulcris circa urbem diruendis exercuisset,
ne quid inuiolatum relinqueret, templa deum quae pagatim 10
sacrata habebant dirui atque incendi iussit. Et ornata eo 11
genere operum eximie terra Attica et copia domestici mar-
moris et ingeniis artificum praebuit huic furori materiam;
neque enim diruere modo ipsa templa ac simulacra euertere 12
satis habuit, sed lapides quoque, ne integri cumularent ruinas,

26. 4 discurrerant χ: -ebant *B* 6 comminandaque oppugnatione] *om.* que $B\chi$, *i.e.* q. *ante* op-: *suppl.* que *Hertz* (*cf.* 21. 5. 5), et *ante* comminanda *Dett.*: comminando oppugnationem B^2 11 Et ornata $B\psi$: exornata ϕ (*cf. c.* 30. 8)

13 frangi iussit. Et postquam non tam ira ⟨erat⟩ satiata quam irae exercendae materia deerat, agro hostium in Boeotiam excessit nec aliud quicquam dignum memoria in Graecia egit.

27 Consul Sulpicius eo tempore inter Apolloniam ac Dyrrachium ad Apsum flumen habebat castra, quo arcessitum L. Apustium legatum cum parte copiarum ad depopulandos
2 hostium fines mittit. Apustius extrema Macedoniae populatus, Corrhago et Gerrunio et Orgesso castellis primo impetu captis ad Antipatream, in faucibus angustis sitam urbem,
3 uenit. Ac primo euocatos principes ad conloquium, ut fidei Romanorum se committerent, perlicere est conatus; deinde, ubi magnitudine ac moenibus situque urbis freti dicta aspernabantur, ui atque armis adortus expugnauit puberibusque
4 interfectis, praeda omni militibus concessa, diruit muros
5 atque urbem incendit. Hic metus Codrionem, satis ualidum et munitum oppidum, sine certamine ut dederetur Romanis
6 effecit. Praesidio ibi relicto Cnidus—nomen propter alteram in Asia urbem quam oppidum notius—ui capitur. Reuertentem legatum ad consulem cum satis magna praeda Athenagoras quidam, regius praefectus, in transitu fluminis a
7 nouissimo agmine adortus postremos turbauit. Ad quorum clamorem et trepidationem cum reuectus equo propere

26. 13 ⟨erat⟩ *suppl. hic H. J. Müller*, *post* satiata *iam Siesbye*, *sed melius post* ira (*cf. c.* 24. 11 *adn.*): *om.* $B\chi$ *Harant* (*sic* ira satiata, *sc.* '*propter satietatem*', deerat), *dure scriptum* materia deerat $B\psi A^2$: haec deerant ϕ

27. 1 Consul] *om.* C *A spat. relicto ad litt. rubricandam*, *ut apud libri initium*, *cf. Libri 31 Subscr.; in marg.* l. xlii A^2, *cf. Inscr.*; *u. Praef.* § 111 ac Dyrrachium *B*: ad dir- ψ: ad cyr- ϕ Apsum] hapsum *B*: tharsum B^2 (*ut u.l.*) χ L. (Ap.) *Glar.*: t. $B\chi$; *cf. c.* 4. 7 2 Gerrunio $B\chi$: Gerunio *Bekker*, *cf. Polyb.* 5. 108. 2, 8 Orgesso χ: orsesso *B*; *cf. Polyb. l.c.* § 8 Antipatream] Anti- *Bekker*: ante- $B\chi$; *cf. Polyb. l.c.* § 2 angustis] -is $B^2\phi$: -iis $B\psi$ 4 omni] -i B^2: -is *B*: -ibus χ 5 Codrionem $B\chi$: Codrione *Harant ut Nom.*, *cf. Madv.*, *Em. p.* 467; *sed per Attract.* (*cf.* 23. 10. 3, 34. 61. 4), *ut uid.*, *propter uerborum ordinem; frustra coni.* affecit *Kreyssig pro* effecit 6 Cnidus *B*: nidus χ notius] *post add.* est *Siesbye*, *sed cf.* 28. 5. 1 *adn.* 7 propere χ: prope *B*

legatus signa conuertisset et coniectis in medium sarcinis aciem direxisset, non tulere impetum Romanorum militum regii: multi ex iis occisi, plures capti. Legatus incolumi exer- 8
citu reducto ad consulem remittitur inde extemplo ad classem.

Hac satis felici expeditione bello commisso reguli ac prin- 28
cipes accolae Macedonum in castra Romana ueniunt, Pleuratus Scerdilaedi filius et Amynander Athamanum rex et ex Dardanis Bato Longari filius: bellum suo nomine Longarus 2
cum Demetrio Philippi patre gesserat. Pollicentibus auxilia respondit consul Dardanorum et Pleurati opera, cum exercitum in Macedoniam induceret, se usurum; Amynandro 3
Aetolos concitandos ad bellum attribuit. Attali legatis— nam ii quoque per id tempus uenerant—mandat ut Aeginae rex, ubi hibernabat, classem Romanam opperiretur, qua adiuncta bello maritimo, sicut ante, Philippum urgeret. Ad Rhodios 4
quoque missi legati, ut capesserent partem belli. Nec Philippus segnius—iam enim in Macedoniam peruenerat—apparabat bellum. Filium Persea, puerum admodum, datis ex 5
amicorum numero qui aetatem eius regerent, cum parte copiarum ad obsidendas angustias quae ad Pelagoniam sunt mittit. Sciathum et Peparethum, haud ignobiles urbes, ne 6
classi hostium praedae ac praemio essent, diruit. Ad Aetolos mittit legatos, ne gens inquieta aduentu Romanorum fidem mutaret.

Concilium Aetolorum stata die, quod Panaetoli⟨c⟩um 29
uocant, futurum erat. Huic ut occurrerent, et regis legati iter

7 et coniectis *B*: *om.* et ψ: coniectisque ϕ

28. 1 Hac *B*: hec *N*, hoc *L*: nec ϕV Scerdilaedi] *u.* 26. 24. 9 *adn.* (*iam* -leti *Glar.*): -leui $B\chi$ Longari] lo-BEA^x (*in ras.*): la- ϕ: li- ψ; *u.* § 2 2 Longarus $B\psi$: lang- ϕ; *fort. cf. Arrian. Anab.* 1. 5. 2–5 6 Peparethum *Carb.*: perar- *B*: peper- ψ: pepetr- ϕ; *cf.* 28. 5. 10, 16 *adnn.*

29. 1 stata *B*: statuta χ; *cf.* 33. 35. 8 Panaetoli⟨c⟩um *Holleaux*: -ium $B\chi$; *cf. c.* 32. 3, 35. 32. 7; *u.* 33. 35. 8 Pylaicum appellant

accelerarunt et a consule missus L. Furius Purpurio legatus
2 uenit; Atheniensium quoque legati ad id concilium occur-
rerunt. Primi Macedones, cum quibus recentissimum foedus
3 erat, auditi sunt. Qui ⟨in⟩ nulla noua re nihil se noui habere
quod adferrent dixerunt: quibus enim de causis experta
inutili societate Romana pacem cum Philippo fecissent, com-
4 positam semel pacem seruare eos debere. 'An imitari' inquit
unus ex legatis 'Romanorum licentiam, an leuitatem dicam,
mauultis? Qui cum legatis uestris Romae responderi ita
iussissent: "Quid ad nos uenitis, Aetoli, sine quorum auctori-
5 tate pacem cum Philippo fecistis?", iidem nunc ut bellum
secum aduersus Philippum geratis postulant; et antea propter
uos et pro uobis arma sumpta aduersus eum simulabant,
6 nunc uos in pace esse cum Philippo prohibent. Messanae ut
auxilio essent primo in Siciliam transcenderunt, iterum ut
Syracusas oppressas ab Carthaginiensibus in libertatem
7 eximerent: et Messanam et Syracusas et totam Siciliam ipsi
habent uectigalemque prouinciam securibus et fascibus
8 subiecerunt. Scilicet sicut uos Naupacti legibus uestris per
magistratus a uobis creatos concilium habetis, socium hostem-
que libere quem uelitis lecturi, pacem ac bellum arbitrio habi-
turi uestro, sic Siculorum ciuitatibus Syracusas aut Messanam
9 aut Lilybaeum indicitur concilium. Praetor Romanus
conuentus agit: eo imperio euocati conueniunt, excelso in
suggestu superba iura reddentem, stipatum lictoribus uident,
uirgae tergo, secures ceruicibus imminent; et quotannis alium
10 atque alium dominum sortiuntur. Nec id mirari debent aut
possunt, cum Italiae urbes, Regium Tarentum Capuam—
ne finitimas quarum ruinis creuit urbs Roma nominem—,

29. 1 Furius *B*: rufus χ 3 ⟨in⟩ nulla] nulla *B*ψ, in illa ϕ: *suppl.* in *Madv.*; *cf.* 29. 6. 11 (semel) pacem *B*χ: *secl. Edd. uet. Kreyssig* (*conl.* § 16) 6 transcenderunt] trans- *B Crévier*: con- χ; *cf.* 34. 4. 3 7 et (Mess.) *B*χ: en *Rossbach* 10 ne finitimas . . . Roma nominem *BB*^{2} (*om.* nominem *B*, *spat. relicto*, *suppl.* *B*^{2}): ne finitimas nominem (*sic Gel.*

eidem subiectas uideant imperio. Capua quidem sepulcrum 11
ac monumentum Campani populi, elato et extorri eiecto ipso
populo, superest, urbs trunca sine senatu, sine plebe, sine
magistratibus, prodigium, relicta crudelius habitanda quam
si deiecta foret. Furor est, si alienigenae homines plus lingua 12
et moribus et legibus quam maris terrarumque spatio discreti
haec tenuerint, sperare quicquam eodem statu mansurum.
Philippi regnum officere aliquid uidetur libertati uestrae; qui, 13
cum merito uestro uobis infensus esset, nihil a uobis ultra
quam pacem petiit fidemque hodie pacis pactae desiderat.
Adsuefacite his terris legiones externas et iugum accipite: 14
sero ac nequiquam, cum dominum Romanum habebitis,
socium Philippum quaeretis. Aetolos Acarnanas Macedonas, 15
eiusdem linguae homines, leues ad tempus ortae causae diiun-
gunt coniunguntque: cum alienigenis, cum barbaris aeternum
omnibus Graecis bellum est eritque; natura enim, quae per-
petua est, non mutabilibus in diem causis hostes sunt. Sed 16
unde coepit oratio mea, ibi desinet. Hoc eodem loco iidem
homines de eiusdem Philippi pace triennio ante decreuistis
iisdem improbantibus eam pacem Romanis, qui nunc pactam
et compositam turbare uolunt. In qua consultatione nihil
fortuna mutauit, cur uos mutetis non uideo.'

Secundum Macedonas ipsis Romanis ita concedentibus **30**
iubentibusque Athenienses, qui foeda passi iustius in crude-
litatem saeuitiamque regis inuehi poterant, introducti sunt.
Deplorauerunt uastationem populationemque miserabilem 2

diserte ex Sp) . . . Roma *Frob. 2*: ue (ne *N*) finitimas . . . Romana χ (*om.* nominem, *sed iam* -na *ex* no-, *ut uid.*); *unde apparet Sp*, *uel ipsum Gel.*, nominem *loco mouisse* eidem *B Crévier*: eiusdem χ 11 *post* prodigium *distinxi*, *post* relicta *Madv.; unde infra malim* deiecta (*B*) *quam* deleta (χ); *cf.* 41. 2. 11 13 uidetur χ: -eretur *B* infensus *B*: infestus χ nihil] *ante add.* et χ petiit] petit *B*χ 15 leues] *post coni.* et *C. L. Bauer*, *uix necess.* diiungunt) di- *B*: dis- *B*$^2\chi$

30. 1 iubentibusque] iubent- *BL*: iuuent- χ, iuuant- A^x in crudelitatem *BLmg*: incredulitatem χ

agrorum: neque id se queri, quod hostilia ab hoste passi
forent; esse enim quaedam belli iura, quae ut facere ita pati
3 sit fas: sata exuri, dirui tecta, praedas hominum pecorumque
4 agi misera magis quam indigna patienti esse; uerum enim
uero id se queri, quod is qui Romanos alienigenas et barbaros
uocet adeo omnia simul diuina humanaque iura polluerit ut
priore populatione cum infernis deis, secunda cum superis
5 bellum nefarium gesserit. omnia sepulcra monumentaque
diruta esse in finibus suis, omnium nudatos manes, nullius
6 ossa terra tegi. delubra sibi fuisse quae quondam pagatim
habitantes in paruis illis castellis uicisque consecrata ne
in unam urbem quidem contributi maiores sui deserta
7 reliquerint: circa ea omnia templa Philippum infestos circum-
tulisse ignes; semusta, truncata simulacra deum inter
8 prostratos iacere postes templorum. qualem terram Atticam
fecerit, exornatam quondam opulentamque, talem eum si
9 liceat Aetoliam Graeciamque omnem facturum. urbis quoque
suae similem deformitatem futuram fuisse, nisi Romani
subuenissent. eodem enim scelere urbem colentes deos prae-
sidemque arcis Mineruam petitam, eodem Eleusine Cereris
10 templum, eodem Piraei Iouem Mineruamque; sed ab eorum
non templis modo sed etiam moenibus ui atque armis re-
pulsum in ea delubra quae sola religione tuta fuerint saeuisse.
11 itaque se orare atque obsecrare Aetolos ut miseriti Athenien-
sium ducibus diis immortalibus, deinde Romanis, qui secun-
dum deos plurimum possent, bellum susciperent.

30. 3 patienti] -ti *Bψ*: -tia *φ*: -tium *Damsté* 4 uerum . . . queri *Bχ*: enimuero id non ferre *Gron.* (*conl.* § 2) 6 sibi *Bφ* (*PA*) *u.l.*: (delubra)s ibi *ψ*: ibi *φ* quae . . . reliquerint] *hic per brachylogiam compositum est* (*cf. Madv.*, *Kl. philol. Schr. p. 372*), *ut ex sententiae structura apparet*, *neque emendandum* 7 semusta *Bχ*: semiusta *P*; *post add.* et *φ* 9 urbis $B^2φ$: -bes *Bψ* colentes] -tis *Bψ*: -tem hos *φ* Eleusine *φ Sig.*: -niae *B*, -nie *ψE*; *cf. c.* 25. 2 templum *B φu.l.*: -li *χ* 10 saeuisse *B φ*(*PE*)*u.l.*: sedisse *χ* 11 ut *B*: uti *χ* (*dein* miserti *φ*) possent *B*: possint *χ*

Tum Romanus legatus: 'Totam orationis meae formam 31
Macedones primum, deinde Athenienses mutarunt. Nam et 2
Macedones, cum ad conquerendas Philippi iniurias in tot
socias nobis urbes uenissem, ultro accusando Romanos, de-
fensionem ut accusatione potiorem haberem effecerunt, et 3
Athenienses in deos inferos superosque nefanda atque in-
humana scelera eius referendo quid mihi aut cuiquam re-
liquerunt quod obicere ultra possim? Eadem haec Cianos 4
Abydenos Aenios Maronitas Thasios Parios Samios Larisenses
Messenios hinc ex Achaia existimate queri, grauiora etiam
acerbioraque eos quibus nocendi maiorem facultatem habuit.
Nam quod ad ea attinet quae nobis obiecit, nisi gloria digna 5
sunt, fateor ea defendi non posse. Regium et Capuam et 6
Syracusas nobis obiecit. Regium Pyrrhi bello legio a nobis
Reginis ipsis ut mitteremus orantibus in praesidium missa
urbem ad quam defendendam missa erat per scelus possedit.
Comprobauimus ergo id facinus? An bello persecuti sceleratam 7
legionem, in potestatem nostram redactam, tergo et
ceruicibus poenas sociis pendere cum coegissemus, urbem
agros suaque omnia cum libertate legibusque Reginis red-
didimus? Syracusanis oppressis ab externis tyrannis, quo 8
indignius esset, cum tulissemus opem et fatigati prope per
triennium terra marique urbe munitissima oppugnanda
essemus, cum iam ipsi Syracusani seruire tyrannis quam capi
a nobis mallent, captam iisdem armis et liberatam urbem
reddidimus. Neque infitias imus Siciliam prouinciam nostram 9

31. 2 uenissem *P*: -ent *Bχ* 3 inferos superosque *Bχ*: *ordinem mut. Weissenb.; sed cf. c.* 30. 4 quid *χ*: quod *B* 4 haec Cianos] haec [*spat.*] *B*, *suppl.* chios *B*²: hechios *φ*, echios *ψP*, *corr.* Cianos *Sig.*; *cf.* 32. 21. 22 Aenios *Drak.*: aeneos *Bχ*; *cf.* 37. 33. 1, 45. 27. 4 Larisenses] Laris- *Bekker*: lams- *B*: lans- *χ*; *cf.* 28. 5. 2 etiam *χ*: *om. B; sed facilius* etiam *de sententia; frustra pro* eos *coni.* e⟨xpert⟩os *uel* passos *M. Müller* quibus *Bχ*: *coni.* quod *Perizonius*, quia *M. Müller*, *uix necess.* facultatem *χ*: difficultatem *B* 6 a nobis *χ*: *om. B* 9 infitias *Bψ E*: in inf- *B*²*φL*

esse et ciuitates quae in parte Carthaginiensium fuerunt et uno animo cum illis aduersus nos bellum gesserunt, stipendiarias nobis ac uectigales esse: quin contra hoc et uos et omnes gentes scire uolumus pro merito cuique erga nos
10 fortunam esse. An Campanorum poenae, de qua ne ipsi quidem queri possunt, nos paeniteat? Hi homines, cum pro iis bellum aduersus Samnites per annos prope septuaginta
11 cum magnis nostris cladibus gessissemus, ipsos foedere primum, deinde conubio atque inde cognationibus, postremo
12 ciuitate nobis coniunxissemus, tempore nostro aduerso primi omnium Italiae populorum, praesidio nostro foede interfecto, ad Hannibalem defecerunt, deinde indignati se obsideri a nobis Hannibalem ad oppugnandam Romam miserunt.
13 Horum si neque urbs ipsa neque homo quisquam superesset, quis id durius quam pro merito ipsorum statutum indignari
14 posset? Plures sibimet ipsi conscientia scelerum mortem consciuerunt quam ab nobis supplicio adfecti sunt. Ceteris ita oppidum, ita agros ademimus ut agrum locumque ad
15 habitandum daremus, urbem innoxiam stare incolumem pateremur, ut qui hodie uideat eam nullum oppugnatae captaeue ibi uestigium inueniat. Sed quid ego Capuam dico, cum Carthagini uictae pacem ac libertatem dederimus?
16 Magis illud est periculum ne nimis facile uictis ignoscendo plures ob id ipsum ad experiundam aduersus nos fortunam
17 belli incitemus. Haec pro nobis dicta sint, haec aduersus Philippum, cuius domestica parricidia et cognatorum amicorumque caedes et libidinem inhumaniorem prope quam crudelitatem uos, quo propiores Macedoniae estis, melius
18 nostis. Quod ad uos attinet, Aetoli, nos pro uobis bellum suscepimus aduersus Philippum, uos sine nobis cum eo pacem

31. 9 quae *BL*: quas χ nobis χ: *om. B; sed cf.* 38. 39. 7 10 ne *B*: neque χ possunt *Edd. uet.*: possint B^1 (possent *B*) χ 11 inde χ: *om. B*; *sed de re cf.* 26. 33. 3 17 sint *Asc.*: sunt $B\chi$

fecistis. Et forsitan dicatis bello Punico occupatis nobis 19
coactos metu uos leges pacis ab eo qui tum plus poterat
accepisse; et nos, cum alia maiora urgerent, depositum a
uobis bellum et ipsi omisimus. Nunc et nos deum benignitate 20
Punico perfecto bello totis uiribus nostris in Macedoniam
incubuimus, et uobis restituendi uos in amicitiam societatem-
que nostram fortuna oblata est, nisi perire cum Philippo quam
uincere cum Romanis mauultis.'

Haec dicta ab Romano cum essent, inclinatis omnium **32**
animis ad Romanos Damocritus praetor Aetolorum pecunia,
ut fama est, ab rege accepta, nihil aut huic aut illi parti
adsensus, rem magni discriminis consiliis nullam esse tam ini- 2
micam quam celeritatem dixit: celerem enim paenitentiam,
sed eandem seram atque inutilem sequi, cum praecipitata
raptim consilia neque reuocari neque in integrum restitui
possint. deliberationis autem eius cuius ipse maturitatem ex- 3
pectandam putaret tempus ita iam nunc statui posse: cum
legibus cautum esset ne de pace belloque nisi in Panaetolico
et Pylaico concilio ageretur, decernerent extemplo ut praetor 4
sine fraude, cum de bello et pace agere uelit, aduocet con-
cilium et quod tum referatur decernaturque ut perinde ius
ratumque ⟨sit⟩ ac si in Panaetolico aut Pylaico concilio actum
esset. Dimissis ita suspensa re legatis egregie consultum genti 5
aiebat: nam utrius partis melior fortuna belli esset, ad eius
societatem inclinaturos. Haec in concilio Aetolorum acta.

Philippus impigre terra marique parabat bellum. Nauales **33**
copias Demetriadem in Thessaliam contrahebat; Attalum 2
Romanamque classem principio ueris ab Aegina ratus
moturos, nauibus maritimaeque orae praefecit Heraclidam,

32. 2 eandem *Frob. 1*: tandem $B\chi$ 3 autem χ: *om. B* belloque] -que B: -ue χ Pylaico *Gel.*: pyraea $B\chi$, -raeo B^2; *cf.* § 4, 33. 35. 8 4 ⟨sit⟩ *suppl. Mediol.* si in ϕ *u.l.*: sine χ: si B Pyliaco $B\phi$: pyriaco ψ ϕ*u.l.*
33. 2 Heraclidam $B\chi$: -dem *Sig.; sed de nomine patronym. cf.* 32. 5. 6 *Graece* -den

3 quem et ante praefecerat; ipse terrestres copias comparabat, magna se duo auxilia Romanis detraxisse credens, ex una parte Aetolos, ex altera Dardanos, faucibus ad Pelagoniam
4 a filio Perseo interclusis. Ab consule non parabatur sed gerebatur iam bellum. Per Dassaretiorum fines exercitum ducebat, frumentum quod ex hibernis extulerat integrum uehens,
5 quod in usum militi satis esset praebentibus agris. Oppida uicique partim uoluntate, partim metu se tradebant; quaedam ui expugnata, quaedam deserta in montes propinquos
6 refugientibus barbaris inueniebantur. Ad Lyncum statiua posuit prope flumen Beuum; inde frumentatum circa horrea Dassaretiorum mittebat. Philippus consternata quidem omnia circa pauoremque ingentem hominum cernebat, sed parum gnarus quam partem petisset consul, alam equitum
7 ad explorandum quonam hostes iter intendissent misit. Idem error apud consulem erat: mouisse ex hibernis regem sciebat, quam regionem petisset ignorans. Is quoque speculatum miserat equites. Hae duae alae ex diuerso, cum diu incertis itineribus uagatae per Dassaretios essent, tandem in unum
8 iter conuenerunt. Neutros fefellit, ut fremitus procul hominum equorumque exauditus est, hostes adpropinquare. Itaque priusquam in conspectum uenirent, equos armaque expedierant; nec mora, ubi primum hostem uidere, con-
9 currendi facta est. Forte et numero et uirtute, utpote lecti utrimque, haud impares aequis uiribus per aliquot horas pugnarunt. Fatigatio ipsorum equorumque incerta uictoria
10 diremit proelium; Macedonum quadraginta equites, Romanorum quinque et triginta ceciderunt. Neque eo magis explorati quicquam in qua regione castra hostium essent aut

33. 4 Dassaretiorum *Carb.*: darsert- *Bχ*: darset- *B¹L*, *sic* §§ 6, 7 *Bχ*; *cf. c.* 40. 4, 27. 32. 9 *adn.* 6 Lyncum *Bφ*, -chum *ψ*; *cf.* 26. 25. 4 Beuum *Carb.*: bactum *B*, -ctim *ψ*, -ccum *φ* pauoremque *B²χ*: *spat. B* 8 hostes adpropinquare *χ*: *om. B* 9 aliquot *B²φL*: -od *BψA*; *sic saepe* aliquod *ex archetypo*, *u. Praef.* § 102 i

illi ad regem aut hi ad consulem rettulerunt; per transfugas 11
cognitum est, quos leuitas ingeniorum ad cognoscendas
hostium res in omnibus bellis praebet.

Philippus aliquid et ad caritatem suorum et ut promptius **34**
pro eo periculum adirent ratus profecturum se, si equitum 2
qui ceciderant in expeditione sepeliendorum curam habuis-
set, adferri eos in castra iussit, ut conspiceretur ab omnibus
funeris honos. Nihil tam incertum nec tam inaestimabile est 3
quam animi multitudinis. Quod promptiores ad subeundam
omnem dimicationem uidebatur facturum, id metum pi-
gritiamque incussit; nam qui hastis sagittisque et rara lanceis 4
facta uolnera uidissent, cum Graecis Illyriisque pugnare
adsueti, postquam gladio Hispaniensi detruncata corpora
bracchiis cum humero abscisis aut tota ceruice desecta
diuisa a corpore capita patentiaque uiscera et foeditatem
aliam uolnerum uiderunt, aduersus quae tela quosque uiros 5
pugnandum foret pauidi uolgo cernebant. Ipsum quoque
regem terror cepit nondum iusto proelio cum Romanis con-
gressum. Itaque reuocato filio praesidioque quod in faucibus 6
Pelagoniae erat, ut iis copiis suas augeret, Pleurato Dar-
danisque iter in Macedoniam patefecit. Ipse cum uiginti 7
milibus peditum, duobus milibus equitum ducibus trans-
fugis ad hostem profectus paulo plus mille passus a castris
Romanis tumulum propinquum Ataeo fossa ac uallo com-
muniuit; ac subiecta cernens Romana castra, admiratus esse 8
dicitur et uniuersam speciem castrorum et discripta suis
quaeque partibus cum tendentium ordine tum itinerum
interuallis, et negasse barbarorum ea castra ulli uideri posse.
Biduum consul et rex, alter alterius conatus expectantes, 9

34. 1 profecturum] pro- $B\chi$: per- B^2 4 Graecis B^2V: grascis $B\chi$ cum humero B: *om.* χ 5 uiros ψ: ueros $B\phi$ 5 iusto χ: *om.* B 7 duobus milibus B: octo ψP: cccc A: octo milibus A^2E; *u. Praef.* § 107 ii mille B: cc χ Ataeo ψ: athaeo ϕ, *inde* Athaco *Dett. perperam*: *spat. iv litt. B, ut solet, pro spatio nominis*

continuere suos intra uallum; tertio die Romanus omnes in aciem copias eduxit.

35 Rex non tam celerem aleam uniuersi certaminis timens quadringentos Tralles—Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus—et Cretenses trecentos, addito his peditibus pari numero equitum, cum duce Athenagora, uno ex purpuratis,
2 ad lacessendos hostium equites misit. Ab Romanis autem—aberat acies eorum paulo plus quingentos passus—uelites et equitum duae ferme alae emissae, ut numero quoque eques
3 pedesque hostem aequarent. Credere regii genus pugnae quo adsueuerant fore, ut equites in uicem insequentes refugientesque nunc telis uterentur, nunc terga darent, Illyriorum uelocitas ad excursiones et impetus subitos usui esset, Cretenses in inuehentem se effuse hostem sagittas conicerent.
4 Turbauit hunc ordinem pugnandi non acrior quam per-
5 tinacior impetus Romanorum; nam haud secus quam si tota acie dimicarent, et uelites emissis hastis comminus gladiis rem gerebant et equites, ut semel in hostem euecti sunt, stantibus equis, partim ex ipsis equis, partim desilientes immi-
6 scentesque se peditibus pugnabant. Ita nec eques regius equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam, nec pedes concursator et uagus et prope seminudus genere armorum ueliti Romano parmam gladiumque habenti pariterque et ad se tuendum et

34. 9 eduxit χ: duxit *B*

35. 1 non tam *B*χ: uero tam *P*^{x} *Aldus Weissenb.*: tam *Edd. uet. Madv.; sed* non *in archetypo stabat, uix ex uncial.* uero *ortum; necnon, tamquam de leui pugna, coniectum est* non tam . . . ⟨quam⟩, *suppl.* proelium ipsum *Novák*, certamen *Zingerle, sic fort. potius* pugnam; *sed falsa ratione emendatum est, nam rex simul atque 'iter in Macedoniam patefecit'* (*cc.* 34. 6, 38. 7) *iam 'celerem aleam uniuersi certaminis' accepit neque timuit, quo consilio hostes nunc ferociter lacessebat, dum filius cum copiis perueniret* (*c.* 34. 6) 2 autem *B*χ: item *Gron.* quingentos *B*ϕ: ducentos ψ alae emissae *B* (*sed* aleę m-) ϕ: alae missae *B*$^{1}\psi$ 3 Credere *B*χ: credidere *Dett.* quo *B*χ: cui *Dett., sic coni. H. J. Müller* (*sc. ex* quoi), *ut ap. Liuium usitatius, cf.* 38. 34. 9; *sed uix mutandum* refugientesque *B*ψ*Au.l.*: *om.* ϕ 5 hastis *B*ψ: in hostes ϕ 6 regius *B*: -is χ genere *Edd. uet.*: -ri *B*χ

ad hostem petendum armato. Non tulere itaque dimicationem 7
nec alia re quam uelocitate tutantes se in castra refugerunt.

Uno deinde intermisso die, cum omnibus copiis equitum **36**
leuisque armaturae pugnaturus rex esset, nocte caetratos,
quos peltas⟨tas⟩ uocant, loco opportuno inter bina castra in
insidiis abdiderat praeceperatque Athenagorae et equitibus 2
ut si aperto proelio procederet res, uterentur fortuna, si
minus, cedendo sensim ad insidiarum locum hostem per-
traherent. Et equitatus quidem cessit, duces caetratae cohortis 3
non satis expectato signo ante tempus excitatis suis occasionem
bene gerendae rei amisere. Romanus et aperto proelio uictor
et tutus a fraude insidiarum in castra sese recepit.

Postero die consul omnibus copiis in aciem descendit ante 4
prima signa locatis elephantis, quo auxilio tum primum
Romani, quia captos aliquot bello Punico habebant, usi sunt.
Vbi latentem intra uallum hostem uidit, in tumulos quoque 5
ac sub ipsum uallum exprobrans metum successit. Postquam
ne tum quidem potestas pugnandi dabatur, quia ex tam pro-
pinquis statiuis parum tuta frumentatio erat, dispersos milites
per agros equitibus extemplo inuasuris, octo fere inde milia, 6
interuallo tutiorem frumentationem habiturus, castra ad
Ottolobum—id est loco nomen—mouit. Cum in propinquo 7
agro frumentarentur Romani, primo rex intra uallum suos
tenuit, ut cresceret simul et neglegentia cum audacia hosti.

36. 1 peltas⟨tas⟩ *Asc.*: peltas $B\chi$; *u.* 28. 5. 11 *adn.* (-atis), *sed hic ut Graecum nomen*, *cf.* 33. 4. 4 4 aliquot $B^2\phi$: -od $B\psi$; *u. c.* 33. 9 *adn.* 5 latentem] *hic* $B\phi$: *post* uallum ψ hostem . . . uallum B: *om.* χ ex (tam) $B^2\chi$: eā B: hostium *coni. Duker* 6 milia $B^2\chi$: milites B: millium *Gron.* (*conl.* interuallo) Ottolobum *Weissenb.* (*ex c.* 40. 9): attalobum $B\chi$: Octolophum *Gel.* ('*exemplaria scripta*' *citans*, *i.e.*, *ut uid.*, *conl. c.* 40. 9) 7 simul et neglegentia $B\chi$ *Weissenb.*, *sic potius post* audacia *H. J. Müller*: et *secl. Ussing Fügner* (*hic* simul *post* negl. *transp.*): *ante* simul *suppl.* temeritas *Koch*, socordia *M. Müller*: *post* negl. *suppl.* et contemptus *Brakman*; *sed per* simul *coniuncta sunt* neglegentia *et* audacia, *id quod de sententia apparet*, *sc.* '*ut cresceret audacia et simul cum ea etiam neglegentia*': *sic inuerso uocum ordine* simul et neglegentia

8 Vbi effusos uidit, cum omni equitatu et Cretensium auxiliaribus, quantum equitem uelocissimi pedites cursu aequare poterant, citato profectus agmine inter castra Romana et
9 frumentatores constituit signa. Inde copiis diuisis partem ad consectandos uagos frumentatores emisit dato signo ne quem uiuum relinquerent, cum parte ipse substitit itineraque
10 quibus ad castra recursuri uidebantur hostes obsedit. Iam passim caedes ac fuga erat, necdum quisquam in castra Romana nuntius cladis peruenerat, quia refugientes in re-
11 giam stationem incidebant et plures ab obsidentibus uias quam ab emissis ad caedem interficiebantur. Tandem inter medias hostium stationes elapsi quidam trepidi tumultum magis quam certum nuntium intulerunt castris.

37 Consul equitibus iussis qua quisque posset opem ferre laborantibus ipse legiones e castris educit et agmine quadrato
2 ad hostem ducit. Dispersi equites per agros quidam aberrarunt decepti clamoribus aliis ex alio existentibus loco, pars obuios
3 habuerunt hostes. Pluribus locis simul pugna coepit. Regia statio atrocissimum proelium edebat; nam et ipsa multitudine equitum peditumque prope iusta acies erat et Romanorum, quia medium obsederat iter, plurimi in eam
4 inferebantur. Eo quoque superiores Macedones erant, quod et rex ipse hortator aderat et Cretensium auxiliares multos ex improuiso uolnerabant, conferti praeparatique in dispersos
5 et effusos pugnantes. Quod si modum in insequendo habuissent, non in praesentis modo certaminis gloriam sed in
6 summam etiam belli profectum foret: nunc auiditate caedis intemperantius secuti in praegressas cum tribunis militum
7 cohortes Romanas incidere, et fugiens eques, ut primo signa

37. 4 effusos *Bχ*: -se *Ernesti* (*cf.* 21. 55. 3 *adn.*); *sed cf.* conferti . . . pugnantes 5 (non) in *χ*: *om. B* 6 secuti *Bχ*: insecuti *Edd. uet.*; *sed cf.* 23. 1. 9 7 primo *Bχ*: -ma *coni. Madv. dubitanter*; *cf.* 4. 58. 9

suorum uidit, conuertit in effusum hostem equos, uersaque momento temporis fortuna pugnae est terga dantibus qui modo secuti erant. Multi comminus congressi, multi fugientes 8 interfecti; nec ferro tantum periere, sed in paludes quidam coniecti profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Rex 9 quoque in periculo fuit; nam ruente saucio equo praeceps ad terram datus haud multum afuit quin iacens opprimeretur. Saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit pauidumque regem 10 in equum subiecit; ipse, cum pedes aequare cursu fugientes non posset equites, ab hostibus ad casum regis concitatis confossus perit. Rex circumuectus paludes per uias inuiaque 11 trepida fuga in castra tandem, iam desperantibus plerisque incolumem euasurum, peruenit. Ducenti Macedonum equites 12 eo proelio periere, centum ferme capti; octoginta admodum ornati equi spoliis simul armorum relatis abducti.

Fuere qui hoc die regem temeritatis, consulem segnitiae **38** accusarent: nam et Philippo quiescendum fuisse, cum paucis diebus hostes exhausto circa omni agro ad ultimum inopiae uenturos sciret, et consulem, cum equitatum hostium 2 leuemque armaturam fudisset ac prope regem ipsum cepisset, protinus ad castra hostium ducere debuisse; nec enim man- 3 suros ita perculsos hostes fuisse debellarique momento temporis potuisse. Id dictu quam re, ut pleraque, facilius erat. 4 Nam si omnibus peditum quoque copiis congressus rex fuisset, forsitan inter tumultum, cum omnes uicti metuque perculsi ex proelio intra uallum, protinus inde superuadentem munimenta uictorem hostem fugerent, exui castris potuerit rex; cum uero integrae copiae peditum in castris mansissent, 5 stationes ante portas praesidiaque disposita essent, quid nisi

10 perit *Bφ*: -iit *ψA* 11 inuiaque *Dett. Drak.*: inuiasque *Bχ Frob.* 2; *cf.* 23. 17. 6, 38. 23. 1 12 equi *Gel.* (*ex Sp*): equi sunt *B*: equis *χ* relatis *Bψ Sp*: relictis *φ*

38. 3 debellarique *Edd. uet.*: debilitarique B^2 (-ri quae *B*) *χ* 4 erat *B*: *om.* *χ Kreyssig*

ut temeritatem regis effuse paulo ante secuti perculsos equites
6 imitaretur, profecisset? Neque enim ne regis quidem primum consilium, quo impetum in frumentatores palatos per agros fecit, reprehendendum foret, si modum prosperae pugnae
7 imposuisset. Eo quoque minus est mirum temptasse eum fortunam, quod fama erat Pleuratum Dardanosque ingentibus copiis profectos domo iam in Macedoniam transcendisse;
8 quibus si undique circumuentus copiis foret, sedentem Ro-
9 manum debellaturum credi poterat. Itaque secundum duas aduersas equestres pugnas multo minus tutam moram in iisdem statiuis fore Philippus ratus, cum abire inde et fallere abiens hostem uellet, caduceatore sub occasum solis misso ad
10 consulem qui indutias ad sepeliendos equites peteret, frustratus hostem secunda uigilia multis ignibus per tota castra relictis silenti agmine abit.

39 Corpus iam curabat consul cum uenisse caduceatorem
2 et quid uenisset nuntiatum est. Responso tantum dato mane postero die fore copiam conueniendi, id quod quaesitum erat, nox dieique insequentis pars ad praecipiendum iter Philippo data est. Montes quam uiam non ingressurum graui agmine
3 Romanum sciebat petit. Consul prima luce caduceatore datis indutiis dimisso haud ita multo post abisse hostem cum sensisset, ignarus qua sequeretur, iisdem statiuis frumentando
4 dies aliquot consumpsit. Stuberram deinde petit atque ex Pelagonia frumentum quod in agris erat conuexit; inde ad Pluinnam est progressus, nondum comperto quam regionem
5 hostes petissent. Philippus cum primo ad Bruanium statiua habuisset, profectus inde transuersis limitibus terrorem praebuit subitum hosti. Mouere itaque ex Pluinna Romani et ad
6 Osphagum flumen posuerunt castra. Rex haud procul inde et

38. 5 regis χ: *om. B*

39. 1 cum uenisse $B^2\chi$: *om. B* 2 non (ingr.) $B^2\chi$: *om. B*
5 Bruanium *Gron.* (*iam* Brya- *Sig.*): bruantiam *B*, -nnam χ; *cf. Strab.* 7. 7. 9 transuersis χ: -uectis *B*

ipse uallo super ripam amnis ducto—Erigonum incolae uocant
—consedit. Inde satis comperto Eordaeam petituros Romanos, 7
ad occupandas angustias, ne superare hostes artis faucibus in-
clusum aditum possent, praecessit. Ibi alia uallo, alia fossa, 8
alia lapidum congerie ut pro muro essent, alia arboribus
obiectis, ut aut locus postulabat aut materia suppeditabat,
⟨pr⟩opere permuniit atque, ut ipse rebatur, viam suapte 9
natura difficilem obiectis per omnes transitus operibus in-
expugnabilem fecit. Erant pleraque siluestria circa, incom- 10
moda phalangi maxime Macedonum, quae nisi ubi praelongis
hastis velut vallum ante clipeos obiecit, quod ut fiat libero
campo opus est, nullius admodum usus est. Thracas quoque 11
rumpiae ingentis et ipsae longitudinis inter obiectos undique
ramos impediebant. Cretensium una cohors non inutilis erat; 12
sed ea quoque ipsa ut, si quis impetum faceret, in patentem
uolneri equum equitemque sagittas conicere poterat, ita
aduersus scuta Romana nec ad traiciendum satis magnam
uim habebat nec aperti quicquam erat quod peterent. Itaque 13
id ut uanum teli genus senserunt esse, saxis passim tota ualle
iacentibus incessebant hostem. Ea maiore cum sonitu quam
uolnere ullo pulsatio scutorum parumper succedentes Ro-
manos tenuit; deinde iis quoque spretis partim testudine 14
facta per aduersos uadunt hostes, partim breui circuitu cum 15
in iugum collis euasissent, trepidos ex praesidiis stationibusque
Macedonas deturbant et, ut in locis impeditis difficili fuga,
plerosque etiam obtruncant.

Ita angustiae minore certamine quam quod animis pro- **40**
posuerant superatae et in Eordaeam peruentum, ubi per-

7 Eordaeam *Sig.* (Heo-): erduaeam *Bϕ*: erdumeam *ψ*; *cf.* 42. 53. 5, *Polyb.* 18. 23. 3 8 ut aut *B*: ita ut *χ*, *pari iure* ⟨pr⟩opere *Voss optime*: opere *Bχ*: operi *Walch* (*sc.* suppeditabat): *secl. Crévier* 9 fecit *ψ*: facit *B*: faciat *ϕ* 11 rumpiae *B*: -phiae *χ* 12 peterent *Bχ*: -ret A^x *Dett.* 15 circuitu *AL*: circumitu *Bχ*; *u.* 27. 15. 13 *adn.*

40. 1 in Eordaeam] in erdumaeam *Bϕ*: interdum eam *ψ*; *u. c.* 39. 7

uastatis passim agris in Elimiam ⟨consul⟩ se recepit. Inde impetum in Orestidem facit et oppidum Celetrum est adgressus
2 in paeneinsula situm: lacus moenia cingit, angustis faucibus
3 unum ex continenti iter est. Primo situ ipso freti clausis portis abnuere imperium; deinde, postquam signa ferri ac testudine succedi ad portam obsessasque fauces agmine hostium uiderunt, priusquam experirentur certamen metu in deditionem
4 uenerunt. Ab Celetro in Dassaretios processit urbemque Pelion ui cepit. Seruitia inde cum cetera praeda abduxit, [et] libera capita sine pretio dimisit oppidumque iis reddidit
5 praesidio ualido imposito; nam et sita opportune urbs erat
6 ad impetus in Macedoniam faciendos. Ita peragratis hostium agris consul in loca pacata ad Apolloniam, unde orsus bellum erat, copias reduxit.

7 Philippum auerterant Aetoli et Athamanes et Dardani et
8 tot bella repente alia ex aliis locis exorta. Aduersus Dardanos, iam recipientes ex Macedonia sese, Athenagoran cum expeditis peditibus ac maiore parte equitatus misit, iussum instare ab tergo abeuntibus et carpendo postremum agmen segniores
9 eos ad mouendos domo exercitus efficere. Aetolos Damocritus praetor, qui morae ad decernendum bellum ad Naupactum auctor fuerat, idem proximo concilio ad arma conciuerat
10 post famam equestris ad Ottolobum pugnae Dardanorumque et Pleurati cum Illyriis transitum in Macedoniam, ad hoc classis Romanae aduentum Oreum et super circumfusas tot Macedoniae gentes maritimam quoque instantem obsidionem.

40. 1 ⟨consul⟩ *suppl. Harant* paeneinsula] paene ins- *Bχ*; *u.* 26. 42. 8 3 abnuere imperium *BφL*: *om.* *ψ* 4 Pelion *B*: prelium *χ* et *secl. Madv. recte* (*post* -it) 6 pacata] *ante add.* iam *χ*: *ign. B*, *secl. Gel.* (*Sp?*); *cf.* 29. 2. 2 orsus *B Sp? V* (*cf.* 32. 29. 6): ortus *N*: ortum *φL* 8 Athenagoran *Bφ*: -am *ψ* 9 Damocritus] -itus *φL*: -etus *Bψ*, *sic cc.* 41. 1, 43. 7; *cf. c.* 32. 1 auctor *Bχ*: *secl. Madv.* (*Em. L. p. 468*), *ut* ad *cum uerbo coniungeretur; sed uim verbalem habet* morae auctor fuerat, *cf.* 26. 13. 2, 27. 16. 3 Ottolobum *Bχ* (Oct- *VE*): Octolophum *Frob. 2*; *u. c.* 36. 6 *adn.*

Hae causae Damocritum Aetolosque restituerant Romanis; 41
et Amynandro rege Athamanum adiuncto profecti Cercinium obsedere. Clauserant portas, incertum ui an uoluntate, 2
quia regium habebant praesidium; ceterum intra paucos dies 3
captum est Cercinium atque incensum; qui superfuerunt e magna clade liberi seruique inter ceteram praedam abducti.
Is timor omnes qui circumcolunt Boeben paludem relictis 4
urbibus montes coegit petere. Aetoli inopia praedae inde 5
auersi in Perrhaebiam ire pergunt. Cyretias ibi ui capiunt foedeque diripiunt; qui Maloeam incolunt uoluntate in deditionem societatemque accepti. Ex Perrhaebia Gomphos 6
petendi Amynander auctor erat: et imminet Athamania huic urbi uidebaturque expugnari sine magno certamine posse.
Aetoli campos Thessaliae opimos ad praedam petiere, sequente 7
quamquam non probante Amynandro nec effusas populationes Aetolorum nec castra quo fors tulisset loco sine ullo discrimine aut cura muniendi posita. Itaque ne temeritas 8
eorum neglegentiaque sibi ac suis etiam cladis alicuius causa esset, cum campestribus locis subicientes eos castra Pharcado⟨ni⟩ urbi uideret, ipse paulo plus mille passuum inde 9
tumulum suis quamuis leui munimento tutum cepit. Cum 10
Aetoli nisi quod populabantur uix meminisse uiderentur se in agro hostium esse, alii palati semermes uagarentur, alii in castris sine stationibus per somnum uinumque dies noctibus aequarent, Philippus inopinantibus aduenit. Quem 11
cum adesse refugientes ex agris quidam pauidi nuntiassent,

41. 1 obsedere χ: obsidere *B* 3 superfuerunt *B*χ: -fuerant *Aldus*, *sed cf.* 41. 26. 5 5 Cyretias χ, -eri- *B; ad* Cy- *cf.* 36. 10. 5, 13. 4; 42. 53. 9; *sed* Chy- *in inscr.* ἐν Χυρετίας; *u. F. Stählin*, *Hellen. Thessalien* (*1924*), *p. 25* 7 fors *BN*, fonsa *V*, foris *L*: sors ϕ 8 ne *B*: *om.* χ Pharcado⟨ni⟩] phaecado $B^2\chi$, phaeca[*spat. iv litt.*] *B*, *corr. Ussing Madv.* (*Em. p. 468*); *non* Phaecae, *ut Bekker*; *u. Stählin*, *op. cit. p. 117* 9 ipse χ: ii se *B* mille *B*ψ (*spat. N*): quingentorum ϕ 10 agro] *hic B*: *post* host. χ palati χ: *om. B* semermes *B*χ: semiermes *Edd. uet.* *u.* 27. 1. 15 *adn.*

trepidare Damocritus ceterique duces—et erat forte meridianum tempus, quo plerique graues cibo sopiti iacebant—:
12 excitare alii alios, iubere arma capere, alios dimittere ad reuocandos qui palati per agros praedabantur; tantaque trepidatio fuit ut sine gladiis quidam equitum exirent, loricas
13 plerique non induerent. Ita raptim educti, cum sescentorum aegre simul equites peditesque numerum explessent, incidunt in regium equitatum numero armis animisque praestantem.
14 Itaque primo impetu fusi uix temptato certamine turpi fuga repetunt castra; caesi captique quidam quos equites ab agmine fugientium interclusere.

42 Philippus suis iam uallo adpropinquantibus receptui cani iussit; fatigatos enim equos uirosque non tam proelio quam itineris simul longitudine, simul praepropera celeritate habe-
2 bat. Itaque turmatim equites, in uicem manipulos leuis
3 armaturae aquatum ire et prandere iubet, alios in statione armatos retinet, opperiens agmen peditum tardius ductum
4 propter grauitatem armorum. Quod ubi aduenit, et ipsis imperatum ut statutis signis armisque ante se positis raptim cibum caperent binis ternisue summum ex manipulis aquandi causa missis; interim eques cum leui armatura paratus instru-
5 ctusque stetit, si quid hostis moueret. Aetoli—iam enim et quae per agros sparsa multitudo fuerat receperat se in castra—ut defensuri munimenta circa portas uallumque armatos disponunt, dum quietos hostes ipsi feroces ex tuto spectabant.
6 Postquam mota signa Macedonum sunt et succedere ad uallum parati atque instructi coepere, repente omnes relictis

41. 12 excitare] *post add.* igitur χ, *i.e. conl.* iacebant; *sed potius* et erat . . . iacebant *in parenth.* 13 cum] *post add.* uniuersi *Gel.* ('*dictio interciderat*'), *uix ex Sp*, *siquidem* $B\chi$ *ignorant*, *sed potius suo Marte* (*usitatius* omnes *ap. Liuium*), *neque necess.* 14 quidam χ: *om. B*; *cf. c.* 37. 8, 22. 21. 4

42. 1 iam] *hic* χ: *ante* suis *B* 2 aquatum $B^2\chi$: aeq- *B*; *sic infra* § 4 4 summum $B\psi$: simul ϕ 5 receperat *Carb.*: -perant $B\chi$

stationibus per auersam partem castrorum ad tumulum ad castra Athamanum perfugiunt; multi in hac quoque tam trepida fuga capti caesique sunt Aetolorum. Philippus, si satis diei 7
superesset, non dubius quin Athamanes quoque exui castris potuissent, die per proelium, deinde per direptionem castrorum absumpto sub tumulo in proxima planitie consedit, prima luce insequentis diei hostem adgressurus. Sed Aetoli 8
eodem pauore quo sua castra reliquerant nocte proxima dispersi fugerunt. Maximo usui fuit Amynander, quo duce Athamanes itinerum periti summis montibus per calles ignotas sequentibus eos hostibus in Aetoliam perduxerunt. Non ita 9
multos in dispersa fuga error intulit in Macedonum equites, quos prima luce Philippus, ut desertum tumulum uidet, ad carpendum hostium agmen misit.

Per eos dies et Athenagoras regius praefectus Dardanos **43**
recipientes se in fines adeptus postremum agmen primo turbauit; dein, postquam Dardani conuersis signis direxere 2
aciem, aequa pugna iusto proelio erat. Vbi rursus procedere Dardani coepissent, equite et leui armatura regii nullum tale auxilii genus habentes Dardanos oneratosque immobilibus armis uexabant; et loca ipsa adiuuabant. Occisi perpauci sunt, 3
plures uolnerati, captus nemo, quia non excedunt temere ordinibus suis sed confertim et pugnant et cedunt.

Ita damna Romano accepta bello duabus per opportunas 4
expeditiones coercitis gentibus restituerat Philippus incepto forti, non prospero solum euentu. Minuit deinde ei forte oblata res hostium Aetolorum numerum. Scopas princeps 5
gentis ab Alexandrea magno cum pondere auri ab rege

6 auersam] a- *Bψ*: ad- *φ* ad (cast.) *Bχ*: in *coni. Gron.*, ac *Madv.* 7 absumpto] ab- *B²ψ*: ad- *Bφ* 8 periti *Carb.*: -tis *Bχ* ignotas *Bφ*: -tos *ψA^x*; *cf.* 38. 2. 10, 40. 12 9 prima] *hic B*: *post* luce *χ* uidet *Bψ*: uidit *φN*
43. 1 primo *χ*: *om. B*; *cf.* 35. 1. 8: 2 dein *Bψ Frob. 2*: deinde *φN* tale *χ*: *om. B* oneratosque *B*: *om.* que *χ* (ornatos *φ*) 5 Alexandrea *Bψ*: -ria *φL*; *u. c.* 18. 1

Ptolomaeo missus sex milia peditum et quingentos equites
6 mercede conductos Aegyptum auexit; nec ex iuuentute
Aetolorum quemquam reliquisset, ni Damocritus nunc belli
7 quod instaret, nunc futurae solitudinis admonens, incertum
cura gentis an ut aduersaretur Scopae parum donis cultus,
partem iuniorum castigando domi continuisset.

44 Haec ea aestate ab Romanis Philippoque gesta terra; classis
a Corcyra eiusdem principio aestatis cum L. Apustio legato
profecta Maleo superato circa Scyllaeum agri Hermionici
2 Attalo regi coniuncta est. Tum uero Atheniensium ciuitas,
cui odio in Philippum per metum iam diu moderata erat,
3 id omne in auxilii praesentis spem effundit. Nec unquam ibi
desunt linguae promptae ad plebem concitandam; quod genus
cum in omnibus liberis ciuitatibus tum praecipue Athenis,
ubi oratio plurimum pollet, fauore multitudinis alitur.
4 Rogationem extemplo tulerunt plebesque sciuit ut Philippi
statuae imagines omnes nominaque earum, item maiorum
eius uirile ac muliebre secus omnium tollerentur delerenturque, diesque festi sacra sacerdotes, quae ipsius maiorumque
5 eius honoris causa instituta essent, omnia profanarentur; loca
quoque in quibus positum aliquid inscriptumue honoris eius
causa fuisset detestabilia esse, neque in iis quicquam postea
poni dedicarique placere eorum quae in loco puro poni de-
6 dicarique fas esset; sacerdotes publicos quotienscumque pro

43. 5 quingentos *B*: *om.* χ auexit χ: uexit *B*; *sed sc.* '*ex Aetolia*', *cf.* 38. 42. 7

44. 1 terra *Madv.*: erant *B*χ: *secl. Duker* Maleo *B*χ; *dein* superata χ (-to *B*), *unde* Malea *Dett. Edd. uet.; sed cf. c.* 47. 2, 34. 32. 18, 19 *adn.*, 42. 56. 1 Scyllaeum] Scy- ϕ: sci- *B*ψ 2 odio . . . moderata *B*χ: odium . . . immoderatum *B*^{2} *male* Philippum χ: -po *B* effundit *B*ψ: effudit ϕ 4 imagines] *ante add.* et *Madv.*, *post* que *Hertz*; *sed cf.* 27. 16. 7 *adn.* uirile ac muliebre secus *B*: -lis ac -bris sexus ϕ, -les ac -bres sexus ψ; *u.* 26. 34. 5, 47. 1 *adnn.* sacerdotes, quae ϕ: sacerdotesque *B*ψ, *add.* qui *B*^{2} (*dein* instituta *B*χ, *corr.* -ti *B*^{2}): sacerdotia quae *M. Müller*, *uix necess.* maiorumque] -que *B*: -ue χ, *fort. recte* 5 placere . . . dedicarique *B*χ: *om. Edd. uet.*, *suppl. Gel. ex Sp*

populo Atheniensi sociisque, exercitibus et classibus eorum precarentur, totiens detestari atque exsecrari Philippum liberos eius regnumque, terrestres naualesque copias, Macedonum genus omne nomenque. Additum decreto: si quis 7
quid postea quod ad notam ignominiamque Philippi pertineret ferret, id omne populum Atheniensem iussurum; si 8
quis contra ignominiam proue honore eius dixisset fecissetue, qui occidisset eum iure caesurum. Postremo inclusum, ut omnia quae aduersus Pisistratidas decreta quondam erant eadem in Philippo seruarentur. Athenienses quidem litteris uerbisque, 9
quibus solis ualent, bellum aduersus Philippum gerebant.

Attalus Romanique cum Piraeum primo ab Hermione **45**
petissent, paucos ibi morati dies oneratique aeque immodicis 2
ad honores sociorum atque in ira aduersus hostem fuerant Atheniensium decretis, nauigant a Piraeo Andrum. Et cum 3
in portu quem Gaureion uocant constitissent, missis qui temptarent oppidanorum animos, si uoluntate tradere urbem quam uim experiri mallent, postquam praesidio regio arcem 4
teneri nec se potestatis suae esse respondebant, expositis copiis apparatuque omni urbium oppugnandarum diuersis partibus rex et legatus Romanus ad urbem subeunt. Plus 5
aliquanto Graecos Romana arma signaque non ante uisa animique militum tam prompte succedentium muros terruere; itaque fuga extemplo in arcem facta est, urbe hostes 6
potiti. Et in arce cum biduum loci se magis quam armorum fiducia tenuissent, tertio die pacti ipsi praesidiumque ut cum singulis uestimentis Delium Boeotiae transueherentur, urbem

7 quid] *hic* $B\psi$: *ante* quis ϕ omne populum *B*: omnem χ 8 caesurum *BAL*: cess- ψ: cens- ϕ

45. 2 ira *Dett. Gron.*: iram $B\chi$ 2 nauigant $B\psi$ *Frob. 2*: -arunt ϕ 3 portu *Asc.*: -tum $B\chi$ Gaureion] Gaurelon χ, caurelon *B*, *corr. ego*, *iam* Gaurion *Hertz; ut Graecum nomen* (*sc.* quem . . . uocant), *cf. Xen.*, *Hell.* 1. 4. 22 6 Boeotiae $B^2\psi$: -ia et *B*: -iam ϕ urbem . . . tradiderunt *B*: *om.* χ *Sp* (*ut uid.*); *unde* (§ 7) *pro* ea . . . praedam (*B*) *coni.* et . . . praeda χ, *corr. Frob. 2*

7 arcemque tradiderunt. Ea ab Romanis regi Attalo concessa: praedam ornamentaque urbis ipsi auexerunt. Attalus, ne desertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus et
8 quibusdam Andriorum ut manerent persuasit. Postea et ab Delio qui ex pacto trauecti eo fuerant promissis regis, cum desiderium quoque patriae facilius ad credendum inclinaret animos, reuocati.

9 Ab Andro Cythnum traiecerunt; ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequiquam absumpti et, quia uix operae pretium
10 erat, abscessere. Ad Prasias—continentis Atticae is locus est—Issaeorum uiginti lembi classi Romanorum adiuncti sunt. Ii missi ad populandos Carystiorum agros; cetera classis Geraestum, nobilem Euboeae portum, dum ab Carysto Issaei re-
11 dirent, tenuit. Inde omnes uelis in altum datis mari medio
12 praeter Scyrum insulam Icum peruenere. Ibi paucos dies saeuiente Borea retenti, ubi prima tranquillitas data est, Sciathum traiecere, uastatam urbem direptamque nuper a
13 Philippo. Per agros palati milites frumentum et si qua alia usui esse ad uescendum poterant ad naues rettulere; praedae nec erat quicquam nec meruerant Graeci cur diriperentur.
14 Inde Cassandream petentes primo ad Mendaeum, maritimum ciuitatis eius uicum, tenuere. Inde cum superato promunturio ad ipsa moenia urbis circumagere classem uellent, saeua coorta tempestate prope obruti fluctibus dispersi magna ex
15 parte amissis armamentis in terram effugerunt. Omen quoque ea maritima tempestas ad rem terra gerendam fuit. Nam conlectis in unum nauibus expositisque copiis adgressi urbem cum multis uolneribus repulsi—et erat ualidum ibi regium praesidium—inrito incepto regressi ad Canastraeum Pallenes

45. 8 facilius $B\chi$: faciles *Gron.* 9 Cythnum *Gel.* (*ex Sp?*, *cf. c.* 15. 8): cydnum $B\chi$ (cid-) 10 Atticae is B (atuc-) ψ *Sp?*: tanticeis ϕ Geraestum ψ: Coerestum B: Gerestrum ϕ 11 mari B: -is χ 14 ad Mendaeum B^1 (-emd- B) χ: ad Mendin *Carb.*: Mendam *Glar.* 15 ad (Can.) B: *om.* χ

traiecere. Inde superato Toronae promunturio nauigantes
Acanthum petiere. Ibi primo ager uastatus, deinde ipsa urbs 16
ui capta ac direpta; nec ultra progressi—iam enim et graues
praeda naues habebant—retro unde uenerant Sciathum et ab
Sciatho Euboeam repetunt.

Ibi relicta classe decem nauibus expeditis sinum Maliacum **46**
intrauere ad conloquendum cum Aetolis de ratione gerendi
belli. Pyrrhias Aetolus princeps legationis eius fuit quae ad 2
communicanda consilia Heracleam cum rege et cum Romano
legato uenit. Petitum ex foedere ab Attalo est ut mille milites 3
⟨mitteret⟩; tantum enim numerum bellum gerentibus
aduersus Philippum debebat. Id negatum Aetolis, quod illi 4
quoque grauati prius essent ad populandam Macedoniam
exire, quo tempore Philippo circa Pergamum urente sacra
profanaque abstrahere eum inde respectu rerum suarum
potuissent. Ita Aetoli cum spe magis Romanis omnia polli- 5
centibus quam cum auxilio dimissi; Apustius cum Attalo ad
classem redit.

Inde agitari de Oreo oppugnando coeptum. Valida ea 6
ciuitas et moenibus et, quia ante fuerat temptata, firmo erat
praesidio: coniunxerant se iis post expugnationem Andri cum
praefecto Acesimbroto uiginti Rhodiae naues, tectae omnes.

15 Toronae *Frob.* 1: coronae *Bχ*; *cf.* 44. 11. 2

46. 2 Pyrrhias *Bekker*: pyrrihas *B*: sipyrrichas χ; *cf.* 27. 30. 1, *Polyb.* 5. 30. 2 quae *Gron.*: qui *Bχ* Heracleam] *hic Bχ*: *transponendum ante* ad comm. *coni. H. J. Müller*, *ante* uenit *Pluygers*, *sc.* '*communicare cum*'; *sed satis apte* cum *bis scriptum cum* uenit *coniungitur* (*uel fort. cum* ⟨con⟩uenit *Weissenb.*) 3 ⟨mitteret⟩ *suppleui*, *ut coni. Weissenb.*: *om. Bχ* (*ut post* milites): *suppl.* praestaret *Dett. Edd. uet.*, *sed haudquaquam ex usu Liv.*; *cf.* 2. 22. 1, 34. 24. 7 6 agitari *B*: excitari χ expugnationem χ (-one *EL*): eā pugn- *B* (*sic*, *cf.* 36. 5 *adn.*), *ante* pugn- *add.* op B^2 Andri] andrii *B*: mandrii χ Acesimbroto *Niese*: hagesimbroto *B*: hagesimbro ψ, ag- φ*V*; *sed cf.* Ἀκεσίμβροτος *apud Polyb.* 18. 1. 4, 2. 3, *Ditt. Syll.*³ 673; *tradidit enim Liuius nomen*, *ut uid.*, *auctore Polybio*, *sed* C *in* G *corruptum est*; *u. c.* 47. 2, 32. 16. 6, *et* 32. 11

7 Eam classem in stationem ad Zelasium miserunt—Phthiotidis super Demetriadem promunturium est peropportune obiectum—ut, si quid inde mouerent Macedonum naues, in
8 praesidio essent. Heraclides praefectus regius classem ibi tenebat magis per occasionem, si quam neglegentia hostium
9 dedisset, quam aperta ui quicquam ausurus. Oreum diuersi Romani et rex Attalus oppugnabant, Romani a maritima arce, regii aduersus uallem inter duas iacentem arces, qua et
10 muro intersaepta urbs est. Et ut loca diuersa, sic dispari modo etiam oppugnabant: Romanus testudinibus et uineis et ariete admouendo muris, regii ballistis catapultisque et alio omni genere tormentorum tela ingerentes et pondere ingenti saxa; faciebant et cuniculos et quidquid aliud priore oppugna-
11 tione expertum profuerat. Ceterum non plures tantum Macedones quam ante tuebantur urbem arcesque sed etiam praesentioribus animis, et castigationis regis in admissa culpa et simul minarum, simul promissorum in futurum memores. Itaque cum praeter spem tempus ibi traheretur plusque in obsidione et in operibus quam in oppugnatione celeri spei
12 esset, interim et aliud agi posse ratus legatus † ⟨militibus⟩ relictis, quod satis uidebatur ad opera perficienda, traicit in

46. 7 Zelasium *Bχ* (el- *N*): Phalasiam *Gron.* (*i.e. in Euboea*), *sed u. infra* Phthiotidis *Weissenb.*: pthiniae id *B*: yshinie id *χ*: Istiaeae id *uel* Istiaeotidis *Gron.* (*cf.* Phalasiam *supra*); *sed promunturium 'super Demetriadem'* Phthiotidis *est*, *hodie* (*ut uid.*) *'Halmyros'*; *cf.* 28. 6. 7 Demetriadem *ψ*: -den *Bφ* obiectum *B*: obtectum *χ* 10 Romanus] -us *B*: -is *ψ*: -i *φL* faciebant *Kreyssig* (*sc.* cuniculos), *sic distinguendo*: iaciebant (*sc.* saxa) *Bχ* (-ce- *NL*), *Gron.* (et pondere . . . iaciebant *in parenth.*, *dein* et cuniculis), *Weissenb.* (*coni.* agebant *ad* cuniculos): iacie⟨ntes; facie⟩bant *Schenkl*, *non necess.* 11 urbem *B*: -es *χ* arcesque B^1 (*om.* que *B*) *ψ*: regesque *φ* castigationis *Gron.*: -nibus *Bχ Drak.* (et *ante* simul *delens*), *sed potius uidetur* -ib. *ex* -is *ortum* promissorum *B*: -ssionum *χ* itaque . . . oppug(natione) *B*: *om.* *χ* 12 † ⟨militibus⟩ relictis, quod . . . uidebatur] relictis quod satis uidebatur *Bψ Frob. 2*, *Weissenb.* (*post* satis *suppl.* militum), *lac. ante* relictis *notauit M. Müller*, *ibi* † militibus *suppleui* (*ex homoeolog.* -tus . . . -tib., *sic omisso numero*): relictis quot satis

proxima continentis Larisamque—non illam in Thessalia
nobilem urbem, sed alteram quam Cremasten uocant—subito
aduentu praeter arcem cepit. Attalus quoque Pteleon nihil 13
minus quam tale quicquam in alterius oppugnatione urbis
timentibus oppressit. Et iam cum opera in effectu erant circa 14
Oreum, tum praesidium quod intus erat labore adsiduo,
uigiliis diurnis pariter nocturnisque et uolneribus confectum.
Muri quoque pars ariete incusso subruta multis iam locis 15
prociderat, perque apertum ruina iter nocte Romani in
arcem quae super portum est perruperunt. Attalus luce prima 16
signo ex arce dato ab Romanis et ipse urbem inuasit stratis
magna ex parte muris: praesidium oppidanique in arcem
alteram perfugere, unde biduo post deditio facta. Vrbs regi,
captiua corpora Romanis cessere.

Iam autumnale aequinoctium instabat, et est sinus **47**
Euboicus quem Coela uocant suspectus nautis; itaque ante
hiemales motus euadere inde cupientes Piraeum, unde pro-
fecti ad bellum erant, repetunt. Apustius triginta nauibus 2
ibi relictis super Maleum nauigat Corcyram. Regem statum
initiorum Cereris ut sacris interesset tenuit; secundum initia
et ipse in Asiam se recepit Acesimbroto et Rhodiis domum re-
missis. Haec ea aestate terra marique aduersus Philippum 3

uidebatur ϕ, *pro* -batur *corr.* -bantur *Dett.* (militibus *post* perfic. *suppl. Edd. uet.*); *sed uix om. Liuius numerum Polybium secutus, cf.* 43. 10. 4; *de numero coni. post* relictis *olim* quingentis *M. Müller, dein* mille delectis *Zingerle, frustra* 13 Pteleon *Ruperti*: egeleon $B\chi$; *cf.* 42. 42. 1 15 subruta $B\chi$: -ti *Büttner* in arcem] *hic Büttner*: *post* portum est $B\chi$, *ut uersu transposito in archetypo* quae *B*: quoque ψ, quodque ϕ (*ex ordine falso ortum*); *nam refert* quae *ad arcem, cf.* § 16 arcem alteram **47.** 1 sinus χ: om. *B* Coela *B*: coera χ 2 Maleum $B\chi$: Maleam *Frob. 1 Glar.*; *u. c.* 44. 1 Corcyram *B Frob. 2* (*iam* ad C- *Frob. 1*), *sic distinguendo*: apud corcydam ψ, prae corcidam ϕ, *i.e. ad* regem *adiunctum* statum $B\chi$ (statium *P*, *inde* spatium *Dett.*); *sic ex formula, sc.* tempus, *quod suppl. ante* tenuit *Wesenberg, uix necess.* Acesimbroto] hage- $B\psi E$: age- ϕ; *u. c.* 46. 6 *adn.* et (Rhod.) *L*: *om.* $B\chi$

sociosque eius ab consule et legato Romanis adiuuantibus rege Attalo et Rhodiis gesta.

4 Consul alter C. Aurelius ad confectum bellum cum in prouinciam uenisset, haud clam tulit iram aduersus praetorem
5 quod absente se rem gessiset. Misso igitur eo in Etruriam ipse in agrum hostium legiones induxit populandoque cum praeda
6 maiore quam gloria bellum gessit. L. Furius simul quod in Etruria nihil erat rei quod gereret, simul Gallico triumpho imminens quem absente consule irato atque inuidente facilius impetrari posse ratus ⟨est⟩, Romam inopinato cum
7 uenisset, senatum in aede Bellonae habuit expositisque rebus gestis ut triumphanti sibi in urbem inuehi liceret petit.

48 Apud magnam partem senatus et magnitudine rerum
2 gestarum ualebat et gratia. Maiores natu negabant triumphum et quod alieno exercitu rem gessisset et quod prouinciam reliquisset cupiditate rapiendi per occasionem triumphi:
3 id uero eum nullo exemplo fecisse. Consulares praecipue ex-
4 pectandum fuisse consulem censebant—potuisse enim castris prope urbem positis tutanda colonia ita ut acie non decerneret in aduentum eius rem extrahere—et quod praetor non fecisset, senatui faciendum esse ut consulem expectaret:
5 ubi coram disceptantes consulem et praetorem audissent
6 uerius de causa existimaturos esse. Magna pars senatus nihil praeter res gestas et an in magistratu suis quis auspiciis
7 gessisset censebant spectare senatum debere: ex duabus coloniis, quae uelut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus

47. 3 legato ϕ: -tis *B*ψ 6 quem . . . ratus ⟨est⟩] *suppl.* est *M. Müller*: quem . . . ratus *B*χ, *pro* quem *corr.* eumque *Gron.*, *secl.* quem *Madv.* (*Em. p.* 469); *sed cf.* 25. 9. 1 7 petit *B*χ: petiit *Madv.*

48 1 rerum χ: regum *B* 2 cupiditate *B*: utilitate ϕ, -em ψ 4 extrahere — et] -ere et χ: -eret *B*: -ere *Hertz; sed uerba* expectandum *et* faciendum (§§ 3–4) — *sc.* potuisse . . . extrahere *in parenth.*, *cf.* § 8 — *coniungenda sunt* ut (cons.) *B*: *om.* χ 6 suis quis χ: (magistratu)s ius quis *B*: suis quisque *Asc.*: suisque *Frob. 2*; *sed res in uniuersum, ut docet Harant, proposita est*

oppositae fuissent, cum una direpta et incensa esset tra-
iecturumque id incendium uelut ex continentibus tectis in
alteram tam propinquam coloniam esset, quid tandem
praetori faciendum fuisse? nam si sine consule geri nihil 8
oportuerit, aut senatum peccasse qui exercitum praetori de-
derit—potuisse enim sicut non praetoris sed consulis exercitu
rem geri uoluerit, ita finire senatus consulto ne per praetorem
sed per consulem gereretur—aut consulem qui non, cum 9
exercitum ex Etruria transire in Galliam iussisset, ipse
Arimini occurrerit ut bello interesset quod sine eo geri fas
non esset. non expectare belli tempora moras et dilationes 10
imperatorum, et pugnandum esse interdum non quia uelis
sed quia hostis cogat. pugnam ipsam euentumque pugnae 11
spectari debere: fusos caesosque hostes, castra capta ac
direpta, coloniam liberatam obsidione, alterius coloniae ca-
ptiuos reciperatos restitutosque suis, debellatum uno proelio
esse. non homines tantum ea uictoria laetatos sed diis quoque 12
immortalibus per triduum supplicationes habitas, quod bene
ac feliciter, non quod male ac temere res publica a L. Furio
praetore gesta esset. data fato etiam quodam Furiae genti
Gallica bella.

Huius generis orationibus ipsius amicorumque uicta est prae- **49**
sentis gratia praetoris absentis consulis maiestas triumphum-
que frequentes L. Furio decreuerunt. Triumphauit de Gallis 2
in magistratu L. Furius praetor et in aerarium tulit trecenta
uiginti milia aeris, argenti ⟨bigati⟩ centum septuaginta milia

7 id *Bψ*: ad *φ* 8 sicut non *B*: si (sicut *N*) non cum *ψ*: si cum non *φ* consulto *Duker*: -tum *Bχ* ne *χ*: nec *B* 9 occurrerit] -erit *φ*: -eret *B*: -isset *ψ* 12 fato *BφL*: facto *ψ*

49. 2 et (in) *Bχ*: *secl. Weissenb.* aeris . . . milia] aeris argenti centum septuaginta milia *χ*: *om. B*: bigati *post* argenti *suppleui* (*u. Madv. Em. p. 471*); *nam Liuius, ut praedam recensenti necesse erat, argentum 'infectum'* (*sc. 'pondo'*) *uel 'signatum'* (*sc. ad nummos*) *denotauit* (*cf.* 33. 27. 2; 36. 21. 11, 40. 12), *sic hoc loco ad 'bigatos', ut iam* aeris *'asses'*: *u.* 33. 23. 7, 37. 11 argenti bigati, *de his ipsis Gallis; male* pondo, *ut infra apparet*

3 mille quingentos. Neque captiui ulli ante currum ducti neque spolia praelata neque milites secuti: omnia praeter uictoriam penes consulem esse apparebat.

4 Ludi deinde a P. Cornelio Scipione quos consul in Africa
5 uouerat magno apparatu facti. Et de agris militum eius decretum ut quot quisque eorum annos in Hispania aut in Africa militasset, in singulos annos bina iugera agri acciperet: eum
6 agrum decemuiri adsignarent. Triumuiri item creati ad supplendum Venusinis colonorum numerum, quod bello Hannibalis attenuatae uires eius coloniae erant, C. Terentius Varro T. Quinctius Flamininus P. Cornelius Cn. f. Scipio; hi colonos Venusiam adscripserunt.

7 Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtinebat, magnum hostium exercitum in agro Sedetano fudit. Quindecim milia Hispanorum eo proelio dicuntur caesa, signa militaria capta octo et septuaginta.

8 C. Aurelius consul cum ex prouincia Romam comitiorum causa uenisset, non id quod animis praeceperant questus est,
9 non expectatum se ab senatu neque disceptandi cum praetore consuli potestatem factam, sed ita triumphum decresse senatum ut nullius nisi eius qui triumphaturus esset et ⟨non⟩
10 eorum qui bello interfuissent uerba audiret: maiores ideo instituisse ut legati tribuni centuriones milites denique triumpho adessent, ut testes rerum gestarum eius cui tantus

49. 2 mille quingentos] ∞ὸ $B\phi V^1$: [*spat.*] ὸ *P*: ὸ *L*: *spat. NV; u. Praef.* § 107 ii; *ex siglorum uestigiis coni.* eodem *Dett.*, pondo *Edd. uet. male* 4 consul $B\chi$: proconsul *Glar.* 5 quot ϕ: quod $B\psi$ agri *B*: *om.* χ 6 Venusinis χ: *spat. ix litt. B* Flamininus *B*: flaminius χ Cn. f. *B*: c. fuluius χ 8 animis praeceperant $B\psi$: animis praeceperat *Sp. ut uid.*: animus praeceperat ϕ 9 et ⟨non⟩] et $B\chi$, *suppl.* non *Weissenb.*: *secl.* et *Stürenburg Madv.* (*Em. p. 472*), *sc.* nullius eorum . . . nisi eius . . . uerba, *dure inuerso ordine; sed distinxit Liuius 'triumphatorem' et 'testes'* 10 tribuni] *post add.* militum *Edd. uet.*, *non necess.* denique χ: deni[*spat. iii litt.*] *B* testes *Madv.* (*Em. p. 472*) *optime*: *spat. vi litt. B*: uirtus χ, *praue sed spat. confirmans*: ueritas *L*: auctores *Harant; sed cf.* 26. 21. 4

honos haberetur populus Romanus uideret. ecquem ex eo 11
exercitu qui cum Gallis pugnauerit, si non militem, lixam
saltem fuisse quem percunctari posset senatus quid ueri
praetor uaniue adferret? Comitiis deinde diem edixit, quibus 12
creati sunt consules L. Cornelius Lentulus P. Villius Tappulus. Praetores inde facti L. Quinctius Flamininus L. Valerius Flaccus L. Villius Tappulus Cn. Baebius Tamphilus.

Annona quoque eo anno peruilis fuit; frumenti uim **50**
magnam ex Africa aduectam aediles curules M. Claudius Marcellus et Sex. Aelius Paetus binis aeris in modios populo
diuiserunt. Et ludos Romanos magno apparatu fecerunt; 2
diem unum instaurarunt; signa aenea quinque ex multaticio
argento in aerario posuerunt. Plebeii ludi ab aedilibus L. 3
Terentio Massiliota et Cn. Baebio Tamphilo, qui praetor
designatus erat, ter toti instaurati. Et ludi funebres eo anno 4
per quadriduum in foro mortis causa ⟨M.⟩ Valeri Laeuini a
P. et M. filiis eius facti et munus gladiatorium datum ab iis;
paria quinque et uiginti pugnarunt. M. Aurelius Cotta 5
decemuir sacrorum mortuus: in eius locum M'. Acilius Glabrio suffectus.

Comitiis aediles curules creati sunt forte ambo qui statim 6
occipere magistratum non possent. Nam C. Cornelius Cethegus absens creatus erat, cum Hispaniam obtineret prouin-

10 populus Romanus uideret *B*: publice uideretur χ, *i.e. ex compend.* p.r., *iam* uirtus *scripto* 11 ecquem *B Sp?*: neque χ si non militem lixam *B Sp?*: sine milite unum χ adferret] ad- *B*ψ: re- ϕ 12 P. (Vill.) *B*: A. χ (P. Vill.) Tappulus] t. appalus *B*χ; *u. c.* 4. 3 *adn.*; *cf.* L. Villius Tappulus *infra*

50. 1 peruilis] per- χ: prae- *B*(p̄) 3 Massiliota] Massi- *Drak.*: masi- ψ: massio- *B*ϕ: Massa- *Gel.*; *cf.* 38. 42. 4 (*ex Mg*) Cn. (Baeb.) *B*: C. χ qui praetor designatus erat *B* (*sed* design.): qui praetorem designauerant ϕ: quem praetorem designarunt ψ 4 ⟨M.⟩ (Val.) *Carb.*: *om.* *B*χ et M.] *post add.* et *B*, *inde* et ⟨C.⟩ *coni. Weissenb.* (*conl.* 38. 9. 8); *sed* et *del.* B^1, *ign.* χ pugnarunt χ: -abunt *B* M'. (Acil.) *Sig.*: M. *B*χ 6 aediles curules *B*χ: aedilium curulium *coni. Unger* (*ut ex compend.* aed. cur.) occipere *B*: acc- χ; *cf.* 23. 31. 13 *adn.*

7 ciam; C. Valerius Flaccus, quem praesentem creauerant, quia flamen Dialis erat iurare in leges non poterat; magistratum autem plus quinque dies, nisi qui iurasset in leges, non licebat
8 gerere. Petente Flacco ut legibus solueretur, senatus decreuit ut si aedilis qui pro se iuraret arbitratu consulum daret, consules si iis uideretur cum tribunis plebis agerent uti ad
9 plebem ferrent. Datus qui iuraret pro fratre L. Valerius Flaccus praetor designatus; tribuni ad plebem tulerunt
10 plebesque sciuit ut perinde esset ac si ipse aedilis iurasset. Et de altero aedile scitum plebi est factum: rogantibus tribunis quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire iuberent, ut C. Cornelius aedilis curulis ad magistratum gerendum
11 ueniret et L. Manlius Acidinus decederet de prouincia multos post annos, plebes Cn. Cornelio Lentulo et. L. Stertinio pro consulibus imperium esse in Hispania iussit.

50. 8 consulum daret *B* (*sed* cos.): consulis daretur χ uti $B\chi$: ut ii *coni. Madv.; sed cf.* 39. 19. 4 10 plebi $B\psi$: -is ϕ quos χ: quod *B* 11 Cn. (Corn.) *B*: C. χ Lentulo $B\chi$; *cf.* 33. 27. 1 Blasio, *sic Act. Tr. ad A.C. 196; neque tamen Liuius de cognominibus, ut auctores diuersos secutus, sibi constitit* Stertinio *Frob. 1*: tercinio $B\chi$; *cf.* 33. 27. 3, 35. 2

Subscriptiones: Titi Liui ab urbe condita liber xxxi explicit incipit liber xxxii feliciter *BAN* (Liuii *AN*), *in litt. capit. BN*, *ap. A corr.* xxxi *in* xxxii, *infra* xxxii *in* xxxiii A^2 (*cf.* 31. 27. 1 *adn.*; *u. Praef.* § 111): Titi liuii de bello macedonico liber secundus incipit *E*: Explicit liber xxxi Titi Liuii Patauini historiarum ab urbe condita liber xxxii de bello uero Macedonico liber ii incipit feliciter *L* (*litt. capit.*): Titi Liuii Patauini historiographi ab urbe condita de bello Macedonico liber primus explicit. incip̄ secundus feliciter lege *V* (*litt. capit.*); *deest subscr. in P*

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBER XXXII

CONSULES praetoresque cum idibus Martiis magistratum 1
inissent prouincias sortiti sunt. L. Lentulo Italia, P. Villio 2
Macedonia, praetoribus L. Quinctio urbana, Cn. Baebio
Ariminum, L. Valerio Sicilia, L. Villio Sardinia euenit. Lentu- 3
lus consul nouas legiones scribere iussus, Villius a P. Sulpicio
exercitum accipere: in supplementum eius quantum militum
uideretur ut scriberet ipsi permissum. Praetori Baebio 4
legiones quas C. Aurelius consul habuisset ita decretae ut
retineret eas donec consul nouo cum exercitu succederet;
in Galliam ubi is uenisset omnes milites exauctorati domum 5
dimitterentur praeter quinque milia socium: iis obtineri
circa Ariminum prouinciam satis esse. Prorogata imperia 6
praetoribus prioris anni, C. Sergio ut militibus qui in Hi-
spania Sicilia Sardinia stipendia per multos annos fecissent
agrum adsignandum curaret, Q. Minucio ut in Bruttiis idem 7
de coniurationibus quaestiones quas praetor cum fide curaque
exercuisset perficeret et eos quos sacrilegii compertos in 8
uinculis Romam misisset Locros mitteret ad supplicium
quaeque sublata ex delubro Proserpinae essent reponenda

1. 2 L. (Lent.) *Carb.*: P. *Bχ* Macedonia *BNP*: -iam *χ*; *post repet.* a *B* Cn. (Baeb.) *B*: C. *χ* urbana *χ*: -no *B* 5 Galliam *B*: -ia *χ* (*post distinguendo*) exauctorati *Dett.*: ex auctoritate *Bχ*; *cf.* 40. 40. 15 6 prorogata imperia] -ta -ia *Gron.*: -to -io *Bχ*: -tum -ium *Dett. Drak. fort. recte* (*cf.* 25. 3. 5, 26. 1. 2); *sed cf.* 24. 44. 4, 30. 27. 9 C. (Serg.) *Bekker*: L. *Bχ*; *cf.* 31. 6. 2 7 Minucio] -io *φ*: -ius *Bψ*

9 cum piaculis curaret. Feriae Latinae pontificum decreto instauratae sunt, quod legati ab Ardea questi in senatu erant sibi in monte Albano Latinis carnem, ut adsolet, datam non esse.
10 Ab Suessa nuntiatum est duas portas quodque inter eas muri erat de caelo tactum, et Formiani legati aedem Iouis, item Ostienses aedem Iouis, et Veliterni Apollinis et Sancus
11 aedes, et in Herculis aede capillum enatum; et ex Bruttiis ab Q. Minucio propraetore scriptum eculeum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse.
12 A P. Sulpicio proconsule ex Macedonia litterae adlatae, in quibus inter cetera scriptum erat lauream in puppi nauis
13 longae enatam. Priorum prodigiorum causa senatus censuerat ut consules maioribus hostiis quibus diis uideretur sacrifi-
14 carent; ob hoc unum prodigium haruspices in senatum uocati, atque ex responso eorum supplicatio populo in diem unum edicta et ad omnia puluinaria res diuinae factae.

2 Carthaginienses eo anno argentum in stipendium im-
2 positum primum Romam aduexerunt. Id quia probum non esse quaestores renuntiauerant experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romae mutua sumpta intertrimentum
3 argenti expleuerunt. Petentibus deinde ut, si iam uideretur senatui, obsides sibi redderentur, centum redditi obsides; de
4 ceteris, si in fide permanerent, spes facta. Petentibus iisdem qui non reddebantur obsides ut ab Norba, ubi parum com-

1. 8 cum piaculis *B Pu.l.*: causa piaculi χ curaret *B*: seruaret χ 10 Suessa nuntiatum est χ: [*spat. v litt.*] annunt- *B*: Suessa nuntiarunt *Gron.*, *conl.* legati *infra*, *sed ibi potius subauditum est* Sancus *scripsi*: sangus *B*: Sangi *Gel.* (*ex Sp?*), *corr.* Sanci *Gron.*: saturni χ; *cf.* 8. 20. 8 *adn.*; *u.* 31. 46. 6 *ad* Aces- aede *B*ϕ (ede): edes ψ (sedes *N*): sede *coni. Rob. Titius* 11 ab Q. χ: absq; *B*, *inde* abs Q. *Rossbach* (*cf.* 28. 37. 2 *adn.*) eculeum *B* (equil-) *Sp?* (equu-): equum χ 12 A P. (Sulp.) *B*: *NR* χ cetera χ: -as *B* puppi . . . longae *B*: puppi . . . longam ψ: puppim . . . longam ϕL 13 consules ψ: cos. *B*: consul ϕ 14 edicta χ: dicta *B*: indicta *Weissenb. usitate*, *sed cf.* 22. 10. 8, 36. 2. 5, 45. 16. 6

2. 2 experientibusque] -que ϕL: quae *B*ψ(que) 4 Norba *Edd uet.*: -be *B*χ

mode essent, alio traducerentur, concessum ut Signiam et
Ferentinum transirent. Gaditanis item petentibus remissum 5
ne praefectus Gades mitteretur, aduersus id quod iis in fidem
populi Romani uenientibus cum L. Marcio Septimo con-
uenisset. Et Narniensium legatis querentibus ad numerum 6
sibi colonos non esse et immixtos quosdam non sui generis
pro colonis se gerere, earum rerum causa tresuiros creare L.
Cornelius consul iussus. Creati P. et Sex. Aelii—Paetis fuit 7
ambobus cognomen—et Cn. Cornelius Lentulus. Quod Nar-
niensibus datum erat, ut colonorum numerus augeretur, id
Cosani petentes non impetrauerunt.

Rebus quae Romae agendae erant perfectis consules in 3
prouincias profecti. P. Villius in Macedoniam cum uenisset, 2
atrox seditio militum iam ante inritata nec satis in principio
compressa excepit. Duo milia ea militum fuere, quae ex 3
Africa post deuictum Hannibalem in Siciliam, inde anno fere
post in Macedoniam pro uoluntariis transportata erant. Id 4
uoluntate factum negabant: ab tribunis recusantes in naues
impositos. sed utcumque, seu iniuncta seu suscepta foret
militia, et eam exhaustam et finem aliquem militandi fieri

4 Signiam *Bχ*: Setiam *Sig.* (*cf.* 32. 26. 5), *non necess.* 5 remissum ne . . . mitteretur, aduersus] *sic distinxi, ut iam Sig., sc.* '*de praefecto, ut ex pacto, mittendo, nunc aduersus pactum remissum est*'; *coniunxit* mitteretur aduersus *Duker* (*conl. Cic. pro Balbo* 34, *de* '*foedere*') *Edd., sc.* '*de praefecto iniuria mittendo*', *quod ad* petentibus *referri debet* (*ut Weissenb.*), *ita uero ut potius infra* sibi *quam* iis *scribendum esset* (*uix pertinet* 31. 11. 12); *sed de huiusmodi rebus Liuius simplici uerborum ordine narrat, unde ut supra* petentibus . . . concessum ut *ita hic* petentibus remissum ne *legendum est, dein* aduersus id quod . . . conuenisset, *ut saepe* '*aduersus foedus*' (*cf.* 37. 56. 8), *toti sententiae subiungendum*; *neque* '*deditio in fidem*' *obstat quominus per* '*foedus*' *postea ictum* '*praefectus mitteretur*': *u. E. Badian, Class. Phil.* 49 (1954), *p.* 250 id *B*: *om.* χ Septimo *B*: -mio χ; *cf.* 28. 28. 13 6 causa χ: -sam *B* 7 P. et Sex. Aelii *B*: praetores et sex alii χ erat χ: *om. B* augeretur *B*: cog- χ

3. 2 compressa] com- χ: ex- *B* 3 duo milia *B Sp V*: *om.* χ (*spat. AN*) transportata *Bψ Frob.* 2: pronunciata φ

5 aequum esse. multis annis sese Italiam non uidisse; consenuisse sub armis in Sicilia, Africa, Macedonia; confectos iam se labore opere, exsangues tot acceptis uolneribus esse.
6 Consul causam postulandae missionis probabilem, si modeste peteretur, uideri dixit: seditionis nec eam nec ullam aliam
7 satis iustam causam esse. itaque si manere ad signa et dicto parere uelint, se de missione eorum ad senatum scripturum; modestia facilius quam pertinacia quod uelint impetraturos.

4 Thaumacos eo tempore Philippus summa ui oppugnabat aggeribus uineisque et iam arietem muris admoturus erat.
2 Ceterum incepto absistere eum coegit subitus Aetolorum aduentus, qui Archidamo duce inter custodias Macedonum moenia ingressi nec nocte nec die finem ullum erumpendi
3 nunc in stationes, nunc in opera Macedonum faciebant. Et adiuuabat eos natura ipsa loci. Namque Thaumaci a Pylis sinuque Maliaco per Lamiam eunti loco alto siti sunt in ipsis faucibus, imminentes quam Coelen uocant Thessaliae;
4 quae transeunti confragosa loca implicatasque flexibus uallium uias ubi uentum ad hanc urbem est, repente uelut maris uasti sic uniuersa panditur planities ut subiectos campos
5 terminare oculis haud facile queas: ab eo miraculo Thaumaci appellati. Nec altitudine solum tuta urbs sed quod saxo
6 undique absciso rupibus imposita est. Hae difficultates et quod haud satis dignum tanti laboris periculique pretium
7 erat ut absisteret incepto Philippus effecerunt. Hiemps quoque iam instabat, cum inde abscessit et in Macedoniam in hiberna copias reduxit.

4. 1 Thaumacos *Gel.* (*ex Sp?*) *AL*: -chos *Bχ* oppugnabat] op- *Edd. uet.*: ex- *Bχ* 3 Thaumaci *B*: -magi *χ* Pylis *Mediol.*: -leis *Bχ*; *cf.* 36. 15. 12 quam Coelen *Frob. 2*, *ut Graecum nomen*: quam coelem *Bψ*: quas coele *φ*; *sed uoces ad* Thessaliae *pertinent* 4 quae *Doujat*: (thessaliae)que *Bχ*: itaque *Madv.*; *sed* quae . . . loca *ad* faucibus *refert*, *cf.* 36. 14. 12 implicatasque *χ*: *om.* que *B* 4–5 queas: ab] *sic. B*: queas *χ* (*add.* qui *V in marg.*): qui ab *L* 7 Hiemps *Bχ*: -ms *P*; *u.* 30. 39. 3 *adn.*

Ibi ceteri quidem data quanticumque quiete temporis 5
simul animos corporaque remiserant; Philippum quantum ab 2
adsiduis laboribus itinerum pugnarumque laxauerat animum,
tanto magis intentum in uniuersum euentum belli curae
angunt, non hostes modo timentem qui terra marique
urgebant, sed nunc sociorum, nunc etiam popularium animos, 3
ne et illi ad spem amicitiae Romanorum deficerent et Mace-
donas ipsos cupido nouandi res caperet. Itaque et in Achaiam 4
legatos misit, simul qui ius iurandum—ita enim pepigerant
quotannis iuraturos in uerba Philippi—exigerent, simul qui
redderent Achaeis Orchomenon et Heraean et Triphylian
Eleis ⟨ademptam, Megalopolitis⟩ Alipheran, contendentibus 5
nunquam eam urbem fuisse ex Triphylia sed sibi debere
restitui, quia una esset ex iis quae ad condendam Megalen
polin ex concilio Arcadum contributae forent. Et cum
Achaeis quidem per haec societatem firmabat: ⟨ad⟩ Mace- 6
donum animos cum Heracliden amicum maxime inuidiae sibi 7
esse cerneret, multis criminibus oneratum in uincla coniecit
ingenti popularium gaudio. Bellum si quando unquam ante 8
alias, tum magna cura apparauit exercuitque in armis et

5. 1 quanticumque] quanti- *Jac. Gron.*: quanta- $B\chi$; *cf.* 21. 58. 1 2 animum *B Sp?*: -us χ angunt *B*: agunt χ timentem χ: -nti *B* 4 Heraean] theraean $B\chi$ (-rean), *corr.* Heraean *Bekker* (*iam* Eream *Carb.*, *inde* Heraeam *Edd.*); *hoc loco nomina iam uoluit Drak. ut Graeca scribere; cf. ut Latina* 28. 8. 6 Triphylian *E*: -philian $B\chi$; *u.* 28. 8. 6 *adn.* 5 ⟨ademptam, Megalopolitis⟩ *coni. Madv. optime*: ⟨priore bello ereptam, Megalopolitanis⟩ *Niese; iam ad* Alipheran *coni.* Megalopolitis *Gron.*, *male* Eleis *delens*; *nam Liuius de Triphylia Alipheraque etsi ad* 28. 8. 6 *neglegenter scripsit – non 'redditae' eae sed 'reddendae' erant – uix fieri potest, auctore Polybio, ut de Eleis Megalopolitisque ignoraret; sed potius scriba uersum archetypi omisit; de Triphylia Eleis 'adempta' cf. Polyb.* 4. 79–80, *de Aliphera cf.* 28. 8. 6 Alipheran *Bekker*: -ra $B\chi$ 6 ⟨ad⟩ . . . animos] *hic suppl.* ad *Madv.* (*Em. p.* 475), *inde post* animos *etiam* conciliandos *Seyffert uix necess.*, *cf.* 37. 13. 7: *post* animos (*sine* ad) *suppl.* sibi conciliauit *Jacobs; sed facilius* ad *ut post* firmabat *omissum* 6–7 Heracliden amicum $B\phi$ (*sed* -de nam i cum): -de nam cum ψA^x *Dett.* 8 tum *L*: cum $B\chi$

9 Macedonas et mercennarios milites principioque ueris cum Athenagora omnia externa auxilia quodque leuis armaturae erat in Chaoniam per Epirum ad occupandas quae ad Anti-
10 goneam fauces sunt—Stena uocant Graeci—misit. Ipse post paucis diebus grauiore secutus agmine, cum situm omnem regionis adspexisset, maxime idoneum ad muniendum locum
11 credidit esse praeter amnem Aoum. Is inter montes, quorum alterum Meropum, alterum Asnaum incolae uocant, angusta ualle fluit, iter exiguum super ripam praebens. Asnaum Athenagoram cum leui armatura tenere et communire iubet;
12 ipse in Meropo posuit castra. Qua abscisae rupes erant, statio paucorum armatorum tenebat; qua minus tuta erant, alia
13 fossis, alia uallo, alia turribus muniebat. Magna tormentorum etiam uis ut missilibus procul arcerent hostem idoneis locis disposita est. Tabernaculum regium pro uallo in conspecto maxime tumulo, ut terrorem hostibus suisque spem ex fiducia faceret, positum.

6 Consul per Charopum Epiroten certior factus quos saltus cum exercitu insedisset rex, et ipse, cum Corcyrae hibernasset, uere primo in continentem trauectus ad hostem ducere
2 pergit. Quinque milia ferme ab regiis castris cum abesset, loco munito relictis legionibus ipse cum expeditis progressus
3 ad speculanda loca postero die consilium habuit, utrum per insessum ab hoste saltum, quamquam labor ingens periculumque proponeretur, transitum temptaret, an eodem itinere quo priore anno Sulpicius Macedoniam intrauerat, circumduceret
4 copias. Hoc consilium per multos dies agitanti ei nuntius uenit T. Quinctium consulem factum sortitumque prouinciam Macedoniam maturato itinere iam Corcyram traiecisse.

5. 9 stena *Bψ*: stenta *φ* 10 ad muniendum *Bψ Sp?*: *om.* *φ* credidit *χ*: reddidit *B* 11 ripam *B*: ipsam *χ* 12 minus tuta *B*: instituta *χ* uallo] -o *B*: -is *χ* 13 conspecto *ψ*: -tu *BφV*

6. 1 trauectus *B*: trabeatus *χ* 2 consilium *Bχ*, *sic* § 4, *c.* 9. 8: concil- *Modius male; cf.* 27. 46. 5, 6, 12 4 agitanti ei *B*: agitante *χ*

Valerius Antias intrasse saltum Villium tradit, quia recto 5
itinere nequiuerit omnibus ab rege insessis, secutum uallem
per quam mediam fertur Aous amnis, ponte raptim facto 6
in ripam in qua erant castra regia transgressum acie con-
flixisse; fusum fugatumque regem castris exutum; duodecim 7
milia hostium eo proelio caesa, capta duo milia et ducentos et
signa militaria centum triginta duo, equos ducentos triginta;
aedem etiam Ioui in eo proelio uotam, si res prospere gesta
esset. Ceteri Graeci Latinique auctores, quorum quidem ego 8
legi annales, nihil memorabile a Villio actum integrumque
bellum insequentem consulem T. Quinctium accepisse
tradunt.

Dum haec in Macedonia geruntur, consul alter L. Len- 7
tulus, qui Romae substiterat, comitia censoribus creandis
habuit. Multis claris petentibus uiris creati censores P. Cor- 2
nelius Scipio Africanus et P. Aelius Paetus. Ii magna inter 3
se concordia et senatum sine ullius nota legerunt et portoria
uenalicium Capuae Puteolisque, item Castrum portorium,
quo in loco nunc oppidum est, fruendum locarunt colo-
nosque eo trecentos—is enim numerus finitus ab senatu
erat—adscripserunt et sub Tifatis Capuae agrum uendi-
derunt.

Sub idem tempus L. Manlius Acidinus ex Hispania dece- 4
dens, prohibitus a P. Porcio Laeca tribuno plebis ne ouans
rediret, cum ab senatu impetrasset, priuatus urbem ingrediens

7 Ioui in *Carb.*: Iouis in χ: *spat. viii litt. B*

7. 2 Cornelius ψ: *om.* $B\phi$ P. (Ael.) $B\psi$: C. ϕ 3 legerunt B: lege-
bant ψ *Frob. 2*, reg- ϕ uenalicium $B\psi$ *Sp?*: uenalium ϕ: uectigali⟨aque
instituer⟩unt *coni. M. Müller* (*conl.* 40. 51. 8) *frustra*: *ante secl.* portoria
Madv. (*Em. p. 476, ed. 1884*); *sed* portoria uenalicium (*Gen. Pl.*) *ex formula*
(*sc.* '*de negotiatione rerum uenalium*'), *ut de rebus censoriis scribit Liuius*
Castrum $B\chi$: ⟨ad⟩ Castrum *coni. Madv.*, Castris *Pettersson*; *sed* Castrum
(*Gen. Pl.*) portorium (*sc.* '*de portorio ad Castra*' *ex formula*, *ut supra*
sub Tifatis *Edd. uet.*: subiti fatis $B\chi$ (*sed* factis ϕ)

sex milia pondo argenti, triginta pondo ferme auri in aerarium tulit.

5 Eodem anno Cn. Baebius Tamphilus, qui ab C. Aurelio consule anni prioris prouinciam Galliam acceperat, temere ingressus Gallorum Insubrum fines prope cum toto exercitu est
6 circumuentus; supra sex milia et septingentos milites amisit: tanta ex eo bello quod iam timeri desierat clades accepta est.
7 Ea res L. Lentulum consulem ab urbe exciuit; qui ut in prouinciam uenit plenam tumultus, trepido exercitu accepto praetorem multis probris increpitum prouincia decedere
8 atque abire Romam iussit. Neque ipse consul memorabile quicquam gessit, comitiorum causa Romam reuocatus; quae ipsa per M. Fuluium et M'. Curium tribunos plebis impedie-
9 bantur, quod T. Quinctium Flamininum consulatum ex
10 quaestura petere non patiebantur: iam aedilitatem praeturamque fastidiri nec per honorum gradus, documentum sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum, sed tran-
11 scendendo media summa imis continuare. Res ex campestri certamine in senatum peruenit. Patres censuerunt qui honorem quem sibi capere per leges liceret peteret, in eo populo creandi quem uelit potestatem fieri aequum esse.
12 In auctoritate patrum fuere tribuni. Creati consules Sex.
13 Aelius Paetus et T. Quinctius Flamininus. Inde praetorum comitia habita. Creati L. Cornelius Merula M. Claudius

7. 4 sex milia *scripsi*, *uestigiis* ϕ *et B insistens* (*ut iam Luchs*): IↃↃ∞ *adumbr. PE*, b [*i litt. eras.*] *A*, *suppl.* ccc A^2: [*spat. iii litt.*] ∞ *B*: cc ψ (*ut olim* ∞): b et cc *Dett.*, *inde* mille ducenta *Edd. uet.; u. Praef.* § 107 ii; *coni.* quinquaginta milia mille (*sc.* IↃↃ∞) *Luchs conl.* 31. 20. 7 *de collega, sed multo maiora et ea 'triumpho digna' Lentuli illius imperio gesta erant: u. De Sanctis, St. Rom. iv, 1, p. 442 n. 123* triginta $B\chi$: *fort.* trecenta *pro ratione auri* (*cf.* 31. 20. 7, 33. 27. 2), *sed cf.* 36. 21. 11: *supplendum fort.* tria milia *coni. Luchs, sed u. supra* 5 Cn. (Baeb.) *B*: C. χ Tamphilus] T- A^x *Sig.*: p- $B\chi$ C. (Aur.) A^x: O *B*: Cn. χ 6 septingentos *B*: sexcentos χ 8 M.' (Cur.) *Sig.*: M. $B\chi$

Marcellus M. Porcius Cato C. Heluius, qui aediles plebis fuerant. Ab iis ludi plebeii instaurati; et epulum Iouis fuit ludorum causa. Et ab aedilibus curulibus C. Valerio Flacco, 14 flamine Diali, et C. Cornelio Cethego ludi Romani magno apparatu facti. Ser. ⟨et C.⟩ Sulpicii Galbae pontifices eo anno 15 mortui sunt: in eorum locum M. Aemilius Lepidus et Cn. Cornelius Scipio pontifices suffecti sunt.

Sex. Aelius Paetus T. Quinctius Flamininus consules 8 magistratu inito senatum in Capitolio cum habuissent, decreuerunt patres ut prouincias Macedoniam atque Italiam consules compararent inter se sortirenturue: utri eorum 2 Macedonia euenisset, in supplementum legionum tria milia militum Romanorum scriberet et trecentos equites, item sociorum Latini nominis quinque milia peditum, quingentos equites; alteri consuli nouus omnis exercitus decretus. L. 3 Lentulo prioris anni consuli prorogatum imperium uetitusque aut ipse prouincia decedere prius aut ueterem deducere exercitum quam cum legionibus nouis consul uenisset. Sortiti 4 consules prouincias: Aelio Italia, Quinctio Macedonia euenit. Praetores L. Cornelius Merula urbanam, M. Claudius 5 Siciliam, M. Porcius Sardiniam, C. Heluius Galliam est sortitus. Dilectus inde haberi est coeptus; nam praeter consulares 6 exercitus praetoribus quoque iussi scribere milites erant, Mar- 7

13 C. Heluius *Sp.*: caelius B^1 (-lus *B*): c. elius ψ: elius ϕ instaurati] *ante lac.* (*e.g.* bis) *coni. Ritschl* 14 C. (Val.) *B*: Cn. χ C. (Corn.) *B*: Cn. χ 15 ⟨et C.⟩ Sulpicii Galbae *Sig.*: Sulpicius et Galba $B\chi$; *cf.* 30. 26. 10, 39. 6

8. 1 consules χ: *om. B*; *cf.* 36. 1. 1 3 (anni) consuli *B* (*cos.*): *om.* χ uetitusque . . . decedere *B Sp?*: est utque (est itaque *A*) . . . decederet χ deducere] *B Frob. 2*: -ceret χ 5 L. (Corn.) *Edd. uet.*: T. $B\chi$; (*cf. c.* 7. 13) M. Claudius χ: *spat. x litt. B* 6 consulares exercitus] -es -us *B*: -em -us ϕ: -em -um ψ praetoribus *Crévier*: -tores $B\chi$; *cf. infra* Marcello . . . Catoni; *nam consules dilectum habebant*

cello in Siciliam quattuor milia peditum socium et Latini nominis et trecentos equites, Catoni in Sardiniam ex eodem
8 genere militum duo milia peditum, ducentos equites, ita ut ii praetores ambo cum in prouincias uenissent ueteres dimitterent pedites equitesque.

9 Attali deinde regis legatos in senatum consules introduxerunt. Ii regem classe sua copiisque omnibus terra marique rem Romanam iuuare quaeque imperarent Romani consules impigre atque oboedienter ad eam diem fecisse cum exposuis-
10 sent, uereri dixerunt ne id praestare ei per Antiochum regem ultra non liceret: uacuum namque praesidiis naualibus ter-
11 restribusque regnum Attali Antiochum inuasisse. itaque Attalum orare patres conscriptos, si sua classi suaque opera uti ad Macedonicum bellum uellent, mitterent ipsi praesidium ad regnum eius tutandum; si id nollent, ipsum ad sua defendenda cum classe ac reliquis copiis redire paterentur. Senatus legatis ita responderi iussit: quod rex Attalus
12 classe copiisque aliis duces Romanos iuuisset, id gratum
13 senatui esse; auxilia nec ipsos missuros Attalo aduersus Antiochum, socium et amicum populi Romani, nec Attali auxilia
14 retenturos ultra quam regi commodum esset; semper populum Romanum alienis rebus arbitrio alieno usum; et principium et finem in potestatem ipsorum qui ope sua uelint
15 adiutos Romanos esse; legatos ad Antiochum missuros qui nuntient Attali nauiumque eius et militum opera aduersus Philippum communem hostem uti populum Romanum:
16 gratum eum facturum senatui si regno Attali abstineat.

8. 7 quattuor milia χ: IIII *B* duo milia *B*: mille milia ϕ (*sc. ex* ∞∞), mille ψ 8 ut ii] ut hii ϕ, ut hi ψ: uti *B* 11 classi suaque ϕ (*om.* sua *P*): classe suaque ψ: classis [*spat. iii litt.*] *B* 14 potestatem] -em *B*χ: -e *L*, *cf.* 2. 14. 4, 24. 1. 13; *sed hic potius sc.* '*in potestatem uenire in eaque esse*' 15 populum Romanum *Sp?*, *sic distinguendo*: p.r. *B*: populo Romano χ, *sc. ad* gratum *pertinens*, *unde ante* senatui *add.* et ϕ*L* (a ψ), *quod ignorant B Sp?*

belloque absistat; aequum esse socios et amicos populi Romani reges inter se quoque ipsos pacem seruare.

Consulem T. Quinctium ita habito dilectu ut eos fere 9
legeret qui in Hispania aut Africa meruissent spectatae uir-
tutis milites, properantem in prouinciam prodigia nuntiata
atque eorum procuratio Romae tenuerunt. De caelo tacta 2
erant uia publica Veis, forum et aedes Iouis Lanuui, Herculis
aedes Ardeae, Capuae murus et turres et aedes quae Alba
dicitur; caelum ardere uisum erat Arreti; terra Velitris trium 3
iugerum spatio cauerna ingenti desederat; Suessae Auruncae
nuntiabant agnum cum duobus capitibus natum et Sinuessae
porcum ⟨cum⟩ humano capite. Eorum prodigiorum causa 4
supplicatio unum diem habita, et consules rebus diuinis
operam dederunt placatisque diis in prouincias profecti sunt:
Aelius cum Heluio praetore in Galliam; exercitumque ab 5
L. Lentulo acceptum, quem dimittere debebat, praetori
tradidit, ipse nouis legionibus quas secum adduxerat bellum
gesturus; neque memorabilis rei quicquam gessit.

T. Quinctius alter consul maturius quam priores soliti 6
erant consules a Brundisio cum tramisisset, Corcyram tenuit
cum octo milibus peditum, equitibus quingentis. Ab Corcyra 7
in proxima Epiri quinqueremi traiecit et in castra Romana
magnis itineribus contendit. Inde Villio dimisso paucos 8
moratus dies, dum se copiae ab Corcyra adsequerentur, con-
silium habuit, utrum recto itinere per castra hostium uim
facere conaretur an ne temptata quidem re tanti laboris ac 9

9. 2 erant *BψA Frob. 2*: erat *φ* murus *χ*: -ros *BV* 3 Arreti *Bψ*: *om. φ* Velitris trium] uelit tristrium *Bψ*, *corr. V*¹*L*: uelitris duum *φ* ⟨cum⟩ *suppl. Duker; cf.* 31. 12. 7 4 profecti] *hic B*: *ante* in prou. *χ* 6 T. (Quinct.)] et T. *Bχ*, *secl.* et *Madv. bene* (*ut ex* gessit *ortum*) quingentis *Bχ*: octingentis *Glar. Edd. conl. c.* 8. 2, *fort. recte; sed ibi ex annalibus Romanis de dilectu, hic ex Polybio de supplemento quantum in prouincia erat, neque Liuius necesse sibi constiterit*

periculi per Dassaretios potius Lyncumque tuto circuitu
10 Macedoniam intraret; uicissetque ea sententia ni timuisset
ne, cum a mari longius recessisset emisso e manibus hoste,
si, quod antea fecerat, solitudinibus siluisque se tutari rex
11 uoluisset, sine ullo effectu aestas extraheretur. Vtcumque
esset igitur illo ipso tam iniquo loco adgredi hostem placuit.
Sed magis fieri id placebat quam quomodo fieret satis ex-
10 pediebant; diesque quadraginta sine ullo conatu sedentes in
conspectu hostium absumpserant.

Inde spes data Philippo est per Epirotarum gentem tem-
2 ptandae pacis; habitoque concilio delecti ad eam rem agendam
Pausanias praetor et Alexander magister equitum consulem
et regem, ubi in artissimas ripas Aous cogitur amnis, in con-
3 loquium adduxerunt. Summa postulatorum consulis erat:
praesidia ex ciuitatibus rex deduceret; iis quorum agros
urbesque populatus esset, redderet res quae comparerent;
4 ceterorum aequo arbitrio aestimatio fieret. Philippus aliam
aliarum ciuitatium condicionem esse respondit: quas ipse
cepisset, eas liberaturum; quae sibi traditae a maioribus es-
sent, earum hereditaria ac iusta possessione non excessurum.
5 si quas quererentur belli clades eae ciuitates cum quibus
bellatum foret, arbitro quo uellent populorum cum quibus
6 pax utrisque fuisset se usurum. Consul nihil ad id quidem
arbitro aut iudice opus esse dicere: cui enim non apparere
ab eo qui prior arma intulisset iniuriam ortam, nec Philippum
7 ab ullis bello lacessitum priorem uim omnibus fecisse? Inde

9. 9 Lyncumque *B*: lun- χ; *cf.* 31. 33. 6 10 emisso *B*: imisso ϕ: misso ψAE^1 11 expediebant *BN Frob. 2*: -bat χ

10. 1 diesque $B\chi$ *Frob. 2*: *secl.* que *Gron.*, *inde ap. Drak. nouum caput* 2 concilio $B\chi$ *Frob. 2*, *sc.* '*Epirotarum*': consilio *Drak. Madv. falsa ratione* Pausanias *B Sp*: pausalinias ψ, -li hii ϕ et Alexander $B\psi$ *Sp*: exalander ϕ in (conl.) χ: *om. B* 3 res] *secl. Voss conl.* ceterorum; *sed cf.* 35. 1. 12 5 arbitro ψ: -trio $B\phi L$; *u. Madv. Em. p. 477* 6 arbitro $B\psi$: -trio ϕL cui χ: qui *B* priorem] *ante add.* ipsum A^2 *Dett. Gron.*, *sed ualet* nec Philippum

cum ageretur quae ciuitates liberandae essent, Thessalos primos omnium nominauit consul. Ad id uero adeo accensus indignatione est rex ut exclamaret 'Quid uicto grauius imperares, T. Quincti?' atque ita se ex conloquio proripuit; et 8 temperatum aegre est quin missilibus, quia dirempti medio amni fuerant, pugnam inter se consererent. Postero die per 9 excursiones ab stationibus primo in planitie satis ad id patenti multa leuia commissa proelia sunt; deinde recipientibus se 10 regiis in arta et confragosa loca auiditate accensi certaminis eo quoque Romani penetrauere. Pro his ordo et militaris disciplina 11 et genus armorum erat, aptum tegendis corporibus; pro hoste loca et catapultae ballistaeque in omnibus prope rupibus quasi in muro dispositae. Multis hinc atque illinc uolneribus 12 acceptis cum etiam, ut in proelio iusto, aliquot cecidissent, nox pugnae finem fecit.

Cum in hoc statu res esset, pastor quidam a Charopo **11** principe Epirotarum missus deducitur ad consulem. Is se in 2 eo saltu qui regiis tum teneretur castris armentum pascere solitum ait omnes montium eorum anfractus callesque nosse: si secum aliquos consul mittere uelit, se non iniquo nec per- 3 difficili aditu super caput hostium eos educturum. Haec ubi 4 consul audiuit, percunctatum ad Charopum mittit satisne credendum super tanta re agresti censeret: Charopus renuntiari iubet, ita crederet ut suae potius omnia quam illius potestatis essent. Cum magis uellet credere quam auderet 5 mixtumque gaudio et metu animum gereret, auctoritate

8 (ita) se χ: *om. B* quia ψ: quibus *B*ϕ 9 proelia] *hic B*ϕ: *post* sunt ψ 11 his ϕ: iis *B*ψ aptum *Gel. ex Sp*: amplum *B*χ; *cf. c.* 17. 12 tegendis corporibus *B*: iungendis (ψ: uig- ϕ) carior iis χ: urgendis regiis *Gel. ex Sp dubitanter* pro hoste *B Sp*: rohoste χ muro *B*: -ris χ 12 illinc χ: *om. B* fecit χ: facit *B*

11. 2 Is se χ: ipse *B* regiis tum teneretur *B*: regis tunc oneratus χ solitum ait *B*: *om.* χ (*suppl.* ait *Edd. uet.*) 3 consul *B*: *om.* χ se (non) *B*: *om.* χ eos *B*: *om.* χ educturum *Gron.*: ded- *B*χ 4 ubi consul . . . censeret *B*: *om.* χ (*spat. AE*) illius *B*ϕ *Frob. 2*: ullius ψ*P*

6 motus Charopi experiri spem oblatam statuit et, ut auerteret re⟨ge⟩m ab suspicione, biduo insequenti lacessere hostem dispositis ab omni parte copiis succedentibusque integris in
7 locum defessorum non destitit. Quattuor milia inde lecta peditum et trecentos equites tribuno militum tradit. Equites quoad loca patiantur ducere iubet: ubi ad inuia equiti uentum sit, in planitie aliqua locari equitatum, pedites qua dux mon-
8 straret uiam ire; ubi, ut polliceatur, super caput hostium peruentum sit, fumo dare signum nec antea clamorem tollere quam ab se signo recepto pugnam coeptam arbitrari posset.
9 Nocte itinera fieri iubet—et pernox forte luna erat—: interdiu cibi quietisque sumeret tempus. Ducem promissis ingentibus oneratum, si fides exstet, uinctum tamen tribuno
10 tradit. His copiis ita dimissis eo intentius Romanus undique instat circa stationes.

12 Interim die tertio cum uerticem quem petierant Romani cepisse ac tenere se fumo significarent, tum uero trifariam diuisis copiis consul ualle media cum militum robore succedit, cornua dextra laeuaque admouet castris; nec segnius hostes
2 obuiam eunt. Et dum auiditate certaminis prouecti extra munitiones pugnant, haud paulo superior est Romanus miles
3 et uirtute et scientia et genere armorum: postquam multis uolneratis interfectisque recepere se regii in loca aut munimento aut natura tuta, uerterat periculum in Romanos

11. 6 re⟨ge⟩m *Harant*: rem *Bχ* defessorum *χ*: defensorum *B* 7 Quattuor milia *χ*: *om. B* 8 polliceatur] -eatur *B Frob. 2*: -etur *χ*: -eretur *L Dett.* antea *B*: ante *χ* recepto *B*: acc- *χ* 9 pernox *χ*: per noctem *B*; *cf.* 5. 28. 10 sumeret *B*: -ere *χ Gron.*; *sed cf.* 29. 14. 10 10 circa *scripsi*: capit *B*: capi *χ Gron.*: capere *Asc.*, agere *Seyffert*, *sed hic ualet* instat *potius de 'pugnando' quam ad Infin.*: carpit *Weissenb.* (*cf.* 27. 46. 6), *dure scriptum neque de stationibus apte*: apud *Madv.* (*sc. 'instat apud'*, *ad rem aptius sed tantum de locorum nominibus usitate; eadem uero ratione* circa *scribi potest*, *ut quidem ex usu sc.* undique . . . circa (*inde* capit *in script. uncial.*); *nam circa stationes iam 'penetrauerant Romani'* (*c.* 10. 10–11) *'ab omni parte'* (*supra* § 6); *cf.* 33. 6. 6

12. 1 petierant *χ*: -iebant *B* se *χ*: *om. B*

temere in loca iniqua nec faciles ad receptum angustias pro-
gressos. Neque impunita temeritate inde recepissent sese, ni 4
clamor primum ab tergo auditus, dein pugna etiam coepta
amentes repentino terrore regios fecisset. Pars in fugam 5
effusi sunt; pars magis quia locus fugae deerat quam quod
animi satis esset ad pugnam cum substitissent, ab hoste et a
fronte et ab tergo urgente circumuenti sunt. Deleri totus 6
exercitus potuit si fugientes persecuti uictores essent; sed 7
equitem angustiae locorumque asperitas, peditem armorum
grauitas impediit. Rex primo effuse ac sine respectu fugit; 8
dein quinque milium spatium progressus cum ex iniquitate
locorum, id quod erat, suspicatus esset sequi non posse hostem,
substitit in tumulo quodam dimisitque suos per omnia iuga
uallesque qui palatos in unum colligerent. Non plus duobus 9
milibus hominum amissis cetera omnis multitudo, uelut
signum aliquod secuta, in unum cum conuenisset, frequenti
agmine petunt Thessaliam. Romani quoad tutum fuit in- 10
secuti caedentes spoliantesque caesos castra regia, etiam sine
defensoribus difficili aditu, diripiunt; atque ea nocte in suis
castris manserunt.

Postero die consul per ipsas angustias quas inter ualle se **13**
flumen insinuat hostem sequitur. Rex primo die ad castra 2
Pyrrhi peruenit; locus quem ita uocant est in Triphylia terrae
Molottidis. Inde postero die—ingens iter agmini, sed metus
urgebat—in montes Lyncon perrexit. Ipsi Epiri sunt, inter- 3
iecti Macedoniae Thessaliaeque: latus, quod uergit in Thessa-
liam, oriens spectat, septentrio a Macedonia obicitur. Vestiti

5 pars (in) χ: sparsi *B* fugam *B*: pugnam χ magis quia *Muret*: quia magis *B*χ 6 fugientes] -tis *B*χ: -tem *Gron.*

13. 1 quas inter ualle se *Weissenb.*: quas inter ualles *B*: qua se inter ualles χ, *sic sed* interuallis *Koch*; *cf. c.* 5. 11 2 Molottidis *B*χ, *sed* -t-, *cf.* 45. 26. 4 -s- (*Vind.*) agmini sed *B*: -nis et χ montes Lyncon *B* (*sc.* ὄρη Λυγκῶν): montem lincon ψ, -em lynco ϕ 3 spectat ϕ*mg L*: sperat χ: *spat. vi litt. B* a Macedonia *B Frob. 2*: macedoniae χ

frequentibus siluis sunt; iuga summa campos patentes aquas-
4 que perennes habent. Ibi statiuis rex per aliquot dies habitis
fluctuatus animo est utrum protinus in regnum se reciperet
5 an praeuerti in Thessaliam posset. Inclinauit sententia ut in
Thessaliam agmen demitteret, Triccamque proximis limiti-
6 bus petit; inde obuias urbes raptim peragrauit. Homines qui
sequi possent sedibus excibat, oppida incendebat. Rerum sua-
rum quas possent ferendarum secum dominis ius fiebat, cetera
7 militis praeda erat; nec quod ab hoste crudelius pati possent
8 reliqui quicquam fuit quam quae ab sociis patiebantur. Haec
etiam facienti Philippo acerba erant, sed e terra mox futura
9 hostium corpora saltem eripere sociorum uolebat. Ita euasta-
ta oppida sunt Phacium ⟨P⟩iresiae Euhydrium Eretria
Palaepharsalus. Pheras cum peteret exclusus, quia res egebat
mora si expugnare uellet nec tempus erat, omisso incepto
in Macedoniam transcendit; nam etiam Aetolos adpropin-
10 quare fama erat. Qui audito proelio quod circa amnem Aoum
factum erat, proximis prius euastatis circa Sperchias et
Macran quam uocant Comen, transgressi inde in Thessaliam
11 C⟨t⟩imenes et Angeias primo impetu potiti sunt. A Metro-
poli, dum uastant agros, concursu oppidanorum ad tuenda
moenia facto repulsi sunt. Callithera inde adgressi similem
12 impetum oppidanorum pertinacius sustinuerunt; compul-
sisque intra moenia qui eruperant, contenti ea uictoria, quia

13. 4 aliquot ϕL: -od ψ: -os *B* praeuerti] prae- *B*: re- χ posset Bχ: praestaret *Sig.* 5 ut *B*: sex ϕ, rex ψ, *i.e.* VI χ *ex* ut Thessaliam . . . demitteret *B*: -ia . . . dim- χ Triccamque] -cc- χ: -ce- *B* 8 facienti *B*, -te ψ: fatente ϕ 9 ⟨P⟩iresiae *Leake*: iresiae *B*χ; *u. Stählin, Hellen. Thessalien, p. 135; de Philippo et Aetolis* (*infra*) *cf. Y. Béquignon, BCH 52* (*1928*), *p. 444* Euhydrium] euhid- *B*, euchid- χ: ⟨M⟩ethydrium *coni. Imhoof frustra* (*Stählin, op. cit. p. 143 n. 6*) Palaepharsalus *B*: -pharus χ egebat χ: ag- *B* 10 Sperchias] Sp- *B*: p- χ Macran *Frob. 1, ut Graecum nomen*: -nem χ: -nt *B* (t *pro* e *?*) C⟨t⟩imenes *Niese*: cymenes *B*: cymines ϕ, cim-ψ; *u. Stählin, op. cit. p. 148*

spes nulla admodum expugnandi erat, abscesserunt. Teuma
inde et Celathara uicos expugnant diripiuntque; Acharras 13
per deditionem receperunt. Xyniae simili metu a cultoribus
desertae sunt. Hoc sedibus suis extorre agmen in praesidium 14
incidit quod ad Thaumacum quo tutior frumentatio esset
ducebatur: incondita inermisque multitudo, mixta et imbelli
turba, ab armatis caesa est; Xyniae desertae diripiuntur.
Cyphaera inde Aetoli capiunt, opportune Dolopiae imminens 15
castellum. Haec raptim intra paucos dies ab Aetolis gesta.
Nec Amynander atque Athamanes post famam prosperae
pugnae Romanorum quieuerunt.

Ceterum Amynander, quia suo militi parum fidebat, petito **14**
a consule modico praesidio cum Gomphos peteret, oppidum
protinus nomine Phaecam, situm inter Gomphos faucesque
angustas quae ab Athamania Thessaliam dirimunt, ui cepit.
Inde Gomphos adortus, et per aliquot dies summa ui tuentes 2
urbem, cum iam scalas ad moenia erexisset, eo dem⟨um⟩ metu
perpulit ad deditionem. Haec traditio Gomphorum ingentem 3
terrorem Thessalis intulit. Dedidere deinceps sese qui Argenta quique Pherinium et Timarum et Ligynas et Strymonem et Lampsum habent aliaque castella iuxta ignobilia.

Dum Athamanes Aetolique submoto Macedonum metu in 4
aliena uictoria suam praedam faciunt Thessaliaque ab tribus
simul exercitibus incerta quem hostem quemue socium crederet uastatur, consul faucibus quas fuga hostium aperuerat 5
in regionem Epiri transgressus, etsi probe scit cui parti
Charopo principe excepto Epirotae fauissent, tamen quia ab 6

12 Teuma *Bχ*: Peumata *coni. Köhler*, *sed procul ab itinere* Celathara] -ra *B*: -na *χ* 14 ad Thaumacum] adthau- *B*: athau- *φ*: atheu- *ψ*: Thaumacos *A*. *Rubens* (*cf. c.* 4. 1) et (imb.) *M. Müller*: ex *B*: *om.* *χ*; *cf.* 24. 27. 2, 42. 51. 5

14. 1 Phaecam *B*: perhecam *χ* 2 adortus] *add.* ⟨est⟩ *Weissenb.*, *fort. recte* iam *B*: *om.* *χ* eo demum *Perizonius*: eodem *Bχ* 3 Ligynas *B*: lycinas *φ*, lic- *ψE* Strymonem *B*: strim- *χ* 4 crederet] -ret *χ* A^x: -rent *BA*

satisfaciendi quoque cura imperata enixe facere uidet, ex praesenti eos potius quam ex praeterito aestimat habitu et ea ipsa facilitate ueniae animos eorum in posterum conciliat.
7 Missis deinde nuntiis Corcyram ut onerariae naues in sinum uenirent Ambracium, ipse progressus modicis itineribus quarto die in monte Cercetio posuit castra, eodem Amy-
8 nandro cum suis auxiliis adcito, non tam uirium eius egens quam ut duces in Thessaliam haberet. Ab eodem consilio et plerique Epirotarum uoluntarii inter auxilia accepti.

15 Primam urbem Thessaliae Phaloriam est adgressus. Duo milia Macedonum in praesidio habebat, qui primo summa ui restiterunt, quantum arma, quantum moenia tueri poterant;
2 sed oppugnatio continua, non nocte non die remissa, cum consul in eo uerti crederet ceterorum Thessalorum animos si primi uim Romanam non sustinuissent, uicit pertinaciam
3 Macedonum. Capta Phaloria legati a Metropoli et a Cierio dedentes urbes uenerunt: uenia iis[dem] petentibus datur;
4 Phaloria incensa ac direpta est. Inde Aeginium petit; quem locum cum uel modico praesidio tutum ac prope inexpugnabilem uidisset, paucis in stationem proximam telis coniectis
5 ad Gomphorum regionem agmen uertit. Degressusque in campos Thessaliae, cum iam omnia exercitui deessent, quia

14. 6 eos χ: *om. B* 7 Corcyram] -am *Dett.*: -a $B\chi$ Cercetio *BV*: certio χ eodem χ: eo *B*

15. 1 urbem *B*: urbium χ Phaloriam *B*: -leriam χ; *cf.* § 3 3 (capta) Phaloria ϕ, phol- *B*: phaleria ψ; *sic infra* (*sed om. B*) legati . . . Phaloria *om. B* Cierio *Leake*: piera χ, pirea *V Dett.*, pierea L^x *Dett.*, *inde fort.* Pierio (*conl. Thuc.* 5. 13. 1, *Aelian.*, *de nat. an.* 3. 37)*; sed in nominibus Thessalicis litterae* π *et* κ *inter se mutari poterant; hic Liuius, Polybium secutus, de eadem atque in* 36. 10. 2, 14. 6 *prope cum Metropoli coniuncta urbe scripsit, unde potius* Cierio (*cf.* C *et* P *uncial.*); *u. Stählin, op. cit. p. 130* iis[dem]] hisdem χ, eisdem *Dett.*, *corr.* eis *Novák optime*: *secl. M. Müller*: eis *dem⟨um⟩ Harant*: eis ⟨fi⟩dem *coni. H. J. Müller*, *cf. c.* 16. 14, *sed iam* dedentes, *sc.* '*in fidem*': *pro* eisdem petentibus *coni.* eis deprecantibus *Madv.; sed potius* iis petentibus *ex usu, inde scr.* iisdem χ *praue ad sensum, conl.* legati datur χ: data *Rossbach* 4 cum *B*: *om.* χ 5 quia *B*: qui χ

Epirotarum pepercerat agris, explorato ante utrum Leucadem an sinum Ambracium onerariae tenuissent, frumentatum Ambraciam in uicem cohortes misit; et est iter a 6
Gomphis Ambraciam sicut impeditum ac difficile, ita spatio perbreui. Intra paucos itaque dies transuectis a mari comme- 7
atibus repleta omni rerum copia sunt castra. Inde Atragem est 8
profectus. Decem ferme milia ab Larisa abest; ex Perrhaebia oriundi sunt; sita est urbs super Peneum amnem. Nihil 9
trepidauere Thessali ad primum aduentum Romanorum; et Philippus sicut in Thessaliam ipse progredi non audebat, ita intra Tempe statiuis positis, ut quisque locus ab hoste temptabatur praesidia per occasiones submittebat.

Sub idem fere tempus quo consul aduersus Philippum **16**
primum in Epiri faucibus posuit castra, et L. Quinctius frater 2
consulis, cui classis cura maritimaeque orae imperium mandatum ab senatu erat, cum duabus quinqueremibus Corcyram trauectus, postquam profectam inde classem audiuit nihil 3
morandum ratus, cum ad Samen insulam adsecutus esset, dimisso ⟨C.⟩ Liuio, cui successerat, tarde inde ad Maleum 4
trahendis plerumque remulco nauibus quae cum commeatu sequebantur peruenit. A Maleo iussis ceteris quantum 5
maxime possent maturare sequi ipse tribus quinqueremibus expeditis Piraeum praecedit accepitque naues relictas ibi ab L. Apustio legato ad praesidium Athenarum.

Eodem tempore duae ex Asia classes profectae, una cum 6

14 Leucadem] -em *Dett.*: -en *B*: -e χ 7 dies χ: *om. B* 8 Atragem L^x (atrha-) *Bekker*: ad rhagem *BφL*, adrh- *ψE*: Atracem *Gron.* (*cf.* 36. 13. 4 *B*χ); *sed cf.* 33. 4. 1 Atragem, 36. 10. 2 ad regem *B*χ; *nominatur enim urbs* Ἄτραξ, *Gen.* -γος *uel* -κος Peneum *Dett.*: peneium *B*χ

16. 1 frater consulis χ: praeter cos. *B* 3 Samen *Sig.*: zammam *B*χ: Zacynthum *Glar.; cf.* 36. 42. 5 *adn.* adsecutus] ad- *B*: de- χ ⟨C.⟩ Liuio] liuio *B*, libio χ, *suppl.* C. *H. J. Müller*: lucio *Dett.*, *sc.* L., *inde* L. ⟨Apustio⟩ *Sabell.*, *sed de Villi legato scribendum*: Liuio *uel* L. [*nomen*] *Madv.* (*Em. p. 478*) 4 Maleum] -eum χ: -aeum *B*; *sic etiam* § 5 5 maturare] -re *B*χ: -te *Dett. Drak.* praecedit *B*: -cipit χ

Attalo rege—eae quattuor et uiginti quinqueremes erant—,
Rhodia altera uiginti nauium tectarum; Acesimbrotus prae-
7 erat. Hae circa Andrum insulam classes coniunctae Euboeam
8 inde exiguo distantem freto traiecerunt. Carystiorum primum
agros uastarunt; deinde, ubi Carystus praesidio a Chalcide
9 raptim misso firma uisa est, ad Eretriam accesserunt. Eodem
et L. Quinctius cum iis nauibus quae Piraei fuerant Attali
regis aduentu audito uenit, iussis ut quaeque ex sua classe
uenissent naues Euboeam petere.

10 Eretria summa ui oppugnabatur; nam et trium iunctarum
classium naues omnis generis tormenta machinasque ad ur-
bium excidia secum portabant et agri adfatim materiae praebe-
11 bant ad noua molienda opera. Oppidani primo haud impigre
tuebantur moenia; dein fessi uolneratique aliquot, cum et
muri partem euersam operibus hostium cernerent, ⟨. . . ut . . .⟩
12 ad deditionem inclinarent. Sed praesidium erat Macedonum,
quos non minus quam Romanos metuebant, et Philocles
regius praefectus a Chalcide nuntios mittebat se in tempore
13 adfuturum si sustinerent obsidionem. Haec mixta metu spes
ultra quam uellent aut quam possent trahere eos tempus

16. 6 eae ϕ, he ψ: ea *B* tectarum *B*: -ta χ Acesimbrotus] hages- *B*ψ: hagess- ϕ; *u.* 31. 46. 6 *adn.* 7 Hae *N Dett.*: haec *B*χ distantem *Frob. 1*: -nte *B*χ 9 iussis ut quaeque *B*ϕ: iussitque ut quae ψ petere *Crévier*: -rent *B*χ; *cf.* 23. 21. 4 10 urbium *B*: -is χ 11 haud (impigre) *B*ψ: ut ϕ: *om. L*^{x} *Dett. Drak.* (*in adn.*): haud *Whitte*, haud ita *Eussner*, *sed* pigre *pro* impigre *scribendo*, *uix ex usu Liv.*: haud (*ad* impigre) *Heràeus*, *ut ab ipso Livio ob negationem geminatam inscienter scriptum* (*u. E. Löfstedt*, *Syntactica ii*, *p. 215*); *sic uero falsa ratione; nam inuiti oppidani*, *praesidium Macedonum metuentes* (§ 12), *ut postea segniter* (§§ 13, 15), *ita iam primo* haud impigre *uidentur pugnasse*, *dein tantum* aliquot *uolneratis euenit nescio quomodo* (*u. infra*) *ut* ad deditionem inclinarent aliquot χ: -od *B* euersam χ: uer- *B* ⟨. . . ut . . .⟩ ad deditionem inclinarent] *lac. notaui*, ut *supplens*: [*spat. l litt.*] ad deditionem inclinarunt *AE*, *sic P*ψ *nullo spat. relicto*: [*spat. lxv litt.*] inclinarent *B*; *necnon dure* aliquot . . . inclinarunt, *nam potius sc.* '*omnes oppidani*' (*cf.* § 13); *sed melius* inclinarent (*ut sententiae parti deperditae adiunctum* (*sc.* ut) *quam* inclinarunt (*post lac.*, *ut uid.*, *correctum*) 12 sustinerent χ: -ret *B*

cogebat; deinde, postquam Philoclen repulsum trepidan- 14
temque refugisse Chalcidem acceperunt, oratores extemplo
ad Attalum ueniam fidemque eius petentes miserunt. Dum 15
in spem pacis intenti segnius munera belli obeunt et ea modo
parte qua murus dirutus erat ceteris neglectis stationes
armatas opponunt, Quinctius noctu ab ea parte quae minime
suspecta erat impetu facto scalis urbem cepit. Oppidanorum 16
omnis multitudo cum coniugibus ac liberis in arcem confugit,
deinde in deditionem uenit. Pecuniae aurique et argenti haud 17
sane multum fuit; signa tabulae priscae artis ornamentaque
eius generis plura quam pro urbis magnitudine aut opibus
ceteris inuenta.

Carystus inde repetita, unde priusquam e nauibus copiae **17**
exponerentur omnis multitudo urbe deserta in arcem con-
fugit. Inde ad fidem ab Romano petendam oratores mittunt. 2
Oppidanis extemplo uita ac libertas concessa est: Macedoni-
bus nummi treceni in capita statutum pretium est et ut armis
traditis abirent. Hac summa redempti inermes in Boeotiam 3
traiecti. Nauales copiae duabus claris urbibus Euboeae intra
dies paucos captis circumuectae Sunium, Atticae terrae pro-
munturium, Cenchreas Corinthiorum emporium petierunt.

Consul interim omnium spe longiorem ⟨Atragis⟩ atro- 4
cioremque oppugnationem habuit, et ea qua minimum cre-
didisset resistebant hostes. Nam omnem laborem in muro 5
crediderat diruendo fore: si aditum armatis in urbem pate-
fecisset, fugam inde caedemque hostium fore, qualis captis
urbibus fieri solet; ceterum postquam parte muri arietibus 6

14 Chalcidem χ: *om. B* 15 noctu χ: *om. B* facto χ: *om. B*
17 signa tabulae . . . ornamentaque] *sic* χ: signata [*spat. xii litt.*] ornamenta *B*: *ante* tab. *add.* ac *Madv.*, et *Weissenb.; sed cf.* 27. 16. 7

17. 2 nummi] *hic* ψ: *in marg.* ϕ (*ad* treceni): *om. B* 3 emporium *B*: et caporium χ 4 ⟨Atragis⟩] Atracis *hic add. Heusinger*, *post* atroc. *Drak.* (*in adn.*), *iam pro* atrocioremque *coni. Gron.*; *de nomine u. c.* 15. 8 *adn.* ea qua ψA: aequa *B*: ea quam ϕ

decussa per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati, illud
7 principium uelut noui atque integri laboris fuit. Nam Mace-
dones qui in praesidio erant et multi et delecti, gloriam etiam
egregiam rati si armis potius et uirtute quam moenibus urbem
8 tuerentur, conferti pluribus introrsus ordinibus acie firmata,
cum transcendere ruinas sensissent Romanos, per impeditum
9 ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id consul aegre
passus nec eam ignominiam ad unius modo oppugnandae
moram urbis sed ad summam uniuersi belli pertinere ratus,
quod ex momentis paruarum plerumque rerum penderet,
10 purgato loco qui strage semiruti muri cumulatus erat, turrem
ingentis altitudinis magnam uim armatorum multiplici tabu-
11 lato portantem promouit et cohortes in uicem sub signis
quae cuneum Macedonum—phalangem ipsi uocant—, si
12 possent, ui perrumperent emittebat. Sed ad loci angustias,
haud late patente interuallo diruti muri, genus armorum
13 pugnaeque hosti aptius erat. Vbi conferti hastas ingentis
longitudinis prae se Macedones obiecissent, uelut in constru-
ctam densitate clipeorum testudinem Romani pilis nequiquam
14 emissis cum strinxissent gladios, neque congredi propius
neque praecidere hastas poterant et, si quam incidissent
aut praefregissent, hastile fragmento ipso acuto inter spicula
15 integrarum hastarum uelut uallum explebat. Ad hoc et muri
pars utraque integra tuta praestabat latera nec ex longo
spatio aut cedendum aut impetus faciendus erat, quae res
16 turbare ordines solet. Accessit etiam fortuita res ad animos
eorum firmandos; nam cum turris per aggerem parum den-

17. 8 sensissent *Bχ*: siuissent *coni. M. Müller* (*conl.* 5. 43. 2) 9 oppugnandae *B*: expugn- *χ, fort. recte; sed potius de 'obsidione', ut longiore, quam pro 'summa belli'* 10 promouit *χ*: *om. B* 12 loci angustias *B*: loca angusta *χ*; cf. 31. 26. 8 14 quam *Frob. 2* (*iam* qua *Edd. uet.*): quas *Bχ* hastile . . . explebat] -e . . . -bat *B Frob. 2*: -ia . . . -bant *χ* 15 Ad hoc . . . praestabat *om. B* integra] *hic χ*: *ante* utr. *Edd. uet.*, adhuc *supplentes* 16 fortuita *B Gel.* (*ex Sp?*): fortiter *χ*

sati soli ageretur, rota una in altiorem orbitam depressa ita 17
turrim inclinauit ut speciem ruentis hostibus trepidationem-
que insanam superstantibus armatis praebuerit.

Cum parum quicquam succederet, consul minime aequo 18
animo comparationem militum generisque armorum fieri
patiebatur, simul nec maturam expugnandi spem nec ra- 2
tionem procul a mari et in euastatis belli cladibus locis hiber-
nandi ullam cernebat. Itaque relicta obsidione, quia nullus 3
in tota Acarnaniae atque Aetoliae ora portus erat qui simul et
omnes onerarias quae commeatum exercitui portabant caperet
et tecta ad hibernandum legionibus praeberet, Anticyra in 4
Phocide in Corinthium uersa sinum ad id opportunissime sita
uisa, quia nec procul Thessalia hostiumque locis aberat et ex 5
aduerso Peloponnesum exiguo maris spatio diuisam, ab tergo
Aetoliam Acarnaniamque, ab lateribus Locridem ac Boeo-
tiam habebat. Phocidis primo impetu Phanoteam sine cer- 6
tamine cepit. Anticyra haud multum in oppugnando morae
praebuit. Ambrysus inde Hyampolisque receptae. Daulis, 7
quia in tumulo excelso sita est, nec scalis nec operibus capi
poterat: lacessendo missilibus eos qui in praesidio erant cum 8

17 trepidationemque insanam . . . praebuerit] *sic* χ: *om. B* (*spat. xxx litt.*): *secl.* que *Bekker*, *sed uix ratione 'aduersatiua' scribendum; nam turrim inclinatam parumper et hostes tamquam ruentem uiderunt*, *sc.* speciem, *et milites ipsi senserunt ualde trepidantes*, *inde* trepidationemque, *sic autem* insanam, *non ut 'lymphaticam'* (*cf* 7. 17. 3, 10. 28. 10) *sed ut 'maiorem quam pro re et ratione' ex sermone communi*, *ut uidetur*, *cf. Hor. Sat.* 2. 2. 5, *Plin. N.H.* 16. 27. 115; *pro* insanam *coni.* ingentem *uel* non uanam *Madv.*, *contra* uanam *H. J. Müller*, *non necess.*

18. 1 consul *Edd. uet.*: -li *B*χ (*sc. ad* succederet) generisque armorum ϕ: generis armorumque ψ: *om.* que *B*; *cf. cc.* 12. 2, 17. 12 2 rationem *B Sp?*: stat- χ in euastatis] in eu- χ: ne u- *B* 3 relicta *B Sp?*: reiecta χ 4 Corinthium] -ium ϕ: -um *B*ψ hostiumque χ: *om.* que *B* aberat *B*: abibat ϕ: habebat ψ (abbat *N*) 5 diuisam] *post add.* et *B*[1] (*om. B*) χ habebat *B*: -bant χ 6 certamine cepit χ: certa[*spat. ix litt.*] *B* in χ: *om. B; qua de re* in oppugnando *aptius* morae] *hic B*: *post* praebuit χ 7 Ambrysus *Asc.*: ambrussum *B*, -ssium ψ, -ssuum ϕV Daulis *Sp ?*: Daulias *B*: claulisias ψ, dacu- ϕ (cla- *A*)

ad excursiones elicuissent, refugiendo in uicem insequendoque
et leuibus sine effectu certaminibus eo neglegentiae et con-
temptus adduxerunt ut cum refugientibus in portam permixti
9 impetum Romani facerent. Et alia ignobilia castella Phocidis
terrore magis quam armis in potestatem uenerunt. Elatia
clausit portas nec, nisi ui cogerentur, recepturi moenibus
uidebantur aut ducem aut exercitum Romanum.

19 Elatiam obsidenti consuli rei maioris spes adfulsit, Achaeo-
rum gentem ab societate regia in Romanam amicitiam
2 auertendi. Cycliadan principem factionis ad Philippum tra-
hentium res expulerunt; Aristaenus, qui Romanis gentem
3 iungi uolebat, praetor erat. Classis Romana cum Attalo et
Rhodiis Cenchreis stabat parabantque communi omnes con-
4 silio Corinthum oppugnare. Optimum igitur ratus est,
priusquam eam rem adgrederentur, legatos ad gentem
Achaeorum mitti pollicentes, si ab rege ad Romanos defeci-
sent, Corinthum contributuros in antiquum gentis concilium.
5 Auctore consule legati a fratre eius L. Quinctio et Attalo et
Rhodiis et Atheniensibus ad Achaeos missi. Sicyone datum
6 est iis concilium. Erat autem non admodum simplex habitus
inter Achaeos animorum: terrebat Nabis Lacedaemonius,
7 grauis et adsiduus hostis; horrebant Romana arma; Mace-
donum beneficiis et ueteribus et recentibus obligati erant;
regem ipsum suspectum habebant pro eius crudelitate per-

18. 8 insequendoque χ: sequ- *B*; *cf.* 31. 35. 3, 37. 5 ut χ: *om. B* impetum . . . facerent *B*χ: impetu eam . . . caperent, *uel lac. de expugnando*, *coni. Duker*: *post* (cum . . .) facerent *coni.* ⟨oppidum ceperint⟩ *Damsté; sed iam sufficit* capi poterat 9 Et (alia) *B Frob. 2 A*^{2}: sex χ

19. 1 Elatiam χ: et late iam *B*; *sic etiam cc.* 21. 14, 24. 1, 32. 1; *cf.* 34. 48. 2 *adn.* 2 Cycliadan] -an *B*: -am ϕ*L*: -em ψ*E*; *u.* 31. 25. 3 *adn.* 3 Cenchreis *Edd. uet.*: -chariis *B*: -chris ϕ, -cris ψ 4 contributuros] *ante add.* iis ψ, his ϕ (*cf.* 26. 24. 15, 33. 34. 8), *sed uix una cum* in concilium *legendum*; *cf.* 36. 35. 7, 42. 37. 9 5 Achaeos χ: chalceos *B* est] *hic B*: *post* iis χ 6 Nabis *B*: eos χ 7 et recentibus *B*: eius ore gentibus χ pro . . . perfidiaque χ: *om. B* (*spat. xxx litt.*)

fidiaque, neque ex iis quae tum ad tempus faceret aesti- 8
mantes grauiorem post bellum dominum futurum cernebant. 9
Neque solum quid in senatu quisque ciuitatis suae aut in communibus conciliis gentis pro sententia dicerent ignorabant, sed ne ipsis quidem secum cogitantibus quid uellent aut quid 10
op⟨timum pu⟩tarent satis constabat. Ad homines ita incertos introductis legatis potestas dicendi facta est. Romanus pri- 11
mum legatus L. Calpurnius, deinde Attali regis legati, post eos Rhodii disseruerunt; Philippi deinde legatis potestas 12
dicendi facta est; postremi Athenienses, ut refellerent Macedonum dicta, auditi sunt. Ii fere atrocissime in regem, quia nulli nec plura nec tam acerba passi erant, inuecti sunt. Et 13
illa quidem contio sub occasum solis tot legatorum perpetuis orationibus die absumpto dimissa est.

Postero die aduocatur concilium; ubi cum per praeconem, **20**
sicut Graecis mos est, suadendi si quis uellet potestas a magistratibus facta esset nec quisquam prodiret, diu silentium aliorum alios intuentium fuit. Neque mirum si, quibus sua 2
sponte uolutantibus res inter se repugnantes obtorpuerant quodam modo animi, eos orationes quoque insuper turbauerant utrimque quae difficilia essent promendo admonendoque per totum diem habitae. Tandem Aristaenus praetor Achae- 3
orum, ne tacitum concilium dimitteret, 'Vbi' inquit 'illa certamina animorum, Achaei, sunt, quibus in conuiuiis et circulis, cum de Philippo et Romanis mentio incidit, uix manibus temperatis? Nunc in concilio ad eam rem unam 4
indicto, cum legatorum utrimque uerba audieritis, cum referant magistratus, cum praeco ad suadendum uocet, ob-

10 op⟨timum pu⟩tarent *M. Müller*, (*in adn. conl. c.* 20. 6): optarent $B\chi$
11 Calpurnius *Edd. uet.*: Carpunn- $B\chi$ 12 Ii *B Sp?*, hi *L*: *om.* χ
20. 2 (mirum) si $B\chi$: est *Ussing*, *inde* eos si *infra* animi ϕ: -mis $B\psi$ eos ϕ: eos si $B\psi$ *Ussing* (*u. supra*) *dure* admonendoque] ad- χ: pro- *B* (*ex praec. uerbo*) habitae χ: -ta et *B* 3 temperatis *B Frob. 2*: -abatis χ 4 rem *B*: *om.* χ

5 mutuistis! Si non cura salutis communis, ne studia quidem, quae in hanc aut in illam partem animos uestros inclinarunt, uo-
6 cem cuiquam possunt exprimere? Cum praesertim nemo tam hebes sit qui ignorare possit dicendi ac suadendi quod quisque aut uelit aut optimum putet nunc occasionem esse, priusquam quicquam decernamus: ubi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicuerit, pro bono atque utili fore de-
7 fendendum.' Haec adhortatio praetoris non modo quemquam unum elicuit ad suadendum sed ne fremitum quidem aut murmur contionis tantae ex tot populis congregatae mouit.

21 Tum Aristaenus praetor rursus: 'Non magis consilium uobis, principes Achaeorum, deest quam lingua; sed suo quisque periculo in commune consultum non uult. Forsitan ego quoque tacerem, si priuatus essem: nunc praetori uideo aut non dandum concilium legatis fuisse aut non sine re-
2 sponso eos dimittendos esse; respondere autem nisi ex uestro decreto qui possum? Et quoniam nemo uestrum qui in hoc concilium aduocati estis pro sententia quicquam dicere uult aut audet, orationes legatorum hesterno die dictas pro sen-
3 tentiis percenseamus, perinde ac non postulauerint quae e re sua essent sed suaserint quae nobis censerent utilia esse.
4 Romani Rhodiique et Attalus societatem amicitiamque nostram petunt et in bello quod aduersus Philippum gerunt

20. 5 si non *Bφ*: sine *ψ* in (illam) *BL*: *om.* *χ* *Frob. 2*, *non male* (*cf.* 34. 46. 12) 6 fore *B*: federe *χ*

21. 1 praetori *BV*: -tor *χ* non sine . . . dimittendos] *sic B*, *sed alterum* non *ante* dimitt. *secl. Weissenb.* (*in adn.*) *Madv.* (*Em. p. 478*): inde sine . . . dimittendos non *χ*; *sed* non *ante* sine *rhetorice aptius*, *sic iam in archetypo scriptum*, *ut ex B uidetur*, *et praue repetitum*, *quare emend.* inde *χ* 2 dictas] *hic Frob. 2*: *post* pro sententiis *Bχ*, *sic ante* pro *suppl.* ut *Madv.* (*Em. p. 479*); *neque enim legati* pro sententiis *dixerant* (*cf. supra* '*pro sententia dicere*'), *sed orationes eorum nunc* ut pro sententiis dictas *percensendae erant; sed huc uix pertinet* hesterno die *neque in huiusmodi oratione debet ab* orationes *pendere; potius ad* orationes hesterno die *adiungendum* dictas, *dein apte* pro sententiis percenseamus 3 postulauerint *χ*: -erant *B* 4 gerunt *Edd. uet.*: gerant *Bχ*

se a nobis adiuuari aequum censent. Philippus societatis secum 5
admonet et iuris iurandi et modo postulat ut secum stemus,
modo ne intersimus armis contentum ait se esse. Nulline 6
uenit in mentem cur qui nondum socii sunt plus petant quam
socius? Non fit hoc neque modestia Philippi neque im-
pudentia Romanorum, Achaei: fortuna et dat fiduciam postu- 7
lantibus et demit. Philippi praeter legatum uidemus nihil;
Romana classis ad Cenchreas stat urbium Euboeae spolia prae
se ferens, consulem legionesque eius, exiguo maris spatio
diiunctas, Phocidem ac Locridem peruagantes uidemus:
miramini cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi ut pro 8
rege arma caperemus aduersus Romanos modo egerit? Qui, 9
si ex eodem foedere ac iure iurando cuius nobis religionem
iniciebat rogemus eum ut nos Philippus et ab Nabide ac
Lacedaemoniis et ab Romanis defendat, non modo prae-
sidium quo tueatur nos sed ne quid respondeat quidem nobis
sit inuenturus, non hercule magis quam ipse Philippus priore 10
anno, qui pollicendo se aduersus Nabidem bellum gesturum
cum temptasset nostram iuuentutem hinc in Euboeam ex-
trahere, postquam nos neque decernere id sibi praesidium 11
neque uelle inligari Romano bello uidit, oblitus societatis
eius quam nunc iactat uastandos depopulandosque Nabidi ac
Lacedaemoniis reliquit. Ac mihi quidem minime conueniens 12
inter se oratio Cleomedontis uisa est. Eleuabat Romanum
bellum euentumque eius eundem fore qui prioris belli quod
cum Philippo gesserint dicebat. Cur igitur nostrum ille 13
auxilium absens petit potius quam praesens nos, socios ueteres,
simul ab Nabide ac Romanis tueatur? Nos dico? Quid ita pas-
sus est Eretriam Carystumque capi! Quid ita tot Thessaliae

5 et (modo) *B*: *om.* χ ut χ: *om.* *B* ne *B*χ: *coni.* ni *Madv.* 6 Achaei χ: [*spat. vi litt.*] *B* 7 fortuna *B*: portus χ 9 nobis (relig.) *Edd. uet.*: uobis *B*χ et (ab Rom.) χ: atque *B* non (modo) *B*: ne φ: nec ψ quo *B*χ: quod *Wesenberg* 11 nos χ: *om.* *B* depopulandosque χ: pop- *B*; *cf.* §§ 17, 19

14 urbes? Quid ita Locridem Phocidemque? Quid ita nunc Elatiam oppugnari patitur? Cur excessit faucibus Epiri claustrisque illis inexpugnabilibus super Aoum amnem relictoque quem insidebat saltu penitus in regnum abiit? Aut ui aut
15 metu aut uoluntate. Si sua uoluntate tot socios reliquit hostibus diripiendos, qui recusare potest quin et socii sibi
16 consulant? Si metu, nobis quoque ignoscat timentibus; si uictus armis cessit, Achaei Romana arma sustinebimus, Cleomedon, quae uos Macedones non sustinuistis? An tibi potius credamus Romanos non maioribus copiis nec uiribus nunc bellum gerere quam antea gesserint, potius quam res
17 ipsas intueamur? Aetolos tum classe adiuuerunt; nec duce consulari nec exercitu bellum gesserunt; sociorum Philippi maritimae tum urbes in terrore ac tumultu erant; mediterranea adeo tuta ab armis Romanis fuerunt ut Philippus Aetolos nequiquam opem Romanorum implorantes depopu-
18 laretur: nunc autem defuncti bello Punico Romani, quod per sedecim annos uelut intra uiscera Italiae tolerauerunt, non praesidium Aetolis bellantibus miserunt sed ipsi duces belli arma terra marique simul Macedoniae intulerunt.
19 Tertius iam consul summa ui gerit bellum. Sulpicius in ipsa Macedonia congressus fudit fugauitque regem, partem
20 opulentissimam regni eius depopulatus: nunc Quinctius tenentem claustra Epiri, natura loci, munimentis exercituque fretum castris exuit, fugientem in Thessaliam persecutus praesidia regia sociasque urbes eius prope in conspectu regis ipsius expugnauit.

21. 14 Aut ui . . . aut uoluntate] *hic Madv.* (*Em. p. 479*): *ante* relictoque χ, *sic* aut uoluntate *B* (*om.* aut ui aut metu), *iam in archetypo uersu transposito* 15 qui *B*: quid χ 16 potius (cred.) *B*χ: *secl. Perizonius; sed hic apte, postea* (*cf.* quam antea) *bene repetitum* 17 tum (urb.) *B*: etiam χ, *secl. Gel.* (*ex Sp?*): tantum *Gron.* opem χ: orem *B*; *u.* § 30 18 tolerauerunt] -erunt *B*χ: -erant *Voss* non (praes.) χ: n̄ in *B* (*sc. ex* non) 20 exercituque *ed. Med. 1480*: -tus *B*χ (*i.e.* s *ex* q *uncial.*)

'Ne sint uera quae Atheniensis modo legatus de crudelitate, 21
auaritia, libidine regis disseruit; nihil ad nos pertineant quae
in terra Attica scelera in superos inferosque deos sunt admissa,
multo minus quae Ciani Abydenique, qui procul ab nobis ab- 22
sunt, passi sunt; nostrorum ipsi uolnerum, si uultis, obliui-
scamur, caedes direptionesque bonorum Messenae in media 23
Peloponneso factas et hospitem Cyparissiae Charitelen contra
ius omne ac fas inter epulas prope ipsas occisum et Aratum
patrem filiumque Sicyonios, cum senem infelicem parentem
etiam appellare solitus esset, interfectos, filii etiam uxorem 24
libidinis causa in Macedoniam asportatam; cetera stupra
uirginum matronarumque obliuioni dentur. Ne sit cum 25
Philippo res, cuius crudelitatis metu obmutuistis omnes—
nam quae alia tacendi aduocatis in concilium causa est?—:
cum Antigono, mitissimo ac iustissimo rege et de nobis omni-
bus optime merito, existimemus disceptationem esse, num id
postularet facere nos quod fieri non posset? Paeneinsula est 26
Peloponnesus, angustis Isthmi faucibus continenti adhaerens,
nulli apertior neque opportunior quam nauali bello. Si 27
centum tectae naues et quinquaginta leuiores apertae et
triginta Issaici lembi maritimam oram uastare et expositas
prope in ipsis litoribus urbes coeperint oppugnare, in mediter-

21 Atheniensis . . . legatus . . . disseruit *B*: -ses . . . legati . . . dixerunt χ sunt (adm.) *Dett.*: sint $B\chi$ 22 quae *B*: quam χ Ciani *Sig.*: clani *B*, el- ψ: elatii ϕ 23 Charitelen *Bekker*: garitelen *B*, -tenen χ Aratum *Dett.*: armatum $B\chi$ 24 filii etiam *Frob. 2*: pili eius χ: [*spat. iv litt.*] eius *B*: Polycratiam eius *Sabell.* (*cf.* 27. 31. 8) 25 sit *Duker*: sint $B\chi$ crudelitatis ψ: credulitatis *B*: credulitas ϕ (crudel- *E*) num id postularet facere nos $B\chi$: num ⟨si⟩ id postularet, faceremus *coni. M. Müller; sed* num *ad* disceptationem *adiungendum; nam tota oratio ad 'possibile' quod rhetorice uocatur composita est, sc. 'ita recepit Philippus sese* (§§ 7–20) *ut Achaeos defendere nequeat* (§§ 26–29), *neque pertinet eius crudelitas* (§§ 21–25) *ad rem de qua tamquam cum Antigono disceptandum est, sc. num postulet quod fieri non possit'* quod fieri *Bekker*: quod reri *B*: quo cum fieri χ 26 paeneinsula] *cf.* 31. 40. 1 *adn.* 27 triginta *B Frob. 2*: *add.* centum χ Issaici $B\psi$: hissaci ϕ: Issaei *Madv.*; *sed cf.* 31. 45. 10 Issaeorum lembi

raneas scilicet nos urbes recipiemus, tamquam non intestino
28 et haerente in ipsis uisceribus uramur bello? Cum terra Nabis
et Lacedaemonii mari classis Romana urgebunt, unde regiam
societatem et Macedonum praesidia implorem⟨us⟩? An ipsi
nostris armis ab hoste Romano tutabimur urbes quae op-
pugnabuntur? Egregie enim Dymas priore bello sumus tutati!
29 Satis exemplorum nobis clades alienae praebent: ne quaera-
mus quem ad modum ceteris exemplo simus.

30 'Nolite, quia ultro Romani petunt amicitiam, id quod op-
31 tandum uobis ac summa ope petendum erat fastidire. Metu
enim uidelicet compulsi et deprensi in aliena terra, quia sub
umbra uestri auxilii latere uolunt, in societatem uestram
confugiunt ut portibus uestris recipiantur, ut commeatibus
32 utantur! Mare in potestate habent; terras quascumque
adeunt extemplo dicionis suae faciunt; quod rogant, cogere
possunt; quia pepercisse uobis uolunt, committere uos cur
33 pereatis non patiuntur. Nam quod Cleomedon modo tam-
quam mediam et tutissimam uobis uiam consilii, ut quie-
sceretis abstineretisque armis, ostendebat, ea non media sed
34 nulla uia est. Etenim praeterquam quod aut accipienda aut
aspernanda uobis Romana societas est, quid aliud quam nus-
quam gratia stabili, uelut qui euentum expectauerimus ut
fortunae adplicaremus nostra consilia, praeda uictoris erimus?
35 Nolite, si quod omnibus uotis petendum erat ultro offertur,
fastidire. Non quemadmodum hodie utrumque uobis licet,
sic semper liciturum est: nec saepe nec diu eadem occasio erit.

21. 27 scilicet nos urbes χ: *om. B* (*spat. xiv litt.*) 28 unde $B\chi$: *ante notauit lac. Madv.* (*Em. p. 479*: *coni.* quid erit *uel* quae perfugia restabunt, *conl.* § 27, *sc. de Achaeis*); *sed potius* unde *a parte Philippi iam se recipientis* (*cf.* § 9), *nam cf. seqq.* An ipsi nostris armis regiam χ: rectam *B* implorem⟨us⟩ *Madv.*: -em $B\chi$ Dymas *B*: bymas ϕ, bim- ψ 30 summa ope χ: summa re(pet-) *B* (*cf.* § 17, r *pro* p): summo opere *Goeller*, summopere *Bekker; sed cf.* 22. 15. 2 *adn. et alibi* 31 et deprensi *B*: *om.* χ 34 etenim χ: enim *B* aspernanda ϕL: aspernenda ψ: spernenda *B; cf.* § 37 35 uotis χ: uultis *B*

Liberare uos a Philippo iam diu magis uultis quam audetis. 36
Sine uestro labore et periculo qui uos in libertatem uindicarent
cum magnis classibus exercitibusque mare traiecerunt. Hos si 37
socios aspernamini, uix mentis sanae estis; sed aut socios aut
hostes habeatis oportet.'

Secundum orationem praetoris murmur ortum aliorum **22**
cum adsensu, aliorum inclementer adsentientes increpantium;
et iam non singuli tantum sed populi uniuersi inter se alter- 2
cabantur. Tum inter magistratus gentis—damiurgos uocant,
decem numero creantur—certamen nihilo segnius quam inter
multitudinem esse. Quinque relaturos de societate Romana se 3
aiebant suffragiumque daturos; quinque lege cautum testa-
bantur ne quid quod aduersus Philippi societatem esset aut
referre magistratibus aut decernere concilio ius esset. Is
quoque dies iurgiis est consumptus.

Supererat unus iusti concilii dies; tertio enim lex iube- 4
bat decretum fieri; in quem adeo exarsere studia ut uix
parentes ab liberis temperauerint. Pisias Pellenensis erat: 5
filium damiurgum nomine Memnonem habebat, partis eius
quae decretum recitari perrogarique sententias prohibebat.
Is diu obtestatus filium ut consulere Achaeos communi saluti 6
pateretur neu pertinacia sua gentem uniuersam perditum
iret, postquam parum proficiebant preces, iuratus se eum sua 7
manu interempturum nec pro filio sed pro hoste habiturum
minis peruicit ut postero die coniungeret iis se qui referebant. 8
Qui cum plures facti referrent, omnibus fere populis haud
dubie adprobantibus relationem ac prae se ferentibus quid
decreturi essent, Dymaei ac Megalopolitani et quidam Ar- 9
giuorum, priusquam decretum fieret, consurrexerunt ac re-

36 in (lib.) χ: *om. B* mare χ: *om. B*
22. 3 referre χ: ferre *B* Is] his *B*: hic χ 5 Pisias] risias *B*, *corr. Madv.*: risiasus χ perrogarique] per- *B*ϕ: prae- ψ; *sed cf. c.* 23. 1
7 preces χ: parum *B* (*ut iam ante* prof.)

liquerunt concilium neque mirante ullo nec improbante.
10 Nam Megalopolitanos auorum memoria pulsos ab Lacedaemoniis restituerat in patriam Antigonus, et Dymaeis captis nuper direptisque ab exercitu Romano, cum redimi eos ubicumque seruirent Philippus iussisset, non libertatem
11 modo sed etiam patriam reddiderat; iam Argiui, praeterquam quod Macedonum reges ab se oriundos credunt, priuatis etiam hospitiis familiarique amicitia plerique inligati Philippo
12 erant. Ob haec concilio quod inclinauerat ad Romanam societatem iubendam excesserunt ueniaque iis huius secessionis fuit et magnis et recentibus obligatis beneficiis.

23 Ceteri populi Achaeorum cum sententias perrogarentur, societatem cum ⟨Attalo⟩ ac Rhodiis praesenti decreto con-
2 firmarunt: cum Romanis, quia iniussu populi non poterat rata esse, in id tempus quo Romam mitti legati possent dilata
3 est; in praesentia tres legatos ad L. Quinctium mitti placuit et exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoueri captis Cenchreis iam urbem ipsam Quinctio oppugnante.
4 Et hi quidem e regione portae quae fert Sicyonem posuerunt castra. Romani ⟨in⟩ Cenchreas uersam partem urbis, Attalus traducto per Isthmum exercitu ab Lechaeo alterius maris portu oppugnabant, primo segnius, sperantes seditionem intus fore inter oppidanos ac regium praesidium.
5 Postquam uno animo omnes et Macedones tamquam communem patriam tuebantur et Corinthii ducem praesidii Androsthenen haud secus quam ciuem et suffragio creatum
6 suo imperio in se uti patiebantur, omnis inde spes ⟨op⟩pugnantibus in ui et armis et operibus erat. Vndique aggeres
7 haud facili aditu ad moenia admouebantur. Aries ex ea parte

22. 10 (etiam) patriam χ: *om.* *B* 11 inligati *B*ψ: al- ϕ, all- *PL*
23. 1 perrogarentur χ: -aretur *B* ⟨Attalo⟩ *suppl. Edd. uet.*: Romanis *B*χ, *del.* ϕ*mg.*; *ex* § 2 *praesumptum* 4 hi *L*: ii *B*χ ⟨in⟩ *suppl. Hertz*, *iam* ad *Edd. uet.* 5 in se uti *B*: iuste ψ, iusti ϕ, uti ϕ *mg* 6 ⟨op⟩pugnantibus *Gron.*: pugn- *B*χ erat *Edd. uet.*: erant *B*χ

quam Romani oppugnabant aliquantum muri diruerat; in quem locum, quia nudatus munimento erat, protegendum armis cum Macedones concurrerent, atrox proelium inter eos ac Romanos ortum est. Ac primo multitudine facile ex- 8
pellebantur Romani; adsumptis deinde Achaeorum Attalique auxiliis aequabant certamen, nec dubium erat quin Macedonas Graecosque facile loco pulsuri fuerint. Transfugarum 9
Italicorum magna multitudo erat, pars ex Hannibalis exercitu metu poenae a Romanis Philippum secuta, pars nauales socii relictis nuper classibus ad spem honoratioris militiae transgressi: hos desperata salus, si Romani uicissent, ad rabiem magis quam audaciam accendebat.

Promunturium est aduersus Sicyonem Iunonis quam uocant 10
Acraeam, in altum excurrens; traiectus inde Corinthum septem fere milium passuum. Eo Philocles regius et ipse prae- 11
fectus mille et quingentos milites per Boeotiam duxit; praesto fuere ab Corintho lembi qui praesidium id acceptum Lechaeum traicerent. Auctor erat Attalus incensis operibus 12
omittendae extemplo oppugnationis: pertinacius Quinctius [Romanus] in incepto perstabat. Is quoque ut pro omnibus portis disposita uidet praesidia regia nec facile erumpentium impetus sustineri posse, in Attali sententiam concessit. Ita 13
inrito incepto dimissis Achaeis reditum ad naues est: Attalus Piraeum, Romani Corcyram petierunt.

Dum haec ab nauali exercitu geruntur, consul in Phocide **24**

7 diruerat χ: diuerberat *B* protegendum χ: proceden- *B* concurrerent] -erent *B*: -issent χ 9 secuta *B*χ: -ti *Frob. 2* (*cf.* 27. 1. 12) 10 fere milium *B*: milia fere (ψ: ferme ϕ) χ 11 Lechaeum χ: *om. B* (*spat. viii litt.*) 12 Quinctius [Romanus] in incepto] Quintius in incepto *Gel.* (*ex Sp?*): cum intus romanus in incepto *B*: quintius anusini neepio ψ, *sim.* ϕ, *uocibus uarie diuisis, unde apud* χ ⟨Rom⟩anus in ineepio *restituendum; iam* Quinctius *in* § 3, *alibi hoc loco* Romani, *quare* Romanus *ut ex gloss. delendum est; pro* Quinctius *coni.* contra *Schenkl* uidet *B* (*hic B*[1]: *post* praes. *B*): uidit χ 13 inrito χ: intra *B*, in B[1]

24. 1 in χ: (consul)i *B*

ad Elatiam castris positis primo conloquiis rem per principes
2 Elatensium temptauit. Postquam nihil esse in manu sua et
plures ualidioresque esse regios quam oppidanos respondebatur, tum simul ab omni parte operibus armisque urbem est
3 adgressus. Ariete admoto cum quantum inter ⟨duas⟩ turres
muri erat prorutum cum ingenti fragore ac strepitu nudasset
urbem, simul et cohors Romana per apertum recenti strage
4 iter inuasit, et ex omnibus oppidi partibus relictis suis quisque
stationibus in eum qui premebatur impetu hostium locum
5 concurrerunt. Eodem tempore Romani et ruinas muri
superuadebant et scalas ad stantia moenia inferebant; et dum
in unam partem oculos animosque hostium certamen auerterat, pluribus locis scalis capitur murus armatique in urbem
6 transcenderunt. Quo tumultu audito territi hostes relicto
quem conferti tuebantur loco in arcem omnes, inermi quoque
7 sequente turba, confugerunt. Ita urbe potitur consul; qua
direpta missis in arcem qui uitam regiis si inermes abire
uellent, libertatem Elatensibus pollicerentur fideque in haec
data, post dies paucos arcem recipit.

25 Ceterum aduentu in Achaiam Philoclis regii praefecti non
Corinthus tantum liberata obsidione sed Argiuorum quoque
ciuitas per quosdam principes Philocli prodita est temptatis
2 prius animis plebis. Mos erat comitiorum die primo uelut
ominis causa praetores pronuntiare Iouem Apollinemque et
Herculem: additum lege erat ut his Philippus rex adiceretur.
3 Cuius nomen post pactam cum Romanis societatem quia prae-
4 co non adiecit, fremitus primo multitudinis ortus, deinde clamor subicientium Philippi nomen iubentiumque legitimum

24. 1 Elatiam χ: *om. B* (*spat. vi litt.*) 3 admoto cum *Jacobs*: admotoque *B*: admoto χ ⟨duas⟩ *suppl. Madv.*; *cf.* 42. 63. 6 urbem χ: *om. B* (*spat. iv litt.*) Romana χ: *om. B* (*spat. vi litt.*) 4 locum *Edd. uet.*: -us $B\chi$ 5 et (ruin.) χ: *om. B* 7 inermes] *hic B*: *post* abire χ
25. 2 ominis *Sp?*: omnis $B\chi$ praetores] -es χ: -e *B*: -em *E* lege *Dett. Duker*: legi $B\chi$

honorem usurpare, donec cum ingenti adsensu nomen recitatum est. Huius fiducia fauoris Philocles arcessitus nocte 5
occupat collem imminentem urbi—Larisam eam arcem uocant—positoque ibi praesidio cum lucis principio signis infestis ad subiectum arci forum uaderet, instructa acies ex aduerso occurrit. Praesidium erat Achaeorum, nuper im- 6
positum, quingenti fere iuuenes delecti omnium ciuitatium; Aenesidemus Dymaeus praeerat. Ad hos orator a praefecto 7
regio missus qui excedere urbe iuberet—neque enim pares eos oppidanis solis, qui idem quod Macedones sentirent, nedum adiunctis Macedonibus esse, quos ne Romani quidem ad Corinthum sustinuissent—primo nihil nec ducem nec ipsos mouit; post paulo, ut Argiuos quoque armatos ex parte 8
altera uenientes magno agmine uiderunt, certam perniciem cernentes omnem tamen casum, si pertinacior dux fuisset, uidebantur subituri. Aenesidemus, ne flos Achaeorum iuuen- 9
tutis simul cum urbe amitteretur, pactus a Philocle ut abire illis liceret, ipse quo loco steterat armatus cum paucis clientibus non excessit. Missus a Philocle qui quaereret quid sibi 10
uellet: nihil statu moto, cum proiecto prae se clipeo staret, in praesidio creditae urbis moriturum se armatum respondit. Tum iussu praefecti a Thraecibus coniecta tela interfectique omnes. Et post pactam inter Achaeos ac Romanos societatem duae 11
nobilissimae urbes, Argi et Corinthus, in potestate regis erant. Haec ea aestate ab Romanis in Graecia terra marique gesta. 12

In Gallia nihil sane memorabile ab Sex. Aelio consule 26

7 Ad hos orator *B*: ad hos trator *ψ*: adhortrator *φ*, -hortator *P* urbe *χ*: *om. B* (*spat. iv litt.*) qui idem *B Sp?*: quidem *χ* 8 si *χ*: *om. B* 9 a (Phil.) *B*: cum *χ* 10 statu moto] statu modo *Bφ*, *corr.* moto *Madv.*, motus *Weissenb.* (*iam* statu mutato *uel* motus '*uir doctus*' *ap. Gron.*): tantum modo *ψ φmg*, *ante suppl.* ⟨fatus⟩ *Edd. uet.*, ⟨is⟩ *Harant* (*sc.* '*nihil is uelle, sed*'), ⟨motus⟩ *M. Müller; sed de gestu, i.e. de corporis* '*statu*' *composito* (*cf.* proiecto . . . clipeo) *aptius* moto, *sc.* '*mutato*' Thraecibus *Bφ*: thrac- *ψ*; *u.* 31. 15. 11 *adn.* 11 ac (Rom.) *BL*: a *ψ*: ad *φ* urbes *B*: ciuitates *χ*

2 gestum. Cum duos exercitus in prouincia habuisset, unum retentum quem dimitti oportebat, cui L. Cornelius proconsul praefuerat—ipse ei C. Heluium praetorem praefecit—,
3 alterum quem in prouinciam adduxit, totum prope annum Cremonensibus Placentinisque cogendis redire in colonias, unde belli casibus dissipati erant, consumpsit.

4 Quemadmodum Gallia praeter spem quieta eo anno fuit,
5 ita circa urbem seruilis prope tumultus est excitatus. Obsides Carthaginiensium Setiae custodiebantur: cum iis ut prin-
6 cipum liberis magna uis seruorum erat; augebant eorum numerum, ut ab recenti Africo bello, et ab ipsis Setinis ca-
7 ptiua aliquot nationis eius empta ex praeda mancipia. Cum coniurationem fecissent, missis ex eo numero primum qui in Setino agro, deinde circa Norbam et Cerceios seruitia sollicitarent, satis iam omnibus praeparatis, ludis qui Setiae prope diem futuri erant spectaculo intentum populum adgredi
8 statuerant, Setia per caedem et repentinum tumultum capta Norbam et Cerceios occupare ⟨. . . ut obsides captiuosque Carthaginiensium custodia soluerent et sibi adiungerent ea quae cum iis erant⟩ seruitia. Huius rei tam foedae indicium Romam ad L. Cornelium Lentulum praetorem urbanum de-

26. 2 retentum] r- χ: p- *B* 6 captiua *B*χ: *secl. Voss, sed u. Madv. Em. p. 481* 6–7 ex praeda . . . coniurationem χ: *om. B* (*spat. xxiii litt.*); *ante* coniur. *suppl.* ii (*sc.* '*obsides*') *H. J. Müller non necess.*, ea *Madv.* (*Ed. 1884*) *ut potius ad* '*mancipia*' *conl.* § 16, *sed ideo postea timor erat de obsidibus quod iam Setiae coniurarant, neque post* ea *apte* ex eo numero *namque ex Punica coniuratione* '*seruilis prope tumultus*' *ortus est* 7 primum *B*: *om.* χ; *an potius post* qui *conl.* deinde? *Sed hic de coniurationis gradibus* (*cf. infra* acta), *sc.* '*missis primum . . . iam praeparatis . . . ludos exspectabant*' Norbam] -am *Mog.*: -em χ, *sic etiam* § 8: -ae *B* Cerceios] -ios *B*: -los χ, *sic* § 8 8 Setia χ: -iae *B* Norbam . . . occupare ⟨ . . . ⟩ seruitia] norbem . . . occupare χ, *dein spat. lxxx litt. A*: [*spat. cl litt.*] seruitia *B*; *inde statuenda lac. vi uersuum in archetypo; suppleui conl.* § 16, *Per.* 32 '*de soluendis Carthaginiensibus obsidibus*'; *cf. Zon.* 9. 16 rei tam χ: recitam *B* Lentulum *B*χ: Merulam *Glar.* (*conl. cc.* 7. 13, 8. 5); *sed uix mutandum, u.* 31. 50. 11 *adn.* urbanum *Madv.*: urbis *B*χ; *cf.* 31. 4. 2 *adn.*

latum est. Serui duo ante lucem ad eum uenerunt atque 9
ordine omnia quae acta futuraque erant exposuerunt. Quibus 10
domi custodiri iussis praetor senatu uocato edoctoque quae
indices adferrent, proficisci ad eam coniurationem quaerendam atque opprimendam iussus, cum quinque legatis pro- 11
fectus obuios in agris sacramento rogatos arma capere et
sequi cogebat. Hoc tumultuario dilectu duobus milibus ferme 12
hominum armatis Setiam omnibus quo pergeret ignaris uenit.
Ibi raptim principibus coniurationis comprehensis fuga 13
seruorum ex oppido facta est. Dimissis deinde per agros qui
uestigarent ⟨fugitiuos . . . ipse praetor quaestionem exercuit
. . . de duobus ferme milibus hominum supplicium sumpsit
. . .⟩. Egregia duorum opera seruorum indicum et unius liberi 14
fuit. Ei centum milia grauis aeris dari patres iusserunt, seruis uicena quina milia aeris et libertatem: pretium eorum
ex aerario solutum est dominis.

Haud ita multo post ex eiusdem coniurationis reliquiis 15
nuntiatum est seruitia Praeneste occupatura. Eo L. Cornelius 16
praetor profectus de quingentis fere hominibus qui in ea noxa
erant supplicium sumpsit. In timore ciuitas fuit obsides
captiuosque Poenorum ea moliri. Itaque et Romae uigiliae 17
per uicos seruatae iussique circumire eas minores magistratus
et triumuiri carceris lautumiarum intentiorem custodiam
habere iussi; et circa nomen Latinum a praetore litterae 18
missae ut et obsides in priuato seruarentur neque in publicum
prodeundi facultas daretur et captiui ne minus decem pondo
compedibus uincti in nulla alia quam in carceris publici
custodia essent.

9 acta $B\chi$: facta *Lentz* 11 sequi] *ante coni.* ⟨se⟩ *Hertz* 13 qui uestigarent ⟨. . .⟩] qui uestigarent χ, *dein spat. c litt. A, spat. cxxx litt. E: om. B (spat. c litt.); inde statuenda lac. iv uersuum in archetypo; suppleui conl. Per.* 32 '*duo milia D necati*', *sed* '*D*' *deduci debet, cf.* § 16 15 ita] *hic Edd. uet.: post* multo $B\chi$ ex χ: *om. B* 16 quingentis $B\phi V$: sescentis ψ 17 triumuiri] trium- *Edd. uet.*: iii- *B*: trecenti- χ; *cf.* 34. 45. 5 *adn.*

27 Eodem anno legati ab rege Attalo coronam auream ducentum quadraginta sex pondo in Capitolio posuerunt gratiasque senatui egere quod Antiochus legatorum Romanorum auctoritate motus finibus Attali exercitum deduxisset.

2 Eadem aestate equites ducenti et elephanti decem et tritici modium ducenta milia ab rege Masinissa ad exercitum qui in Graecia erat peruenerunt. Item ex Sicilia Sardiniaque magni 3 commeatus et uestimenta exercitui missa. Siciliam M. Marcellus, Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat, sanctus et innocens, asperior tamen in faenore coercendo habitus; 4 fugatique ex insula faeneratores et sumptus quos in cultum praetorum socii facere soliti erant circumcisi aut sublati.

5 Sex. Aelius consul ex Gallia comitiorum causa Romam cum redisset, creauit consules C. Cornelium Cethegum et Q. 6 Minucium Rufum. Biduo post praetorum comitia habita. Sex praetores illo anno primum creati crescentibus iam prouinciis 7 et latius patescente imperio; creati autem hi: L. Manlius Volso C. Sempronius Tuditanus M. Sergius Silus M. Heluius M. Minucius Rufus L. Atilius—Sempronius et Heluius ex 8 iis aediles plebis erant—; curules aediles Q. Minucius Thermus et Ti. Sempronius Longus. Ludi Romani eo anno quater instaurati.

28 C. Cornelio et Q. Minucio consulibus omnium primum 2 de prouinciis consulum praetorumque actum. Prius de praetoribus transacta res quae transigi sorte poterat: urbana Sergio, peregrina iurisdictio Minucio obtigit; Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hispanias Sempronius citeriorem, 3 Heluius ulteriorem est sortitus. Consulibus Italiam Mace-

27. 1 egere *B*: egerunt χ 2 elephanti] -i χ: -es *B* (*sic* 35. 32. 4); *cf.* 23. 49. 11 *adn.*, 31. 36. 4 2–3 missa. Siciliam M.] missa multa M. ψ, *sic sed* multam ϕ, *corr.* Siciliam A^xL^x *Dett.*: *om. B* (*spat. xiv litt.*) 7 L. (Manl.) *Edd. uet.*: *om.* $B\chi$ C. (Semp.) *B*: Cn. χ Atilius *Gron.*, *iam* Att- *Edd. uet.*: Acilius $B\chi$, *sic etiam c.* 28. 2 8 Ti. (Semp.) *Sig.*: T. $B\chi$
28. 2 Hispanias] -as *B*: -am χ

doniamque sortiri parantibus L. Oppius et Q. Fuluius tribuni
plebis impedimento erant, quod longinqua prouincia Mace-
donia esset neque ulla alia res maius bello impedimentum ad 4
eam diem fuisset quam quod uixdum incohatis rebus in ipso
conatu gerendi belli prior consul reuocaretur: quartum iam 5
annum esse ab decreto Macedonico bello; quaerendo regem
et exercitum eius Sulpicium maiorem partem anni absum-
psisse; Villium congredientem cum hoste infecta re reuocatum;
Quinctium rebus diuinis Romae maiorem partem anni reten- 6
tum ita gessisse tamen res ut, si aut maturius in prouinciam
uenisset aut hiems magis sera fuisset, potuerit debellare: nunc 7
prope in hiberna profectum ita comparare dici bellum ut,
nisi successor impediat, perfecturus aestate proxima uideatur.
His orationibus peruicerunt ut consules in senatus auctoritate 8
fore dicerent se, si idem tribuni plebis facerent. Permittenti-
bus utrisque liberam consultationem patres consulibus am-
bobus Italiam prouinciam decreuerunt, T. Quinctio prorogarunt 9
imperium donec successor ex senatus consulto uenisset.
Consulibus binae legiones decretae et ut bellum cum Gallis
Cisalpinis qui defecissent a populo Romano gererent. Quinctio 10
in Macedoniam supplementum decretum, sex milia peditum,
trecenti equites, sociorum naualium milia tria. Praeesse eidem 11
cui praeerat classi L. Quinctius Flamininus iussus. Prae-
toribus in Hispanias octona milia peditum socium ac nominis
Latini data et quadringeni equites, ut dimitterent ueterem ex
Hispaniis militem; et terminare iussi qua ulterior citeriorue
prouincia seruaretur. Macedoniae legatos P. Sulpicium et 12
P. Villium, qui consules in ea prouincia fuerant, adiecerunt.

5 regem χ: -ge *B*, *sed infra* exercitum 6 si aut *B*ψ: sicut ϕ: si [*spat. iii litt.*] *A* 7 prope *B*χ: quoque *Crévier*: *secl. Novák* 8 tribuni *AP*^{x}: tribus *B*χ plebis *B*: *om.* χ (*spat. AN*) 9 ex s.c. *B*: ex [*spat.*] ϕ, ex *P*: ei ψ (*dein spat. N*) Gallis Cisalpinis $\psi P^{x}A^{2}$: Gallicis alp- *B*ϕ*N* 10 sex milia] vi *B*, *corr. Bekker*: *om* χ (*spat. AE*): octo milia *L* 11 cui *Madv.*: qui *B*χ L. (Quinct.) *L*^{x}: t. *B*χ

29 Priusquam consules praetoresque in prouincias proficiscerentur, prodigia procurari placuit, quod aedes Volcani Summanique Romae et quod Fregenis murus et porta de
2 caelo tacta erant, et Frusinone inter noctem lux orta, et Aefulae agnus biceps cum quinque pedibus natus, et Formiis duo lupi oppidum ingressi obuios aliquot laniauerant, Romae non in urbem solum sed in Capitolium penetrauerat lupus.
3 C. Atinius tribunus plebis tulit ut quinque coloniae in oram maritimam deducerentur, duae ad ostia fluminum Volturni Liternique, una Puteolos, una ad Castrum Salerni:
4 his Buxentum adiectum; trecenae familiae in singulas colonias iubebantur mitti. Tresuiri deducendis iis, qui per triennium magistratum haberent, creati M. Seruilius Geminus Q. Minucius Thermus Ti. Sempronius Longus.
5 Dilectu rebusque aliis diuinis humanisque quae per ipsos agenda erant perfectis consules ambo in Galliam profecti:
6 Cornelius recta ad Insubres uia, qui tum in armis erant Cenomanis adsumptis; Q. Minucius in laeua Italiae ad inferum mare flexit iter Genuamque exercitu ducto ab
7 Liguribus orsus bellum est. Oppida Clastidium et Litubium, utraque Ligurum, et duae gentis eiusdem ciuitates Celeiates Cerdiciatesque sese dediderunt; et iam omnia cis Padum
8 praeter Gallorum Boios, Iluates Ligurum sub dicione erant: quindecim oppida, hominum uiginti milia esse dicebantur quae se dediderant. Inde in agrum Boiorum legiones duxit.
30 Boiorum exercitus haud ita multo ante traiecerat Padum

29. 1 praetoresque] -que *Edd. uet.*: -ue $B\chi$ et quod $B\chi$: quod et *Frob. 2*: *secl. Gron.; sed hic laxius scriptum est* Fregenis *B*: Fregellis χ 2 Aefulae] aefulo $B\chi$(ef-), *corr. Hübner*, *cf.* 26. 9. 9: esculo *Dett.*, Aesulae *Kreyssig* 3 tribunus plebis *B*: *om.* χ (*spat. NA*) una (ad) χ: *om. B* Salerni χ: al- *B* 4 adiectum χ: *om. B* tresuiri . . . iis *B* (iii.uiri): iis uiris . . . ii χ: triumuiri . . . iis *Frob. 2* Ti (Semp.) *Sig.*: T. $B\chi$, *ut c.* 27. 8 6 flexit χ: refl- *B* ducto *Dett. Weissenb.*: educto $B\chi$ 7 Celeiates] -ei- *B*: -el- χ; *u.* 31. 10. 2 *adn.*

iunxeratque se Insubribus et Cenomanis, quod ita acce- 2
perant coniunctis legionibus consules rem gesturos ut et ipsi
conlatas in unum uires firmarent. Postquam fama accidit 3
alterum consulem Boiorum urere agros, seditio extemplo orta
est: postulare Boi ut laborantibus opem uniuersi ferrent,
Insubres negare se sua deserturos. Ita diuisae copiae Boisque 4
in agrum suum tutandum profectis Insubres cum Cenomanis
super amnis Minci ripam consederunt. Infra eum locum 5
duo milia passuum et consul Cornelius eidem flumini castra
adplicuit. Inde mittendo in uicos Cenomanorum Brixiamque 6
quod caput gentis erat, ut satis comperit non ex auctoritate
seniorum iuuentutem in armis esse nec publico consilio In-
subrum defectioni Cenomanos sese adiunxisse, excitis ad se 7
principibus id agere ac moliri coepit ut desciscerent ab In-
subribus Cenomani et sublatis signis aut domos redirent aut
ad Romanos transirent. Et id quidem impetrari nequiit: 8
in id fides data consuli est ut in acie aut quiescerent aut, si
qua etiam occasio fuisset, adiuuarent Romanos. Haec ita con- 9
uenisse Insubres ignorabant; suberat tamen quaedam suspicio
animis labare fidem sociorum. Itaque cum in aciem eduxissent,
neutrum iis cornu committere ausi ne, si dolo cessissent, rem
totam inclinarent, post signa in subsidiis eos locauerunt.
Consul principio pugnae uouit aedem Sospitae Iunoni si eo 10
die hostes fusi fugatique fuissent: a militibus clamor sublatus
compotem uoti consulem se facturos, et impetus in hostes est
factus. Non tulerunt Insubres primum concursum. Quidam 11
et a Cenomanis terga repente in ipso certamine adgressis
tumultum ancipitem iniectum auctores sunt caesaque in

30. 1 iunxeratque χ: *om.* que *B* 5 duo milia passuum] duo milia *B*(∞ ∞): mille passuum milia χ (*sc.* mille milia *ex* ∞ ∞); *cf.* 34. 13. 2 6 sese B^1 (esse *B*): se χ 7 sublatis] *hic B*: *post* sign. χ 8 etiam *B Sp.*: ut iam χ adiuuarent χ: -uissent *B* 10 Sospitae *B*χ; *cf.* 34. 53. 3 Matutae, *neque mutandum* fuissent *B*: essent χ

medio quinque et triginta milia hostium, quinque milia et
12 ducentos uiuos captos, in iis Hamilcarem Poenorum imperatorem, qui belli causa fuisset; signa militaria centum
13 triginta et carpenta supra ⟨. . .† . . . oppida⟩ Gallorum, quae Insubrum defectionem secuta erant, dediderunt se Romanis.

31 Minucius consul primo effusis populationibus peragrauerat fines Boiorum, deinde, ut relictis Insubribus ad sua tuenda receperant sese, castris se tenuit acie dimicandum cum hoste
2 ratus. Nec Boi detrectassent pugnam, ni fama Insubres uictos allata animos fregisset; itaque relicto duce castrisque dissipati per uicos sua quisque ut defenderent, rationem gerendi
3 belli hosti mutarunt. Omissa enim spe per unam dimicationem rei decernendae rursus populari agros et urere tecta
4 uicosque expugnare coepit. Per eosdem dies Clastidium incensum. Inde in Ligustinos Iluates, qui soli non parebant,
5 legiones ductae. Ea quoque gens ut Insubres acie uictos, Boios ita ut temptare spem certaminis non auderent territos
6 audiuit, in dicionem uenit. Litterae consulum amborum de rebus in Gallia prospere gestis sub idem tempus Romam allatae. M. Sergius praetor urbanus in senatu eas, deinde ex auctoritate patrum ad populum recitauit; supplicatio in quadriduum decreta.

30. 11 quinque milia] v $B\chi$, *corr. Bekker* captos L^{x} *Dett.*: captiuos $B\chi$ 12–13 carpenta . . . Gallorum] carpenta supra [*spat. xx litt. A*, *xxv litt. E*] χ, *suppl.* ⟨. . . oppida⟩ *Edd. uet.*, *cf. c.* 29. 8: carpent [*spat. xv litt.*] gallorumque *B*, *del.* que *Kreyssig* (*ut ex seq.* quae), *inde conl.* χ *licet restituere* carpenta supra [*spat.*] ⟨oppida⟩ Gallorum; *in spat. deficit numerus carpentorum*, *suppl.* cc millia *Carb.*, *corr.* cc *Gel.* (*ut 'satis'*, *cf.* 31. 21. 17; *uix ex Sp*), *sed*, *etiam de oppidis*, *coni.* ducenta. Multa *Drak. Edd.*, *de numeris frustra ex coniect.*: *lac. statui* Insubrum *B*: *om.* χ (*spat. x litt. N*)

31. 2 ut defenderent *B*: defendere χ 4 inde χ: *om. B* 5 non auderent *B Frob. 2*, ne aud- ψ: metuerent ϕ 6 amborum de rebus in Gallia *B*: [*spat. xx litt. A*, *ix litt. N*] a Gallia de χ prospere] *hic Kreyssig*: *post* gestis $B\chi$, *corr.* prope *Madv.*, *sed facilius transponendum* praetor urbanus *ed. Lugd.* 1553: pr. urbis *B*: praefectus urbis χ

Hiems iam eo tempore erat, et cum T. Quinctius capta 32
Elatia in Phocide ac Locride hiberna disposita haberet,
Opunte seditio orta est. Factio una Aetolos, qui propiores 2
erant, altera Romanos accersebat. Aetoli priores uenerunt; 3
sed opulentior factio exclusis Aetolis missoque ad imperatorem Romanum nuntio usque in aduentum eius tenuit urbem. Arcem regium tenebat praesidium neque ut dece- 4
derent inde aut Opuntiorum minis aut auctoritate imperatoris Romani perpelli potuerunt. Mora cur non extemplo 5
oppugnarentur ea fuit quod caduceator ab rege uenerat locum ac tempus petens conloquio. Id grauate regi concessum 6
est, non quin cuperet Quinctius per se partim armis, partim condicionibus confectum uideri bellum: necdum enim sciebat 7
utrum successor sibi alter ex nouis consulibus mitteretur an, quod summa ui ut tenderent amicis et propinquis mandauerat, imperium prorogaretur; aptum autem fore conloquium 8
credebat ut sibi liberum esset uel ad bellum manenti uel ad pacem decedenti rem inclinare. In sinu Maliaco prope 9
Nicaeam litus elegere. Eo rex ab Demetriade cum quinque lembis et una naue rostrata uenit: erant cum eo ⟨duo⟩ prin- 10
cipes Macedonum et Achaeorum exul, uir insignis, Cycliadas. Cum imperatore Romano rex Amynander erat et Dionysodorus 11

32. 1 et *B*: *om.* χ capta *B*: -tis χ Elatia] ē late ia *B*: latela χ; *u. c.* 19. 1 haberet χ: -rent *B* 2 propiores χ: priores *B* 3 sed χ: et *B* 4 decederent B^1 (decer- *B*): descend- χ imperatoris *B*: imperantis consulis χ 6 grauate . . . non quin $B\chi$: non grauate . . . cum *Gron.*, non grauate . . . non quia *Voss*, *ad rem inepte; nam Quinctius, ut qui belli conficiendi uel condicionibus, si successor mitteretur, uel armis, si imperium prorogaretur, gloriam quaereret, conloquium uoluit differre: inde* grauate, *sed ita* concessum *ut libera optio maneret; qua ratione* §§ 6–8 *distinxi; de re u. Holleaux, Études d'épigr. v, p. 65* regi] *hic B*: *post* conc. χ 7 et (propinq.) ϕ: *om.* $B\psi$ 10 ⟨duo⟩ *suppl. Heusinger* (*cf. c.* 35. 8): *post* Maced. *suppl* Apollodorus ac Demosthenes *Crévier*, *sic etiam* et Brachyllas Boeotus *Tillmann conl. Polyb.* 18. 1. 2 exul *B Sp?*: exules et χ 11 Dionysodorus] -yso- *Frob. 2*: -isyo- *B*, -isio- χ

Attali legatus et Acesimbrotus praefectus Rhodiae classis
et Phaeneas princeps Aetolorum et Achaei duo, Aristaenus
12 et Xenophon. Inter hos Romanus ⟨ad⟩ extremum litus
progressus, cum rex in proram nauis in ancoris stantis
13 processisset, 'Commodius' inquit, 'si in terram egrediaris, ex
propinquo dicamus in uicem audiamusque'. Cum rex fa-
cturum se id negaret, 'Quem tandem' inquit Quinctius 'times?'
14 Ad hoc ille superbo et regio animo: 'Neminem equidem timeo
praeter deos immortales: non omnium autem credo fidei quos
15 circa te uideo, atque omnium minime Aetolis'. 'Istuc quidem'
ait Romanus 'par omnibus periculum est qui cum hoste ad
16 conloquium congrediuntur, si nulla fides sit.' 'Non tamen'
inquit, 'Tite Quincti, par perfidiae praemium est, si fraude
agatur, Philippus et Phaeneas; neque enim aeque difficulter
Aetoli praetorem alium ac Macedones regem in meum locum
substituant.'

33 Secundum haec silentium fuit, cum Romanus eum aequum
censeret priorem dicere qui petisset conloquium, rex eius
esse priorem orationem qui daret pacis leges, non qui ac-
2 ciperet; tum Romanus: simplicem suam orationem esse;
ea enim se dicturum quae ni fiant nulla sit pacis condicio.
3 deducenda ex omnibus Graeciae ciuitatibus regi praesidia
esse, captiuos et transfugas sociis populi Romani reddendos,
restituenda Romanis ea Illyrici loca quae post pacem in
4 Epiro factam occupasset, Ptolomaeo Aegypti regi reddendas
urbes quas post Philopatoris Ptolomaei mortem occupauisset.
suas populique Romani condiciones has esse; ceterum et
5 socium audiri postulata uerum esse. Attali regis legatus naues

32. 11 Acesimbrotus] age- *Bϕ*, hage- *ψ*; *cf. Polyb. l.c.* § 4; *u.* 31. 46. 6 *adn.* Aristaenus *χ*: arma eius *B* 12 ⟨ad⟩ *suppl. Edd. uet.* 13 audiamusque *χ*: audiem- *B* negaret *χ*: -re *B* 15 istuc *B*: istud *χ* si nulla *B*: ut nulla *Sp?*: in nullo *χ*, ut in nullo *ϕ mg Edd. uet.*: ne nulla *Madv.* (*Em. p. 482 n. 2*), *ieiune; sed in uniuersum apte dicitur 'periculum est si ... sit'* 16 meum *χ*: eum *B*
33. 3 regi *B Sp?*: -is *χ* 4 Philopatoris] ph- *χ*: f- *B*

captiuosque quae ad Chium nauali proelio capta essent, et
Nicephorium Venerisque templum quae spoliasset euastas-
setque, pro incorruptis restitui; Rhodii Peraean—regio est 6
continentis aduersus insulam, uetustae eorum dicionis—re-
petebant postulabantque praesidia deduci ab Iaso et a
Bargyliis et Euromensium urbe et in Hellesponto Sesto atque 7
Abydo, et Perinthum Byzantiis in antiqui formulam iuris
restitui, et liberari omnia Asiae emporia portusque. Achaei 8
Corinthum et Argos repetebant. Praetor Aetolorum Phaeneas
cum eadem fere quae Romani ut Graecia decederetur postu-
lasset redderenturque Aetolis urbes quae quondam iuris ac
dicionis eorum fuissent, excepit orationem eius princeps 9
Aetolorum Alexander, uir ut inter Aetolos facundus. Iam du- 10
dum se reticere ait, non quo quicquam agi putet eo conloquio,
sed ne quem sociorum dicentem interpellet: nec de pace cum
fide Philippum agere nec bella uera uirtute unquam gessisse.
in conloquiis insidiari et captare; in bello non congredi aequo 11
campo neque signis conlatis dimicare, sed refugientem in-
cendere ac diripere urbes et uincentium praemia uictum
corrumpere. at non antiquos Macedonum reges ⟨rem ita 12
gessisse⟩ sed acie bellare solitos, urbibus parcere quantum
possent, quo opulentius haberent imperium. nam de quorum 13
possessione dimicetur tollentem nihil sibi praeter bellum relin-
quere, quod consilium esse? plures priore anno sociorum 14
urbes in Thessalia euastasse Philippum quam omnes qui un-
quam hostes Thessaliae fuerint. ipsis quoque Aetolis eum 15
plura socium quam hostem ademisse: Lysimachiam pulso

5 (templum) quae *L*: -que *Bχ* 6 Peraean] piream *B Sp χ*; *potius Graece* -an, *cf. cc.* 34. 8, 35. 10 Iaso *Edd. uet.*: laso *Bχ* 7 et Perinthum *Sig.* (*conl. Polyb.* 18. 2. 4): et penepolum *ψ*, et penop- *φ*: *om. B* (*spat. ix litt.*) 8 Argos *Dett.*: agros *B*: argios *χ* ac (dic.) *Duker*: aut *Bχ* 10 se *PL*: si *Bχ* nec (de)] ne *B*, *corr. Bekker*: neque *χ* 12 ⟨rem ita gessisse⟩ *suppl. M. Müller; iam supra pro* at *coni.* id A^{2}; *post* non *add.* sic *Edd. uet.* 14 euastasse *B*: uast- *χ*

16 praetore et praesidio Aetolorum occupasse eum; Cium, item suae dicionis urbem, funditus euertisse ac delesse; eadem fraude habere eum Thebas Phthias Echinum Larisam Pharsalum.

34 Motus oratione Alexandri Philippus nauem ut exaudiretur
2 propius terram adplicuit. Orsum eum dicere, in Aetolos maxime, uiolenter Phaeneas interfatus non in uerbis rem uerti ait: aut bello uincendum aut melioribus parendum esse.
3 'Apparet id quidem' inquit Philippus 'etiam caeco', iocatus in ualetudinem oculorum Phaeneae; et erat dicacior natura quam regem decet, et ne inter seria quidem risu satis tem-
4 perans. Indignari inde coepit Aetolos tamquam Romanos decedi Graecia iubere, qui quibus finibus Graecia sit dicere non possent; ipsius enim Aetoliae Agraeos Apodotosque et Amphilochos, quae permagna eorum pars sit, Graeciam non
5 esse. 'An quod a sociis eorum non abstinuerim iustam querellam habent, cum ipsi pro lege hunc antiquitus morem seruent ut aduersus socios ipsi suos publica tantum auctoritate dempta iuuentutem suam militare sinant, et contrariae persaepe acies
6 in utraque parte Aetolica auxilia habeant? Neque ego Cium expugnaui, sed Prusiam socium et amicum oppugnantem adiuui; et Lysimachiam ab Thracibus uindicaui, sed quia me necessitas ad hoc bellum a custodia eius auertit Thraces
7 habent. Et Aetolis haec; Attalo autem Rhodiisque nihil iure debeo: non enim a me sed ab illis principium belli ortum est.
8 Romanorum autem honoris causa et Peraean Rhodiis et

33. 15 (occupasse) eum *Bχ*: *secl. Bauer* 16 Cium *Sig.* (*conl. Polyb.* 18. 3. 12): Chium *Bχ; sic etiam c.* 34. 6 Phthias] phithias *χ*: thias *B* Echinum *B*: et ch- *χ*

34. 2 Phaeneas] phaneas *B*, -nias *χ* aut melioribus parendum *χ*: *om. B* 3 decet *B*: deceret *χ* temperans *B*: -ans se *φ*: -asse *ψE* 4 possent *Bχ*: possint *Edd. uet.* Aetoliae Agraeos *Gel.*: aetoli aegraeos *B*: etolie greos *φ*, -ie grecos *ψ* Apodotosque *Sig.* (*conl. Polyb.* 18. 5. 8): apodoctasque *Bχ* 6 Cium] *u. c.* 33. 16 Prusiam *B*: plus iam *φ*, iam plus *ψ* sed (quia) *Asc.*: et *Bχ* 8 et Peraean] epirean *Bψ*, -am *φ*, *corr. Kreyssig* (*sed* -am): Peraeam *Frob. 2*, -an *Bekker*

naues Attalo cum captiuis qui comparebunt restituam. Nam 9
quod ad Nicephorium Venerisque templi restitutionem at-
tinet, quid restitui ea postulantibus respondeam nisi, quo uno 10
modo siluae lucique caesi restitui possunt, curam impen-
samque sationis me praestaturum—quoniam haec inter se
reges postulare et respondere placet.' Extrema eius oratio 11
aduersus Achaeos fuit, in qua orsus ab Antigoni primum
suis deinde erga gentem eam meritis, recitari decreta eorum
iussit omnes diuinos humanosque honores complexa atque eis 12
obiecit recens decretum quo ab se desciuissent; inuectusque
grauiter in perfidiam eorum Argos tamen se iis redditurum
dixit: de Corintho cum imperatore Romano deliberaturum 13
esse quaesiturumque ab eo simul utrum iisne urbibus decedere
se aequum censeat quas ab se ipso captas iure belli habeat,
an iis etiam quas a maioribus suis accepisset.

Parantibus Achaeis Aetolisque ad ea respondere, cum prope **35**
occasum sol esset, dilato in posterum diem conloquio Philip-
pus in stationem ex qua profectus erat, Romani sociique in
castra redierunt. Quinctius postero die ad Nicaeam—is enim 2
locus placuerat—ad constitutum tempus uenit: Philippus
nullus usquam nec nuntius ab eo per aliquot horas ueniebat,
et iam desperantibus uenturum repente apparuerunt naues.
Atque ipse quidem cum tam grauia et indigna imperarentur 3
inopem consilii diem se consumpsisse deliberando aiebat:
uolgo credebant de industria rem in serum tractam ne tempus 4
dari posset Achaeis Aetolisque ad respondendum, et eam 5
opinionem ipse adfirmauit petendo ut submotis aliis, ne
tempus altercando tereretur et aliqui finis rei imponi posset,
cum ipso imperatore Romano liceret sibi conloqui. Id primo 6

10 sationis *Asc.*: stat- $B\chi$ 11 Antigoni] -i *Edd. uet.*: -e B: -is χ
12 eis obiecit B: ea (ψ: eam ϕV) abiecit χ decretum B: de exercitu χ ab (se) B: ad χ Argos *Edd. uet.*: agros $B\chi$
35. 1 in (stat.) χ: *om.* B 2 Philippus *Duker*: philippi $B\chi$ 3 se χ: *om.* BE 4 credebant $B\phi$: -batur ψE ne . . . posset χ: nec . . . posse B

7 non acceptum, ne excludi conloquio uiderentur socii, dein
cum haud absisteret petere, ex omnium consilio Romanus
imperator cum Ap. Claudio tribuno militum ceteris sub-
8 motis ad extremum litus processit: rex cum duobus quos
pridie adhibuerat in terram est egressus. Ibi cum aliquamdiu
secreto locuti essent, quae acta Philippus ad suos rettulerit
9 minus compertum est; Quinctius haec rettulit ad socios:
Romanis eum cedere tota Illyrici ora, perfugas remittere ac
10 si qui sint captiui; Attalo naues et cum iis captos nauales
socios, Rhodiis regionem quam Peraean uocant reddere,
11 Iaso et Bargyliis non cessurum; Aetolis Pharsalum Lari-
samque reddere, Thebas non reddere; Achaeis non Argis
12 modo sed etiam Corintho cessurum. Nulli omnium placere
partium quibus cessurus aut non cessurus esset destinatio:
13 plus enim amitti in iis quam adquiri nec unquam, nisi tota
deduxisset Graecia praesidia, causas certaminum defore.

36 Cum haec toto ex concilio certatim omnes uociferarentur,
2 ad Philippum quoque procul stantem uox est perlata. Itaque
a Quinctio petit ut rem totam in posterum diem differret:
profecto aut persuasurum se aut persuaderi sibi passurum.
3 Litus ad Thronium conloquio destinatur. Eo mature conuen-
tum est. Ibi Philippus primum et Quinctium et omnes qui
4 aderant rogare ne spem pacis turbare uellent, postremo
petere tempus quo legatos mittere Romam ad senatum posset:
aut iis condicionibus se pacem impetraturum aut quascumque
5 senatus dedisset leges pacis accepturum. Id ceteris haudqua-
quam placebat: nec enim aliud quam moram et dilationem
6 ad colligendas uires quaeri; Quinctius uerum id futurum fuisse
dicere si aestas et tempus rerum gerendarum esset: nunc

35. 8 locuti $B\chi$: collocuti *Duker* (*cf.* §§ 5–6) 9 Romanis B: -norum χ
10 Peraean] piraean B, -ream χ 13 deduxisset] *post add.* et B,
inde ex *Hertz; sed ex dittogr.* defore B: deponere χ
36. 3 Thronium *Gel.*: tho- $B\chi$ 5 et (dil.) χ: *om.* B

hieme instante nihil amitti dato spatio ad legatos mittendos;
nam neque sine auctoritate senatus ratum quicquam eorum 7
fore quae cum rege ipsi pepigissent, et explorari dum bello
necessariam quietem ipsa hiems daret senatus auctoritatem
posse. In hanc sententiam et ceteri sociorum principes con- 8
cesserunt; indutiisque datis in duos menses et ipsos mittere
singulos legatos ad senatum edocendum ne fraude regis cape-
retur placuit; additum indutiarum pacto ut regia praesidia 9
Phocide ac Locride extemplo deducerentur. Et ipse Quinctius 10
cum sociorum legatis Amynandrum Athamanum regem, ut
speciem legationi adiceret, et Q. Fabium—uxoris Quincti
sororis filius erat—et Q. Fuluium et Ap. Claudium misit.

Ut uentum Romam est, prius sociorum legati quam regis **37**
auditi sunt. Cetera eorum oratio conuiciis regis consumpta
est: mouerunt eo maxime senatum demonstrando maris ter- 2
rarumque regionis eius situm ut omnibus appareret si Deme- 3
triadem in Thessalia, Chalcidem in Euboea, Corinthum in
Achaia rex teneret, non posse liberam Graeciam esse et ipsum 4
Philippum non contumeliosius quam uerius compedes eas
Graeciae appellare. Legati deinde regis intromissi; quibus 5
longiorem exorsis orationem breuis interrogatio cessurusne
iis tribus urbibus esset sermonem incidit, cum mandati sibi de
iis nominatim negarent quicquam. Sic infecta pace regii di-
missi: Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permissum.
Cui ut satis apparuit non taedere belli senatum, et ipse uicto- 6
riae quam pacis auidior neque conloquium postea Philippo

7 ratum] *hic B*: *post* eorum ϕ *mg*: *om.* χ senatus *B*: se non χ
8 caperetur *B*: -rentur χ 10 legationi *Gron.*: -nis $B\chi$ et (Q.) *B*: *om.* χ
37. 1 regis *V*: -iis $B\chi$ 2 eo *B*: eum χ, *inde* eo *Edd. uet.*, *secl. Gron.*: uero *Drak.*: cum *Weissenb.*, *sic melius* tum; *sed cum 'cetera oratio' nihil ualeret*, *pertinet* maxime *minus ad* mouerunt (*ut* 27. 7. 3, 39. 24. 7) *quam ad 'id quod tandem demonstrauerunt'*, *unde* mouerunt eo maxime (*sc. 'ea maxime re'*, *dein* demonstrando *in Apposit.*, *durius quidem quam cum 'ea re'*, *sed hoc loco satis apte* 6 Cui *Crévier*: quod $B\chi$: quo *Gron.*

dedit neque legationem aliam quam quae omni Graecia decedi nuntiaret admissurum dixit.

38 Philippus cum acie decernendum uideret et undique ad se contrahendas uires, maxime de Achaiae urbibus, regionis ab se diuersae, et magis tamen de Argis quam de Corintho
2 sollicitus, optimum ratus Nabidi eam Lacedaemoniorum tyranno uelut fiduciariam dare ut uictori sibi restitueret, si quid aduersi accidisset ipse haberet, Philocli, qui Corintho Argisque praeerat, scribit ut tyrannum ipse conueniret.
3 Philocles praeterquam quod iam ueniebat cum munere adicit, ad pignus futurae regi cum tyranno amicitiae, filias
4 suas regem Nabidis filiis matrimonio coniungere uelle. Tyrannus primo negare aliter urbem eam se accepturum nisi Argiuorum ipsorum decreto accersitus ad auxilium urbis
5 esset, deinde, ut frequenti contione non aspernatos modo sed abominatos etiam nomen tyranni audiuit, causam se spoliandi eos nactum ratus, tradere ubi uellet urbem Philoclen iussit.
6 Nocte ignaris omnibus acceptus in urbem est tyrannus: prima
7 luce occupata omnia superiora loca portaeque clausae. Paucis principum inter primum tumultum elapsis, eorum absentium direptae fortunae; praesentibus aurum atque argentum abla-
8 tum, pecuniae imperatae ingentes. Qui non cunctanter contulere, sine contumelia et laceratione corporum dimissi; quos occulere aut retrahere aliquid suspicio fuit, in seruilem modum
9 lacerati atque extorti. Contione inde aduocata rogationes promulgauit, unam de tabulis nouis, alteram de agro uiritim diuidendo, duas faces nouantibus res ad plebem in optimates accendendam.

38. 1 Argis χ: agris *B*; *sic infra* Argisque 2 quid χ: *om. B* 3 regi *B Frob. 2*: -is χ 5 Philoclen iussit *B Sp* (-em): philocl(-od)enium sit ϕ, -eum sic ψ 6 occupata *B*: -pat χ 7 principum] -um χ: -ium *BEN* tumultum] *hic B*: *ante* inter χ 8 lacerati atque χ: -ratque *B* extorti *B*χ: torti *Cobet*; *sed cf.* 34. 25. 8 9 rogationes *Crévier*: -em *B*χ accendendam] accend- χ: acced- *B*

Postquam in potestate Argiuorum ciuitas erat, nihil eius 39
memor tyrannus a quo eam ciuitatem et in quam con-
dicionem accepisset, legatos Elatiam ad Quinctium et ⟨ad⟩ 2
Attalum Aeginae hibernantem mittit qui nuntiarent Argos
in potestate sua esse: eo si ueniret Quinctius ad conloquium,
non diffidere sibi omnia cum eo conuentura. Quinctius ut eo 3
quoque praesidio Philippum nudaret cum adnuisset se uen-
turum, mittit ad Attalum ut ab Aegina Sicyonem sibi occur-
reret; ipse ab Anticyra decem quinqueremibus quas iis forte 4
ipsis diebus L. Quinctius frater eius adduxerat ex hibernis
Corcyrae Sicyonem tramisit. Iam ibi Attalus erat; qui cum 5
tyranno ad Romanum imperatorem, non Romano ad tyran-
num eundum diceret, in sententiam suam Quinctium traduxit
ne in urbem ipsam Argos iret. Haud procul urbe Mycenica 6
uocatur: in eo loco ut congrederentur conuenit. Quinctius 7
cum fratre et tribunis militum paucis, Attalus cum regio
comitatu, Nicostratus Achaeorum praetor cum auxiliaribus
paucis uenit. Tyrannum ibi cum omnibus copiis opperientem 8
inuenerunt. Progressus armatus cum satellitibus armatis est
in medium fere interiacentis campi: inermis Quinctius cum
fratre et duobus tribunis militum, inermi item regi praetor
Achaeorum et unus ex purpuratis latus cingebant. Initium 9
sermonis ab excusatione tyranni ortum quod armatus ipse
armatisque saeptus, cum inermes Romanum imperatorem
regemque cerneret, in conloquium uenisset: neque enim se
illos timere dixit sed exules Argiuorum. Inde ubi de con- 10
dicionibus amicitiae coeptum agi est, Romanus duas postulare
res, unam ut bellum cum Achaeis finiret, alteram ut aduersus 11

39. 2 Elatiam χ: [*spat. v litt.*] iam *B* ⟨ad⟩ *suppl. Madv.* Quinctius χ: -tium *B* 6 urbe Mycenica *B* (mic-) *Sp*: urbem yc- χ: *ante* Haud *coni.* regio *M. Müller*, *post* urbe *suppl.* ⟨uicus est qui⟩ *Novák*, *non necess.* (*u. Madv. Em. p. 463*) 7 et (trib.) *Dett.*: *om.* *B*χ 8 tribunis χ: *om.* *B* inermi] -i *B*: -is χ: -es *Sp?* regi *Frob. 1*: -ii *B*χ 9 regemque χ: *om.* que *B*

Philippum mitteret secum auxilia. Ea se missurum dixit; pro pace cum Achaeis indutiae impetratae, donec bellum cum Philippo finiretur.

40 De Argis quoque disceptatio ab Attalo rege est mota, cum fraude Philoclis proditam urbem ui ab eo teneri argueret,
2 ille ab ipsis Argiuis se defenderet accitum. Contionem rex Argiuorum postulabat ut id sciri posset, nec tyrannus abnuere; sed deductis ex urbe praesidiis liberam contionem non immixtis Lacedaemoniis declaraturam quid Argiui uellent
3 praeberi debere dicebat rex: tyrannus negauit deducturum.
4 Haec disceptatio sine exitu fuit. De conloquio discessum sescentis Cretensibus ab tyranno datis Romano indutiisque inter Nicostratum praetorem Achaeorum et Lacedaemoniorum tyrannum in quattuor menses factis.

5 Inde Quinctius Corinthum est profectus et ad portam cum Cretensium cohorte accessit, ut Philocli praefecto urbis
6 appareret tyrannum a Philippo descisse. Philocles et ipse ad imperatorem Romanum in conloquium uenit hortantique ut extemplo transiret urbemque traderet ita respondit ut distu-
7 lisse rem magis quam negasse uideretur. A Corintho Quinctius Anticyram traiecit, inde fratrem ad temptandam Acarna-
8 num gentem misit. Attalus ab Argis Sicyonem est profectus. Ibi et ciuitas nouis honoribus ueteres regis honores auxit et rex ad id quod sacrum Apollinis agrum grandi quondam
9 pecunia redemerat iis, tum quoque ne sine aliqua munificentia praeteriret ciuitatem sociam atque amicam, decem talenta argenti dono dedit et decem milia medimnum fru-
10 menti; atque ita Cenchreas ad naues redit. Et Nabis firmato praesidio Argis Lacedaemonem regressus, cum ipse uiros

39. 11 ea χ: *om. B*

40. 1 mota *B*: nata χ defenderet *B*ϕ: -dere ψ 4 et (Lac.) ψ: *om. B*ϕ in *B*: *om.* χ 5 appareret] -eret ϕ*L*: -aret *B*ψ 6 hortantique χ: -atique *B*

spoliasset, ad feminas spoliandas uxorem Argos remisit. Ea 11
nunc singulas inlustres, nunc simul plures genere inter se iunctas domum accersendo blandiendoque ac minando non aurum modo iis sed postremo uestem quoque mundumque omnem muliebrem ademit.

11 domum χ: *om. B*

Subscr.: Titi Liui ab urbe condita liber xxxii explicit incipit liber xxxiii feliciter *BAN* (*om.* feliciter *AN*), *ap. A corr.* xxxii *in* xxxxiii, *infra* xxxiii *in* xxxxiiii A^2 (*u. Praef.* § 111); *dein ut ex sua quisque formula* (*cf. Lib.* 31 *Subscr.*): . . . liber tertius incipit *E*: Explicit liber xxxii . . . liber xxxiii incipit de bello Macedonico liber iii fel. *L*: . . . liber secundus explic̄ incipit liber tertius *V*; *deest in P. In AELNPV deficit Lib.* 33

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBER XXXIII

1 HAEC per hiemem gesta. Initio autem ueris Quinctius Attalo
Elatiam excito Boeotorum gentem incertis ad eam diem
animis fluctuantem dicionis suae facere cupiens, profectus
per Phocidem quinque milia ab Thebis, quod caput est
2 Boeotiae, posuit castra. Inde postero die ⟨cum⟩ unius signi
militibus et Attalo legationibusque quae frequentes undique
conuenerant pergit ire ad urbem, iussis legionis hastatis—ea
duo milia militum erant—sequi se mille passuum interuallo
3 distantibus. Ad medium ferme uiae Boeotorum praetor
Antiphilus obuius fuit; cetera multitudo e muris aduentum
4 imperatoris Romani regisque prospeculabatur. Rara arma
paucique milites circa eos apparebant; hastatos sequentes
procul anfractus uiarum uallesque interiectae occulebant.
5 Cum iam adpropinquaret urbi, uelut obuiam egredientem
turbam salutaret, tardius incedebat: causa erat morae ut
6 hastati consequerentur. Oppidani, ante lictorem turba acta,

1. 1–**17.** 6 *Exstat solus B; Ed. pr. Romae 1616 ed. Lusignanus* (*Rom.*), *em. Bartholinus et Quaerengius* (*Rom. mg.*); *Ed. Paderb. 1617, corr. Horrion* (*Pad.*)

1. 1 Boeotorum *Gron.*: -tiorum *B*, *sic saepe* facere *Rom.*: pace re- *B* 2 ⟨cum⟩ *suppl. Rom.* legionis B^1 (re- *B*): legionum *Drak.*, *iam* ⟨duarum⟩ leg- *Crévier; sed sufficit una legio maior, sc.* 5000–5200 *ped.*, *ut auctore Polybio* (*cf. Polyb.* 6. 20. 8, 21. 9–10); *ante coni.* ⟨unius⟩ *uel legionis numerum Weissenb.*: legion⟨ari⟩is *Walch*, *uix necess.*; *u. c.* 4. 6 *adn.* distantibus] -ibus *Gron.*: -is *B* (*i.e. ex* -ib.); *cf.* 24. 47. 13, 43. 18. 11 3 medium *Rom.*: -io *B* 5 urbi *Rom.*: turbae *B* 6 lictorem] -em *B*: -es *Kreyssig*: -um *Gron.*, *inde* acti; *sed* turba *de 'oppidanis'*, ante lictorem *ex formula*

insecutum confestim agmen armatorum non ante quam ad
hospitium imperatoris uentum est conspexere. Tum uelut pro- 7
dita dolo Antiphili praetoris urbe captaque obstipuerunt omnes;
et apparebat nihil liberae consultationis concilio quod in diem
posterum indictum erat Boeotis relictum esse. Texerunt do- 8
lorem quem et nequiquam et non sine periculo ostendissent.

In concilio Attalus primus uerba fecit. Orsus a maiorum **2**
suorum suisque et communibus in omnem Graeciam et pro-
priis in Boeotorum gentem meritis, senior iam et infirmior 2
quam ut contentionem dicendi sustineret, obmutuit et con-
cidit; et dum regem auferunt reficiuntque parte membrorum 3
captum, paulisper contio intermissa est. Aristaenus inde 4
Achaeorum praetor eo cum maiore auctoritate auditus quod
non alia quam quae Achaeis suaserat Boeotis suadebat. Pauca 5
ab ipso Quinctio adiecta, fidem magis Romanam quam arma
aut opes extollente uerbis. Rogatio inde a Plataeensi Dicae- 6
archo lata recitataque ⟨de societate⟩ cum Romanis iungenda,
nullo contra dicere audente, omnium Boeotiae ciuitatum
suffragiis accipitur iubeturque. Concilio dimisso Quinctius 7
tantum Thebis moratus quantum Attali repens casus coegit,
postquam non uitae praesens periculum uis morbi attulisse 8
sed membrorum debilitatem uisa est, relicto eo ad cura-
tionem necessariam corporis, Elatiam unde profectus erat
redit, Boeotis quoque sicut prius Achaeis ad societatem ad- 9
scitis et, quoniam tuta ea pacataque ab tergo relinquebantur,
omnibus iam cogitationibus in Philippum et quod reliquum
belli erat conuersis.

6 non ante *Rom*: nouante *B* 8 Texerunt B^1 (terer- *B*): *add.* tamen *Rom. mg. Gron.*, *non necess.*

2. 2 senior *Gron.*: segnior *B*; *cf. Plut.*, *Flam. 6* 3 reficiuntque *Gron.*: perfecuntque *B*, perferuntque *Rom.*, *sic post* captum *add.* in hospitium *Novák*; *sed cf.* 39. 49. 5 4 Aristaenus *Rom. mg.*: -thenus *B*; *cf.* 32. 19. 2 6 a Plataeensi *Rom. mg.*: ablata ensi *B* ⟨de societate⟩ *suppl. Rom. mg.* dicere *Rom. mg.*: ad- *B* 9 quoniam] quō *B*: quando *Rom. mg.*; *cf. cc.* 6. 5, 43. 2, 45. 2

3 Philippus quoque primo uere, postquam legati ab Roma nihil pacati rettulerant, dilectum per omnia oppida regni
2 habere instituit in magna inopia iuniorum. Absumpserant
3 enim per multas iam aetates continua bella Macedonas; ipso quoque regnante et naualibus bellis aduersus Rhodios Attalumque et terrestribus aduersus Romanos ceciderat magnus
4 numerus. Ita et tirones ab sedecim annis milites scribebat, et emeritis quidam stipendiis, quibus modo quicquam reliqui
5 roboris erat, ad signa reuocabantur. Ita suppleto exercitu secundum uernum aequinoctium omnes copias Dium contraxit ibique statiuis positis exercendo cotidie milite hostem
6 opperiebatur. Et Quinctius per eosdem ferme dies ab Elatia profectus praeter Thronium et Scarpheam ad Thermopylas
7 peruenit. Ibi concilium Aetolorum Heracleam indictum tenuit consultantium quantis auxiliis Romanum ad bellum
8 sequerentur. Cognitis sociorum decretis tertio die ab Heraclea Xynias praegressus in confinio Aenianum Thessalorumque
9 positis castris Aetolica auxilia opperiebatur. Nihil morati Aetoli sunt: Phaenea duce sex milia peditum cum equitibus quadringentis uenerunt. Ne dubium esset quid expectasset,
10 confestim Quinctius mouit castra. Transgresso in Phthioticum agrum quingenti Gortynii Cretensium, duce Cydante, et trecenti Apolloniatae haud dispari armatu se coniunxere, nec ita multo post Amynander cum Athamanum peditum ducentis et mille.

11 Philippus cognita profectione ab Elatia Romanorum, ut

3. 7 tenuit] *ante coni.* eum *Duker* (*cf.* 35. 42. 2); *sed cf.* 34. 39. 7 8 Aenianum *Rom.*: -auum *B*; *cf.* 28. 5. 15 9 Phaenea *Rom. mg.*: phan- *B*, *sic cc.* 12. 12, 13. 5 sex milia peditum *scripsi*, *ut coni. Drak.*: sescenti pedites *B* (*sc.* ðc, *unde* ducenti *Rom. falso*, *coni.* duo milia *Rom. mg.*, *fort. conl. c.* 7. 7); *uerum cf. Plut.*, *Flam.* 7 ἑξακισχιλίους, *auctore quoque Polybio*; *neque enim sufficit numerus minor*, *ut de proelio ap. Liuium uidetur*, *neque scribi debet nisi in c.* 4. 6 equitum (*Gron.*) *legitur; sed u. ad loc. De* ðc *ex* ɔɔɔ∞ *corrupto cf.* 32. 7. 4 *adn.* 10 haud *Rom.*: aut *B*

cui de summa rerum adesset certamen, adhortandos milites
ratus, multa iam saepe memorata de maiorum uirtutibus 12
simul de militari laude Macedonum cum disseruisset, ad ea
quae tum maxime animos terrebant quibusque ⟨erigi⟩ ad
aliquam spem poterant uenit. Acceptae ad Aoum flumen **4**
in angustiis cladi ⟨i⟩terum a Macedonum phalange ad
Atragem ui pulsos Romanos opponebat: et illic tamen, 2
ubi insessas fauces Epiri non tenuissent, primam culpam
fuisse eorum qui neglegenter custodias seruassent, secundam 3
in ipso certamine leuis armaturae mercennariorumque
militum; Macedonum uero phalangem et tunc stetisse et
loco aequo iustaque pugna semper mansuram inuictam.
Decem et sex milia militum haec fuere, robur omne uirium 4
eius regni; ad hoc duo milia caetratorum, quos peltas⟨tas⟩
appellant, Thracumque et Illyriorum—Tralles est nomen
genti—par numerus, bina milia erant, et mixti ex pluribus 5
gentibus mercede conducti auxiliares mille ferme et quingenti
et duo milia equitum. Cum iis copiis rex hostem opperie-
batur. Romanis ferme par numerus erat; qui tum copiis 6
tantum quod Aetoli accesserant superabant.

12 ad ea quae *Rom. mg.*: de re *B* terrebant *B*: tenebant *Jacobs; cf.* 31. 34. 5 ⟨erigi⟩ *suppl. Rom. mg.*: *spat. v litt. B*

4. 1 Aoum *Pad.*: aouum *B* ⟨i⟩terum a *scripsi, ut coni. Weissenb.*: terra *B, add.* a *Pad.*: territa *Rom. mg., sed cf.* § 3: ter a *Gron. ex Pad. mg. Edd., sed tantum 'bis', cf.* 32. 17. 8 *et* 11, *sic de litteris fort.* ⟨pari⟩ter a: interim (*uel* interea) a *M. Müller; melius uero* iterum *uidetur, sc. uel 'bis' ad* pulsos *uel libere 'rursus' de pugnando* Atragem *B*: Atracem *Rom. mg.; u.* 32. 15. 8 *adn.* 4 peltas⟨tas⟩ *Rom. mg.*: peltas *B, cf.* 31. 36. 1 *adn.* Tralles] trailis *B, sic correxi* (*sc. Nom.*): Trallibus *coni. Drak.* (*sic.* -ib.) *bene*: Trallis (*Dat.*) *Gron. male* (*non* Tralli *sed* Tralles *uocantur, cf.* 27. 32. 4, 31. 35. 1, 38. 21. 2); *ad Nom. cf.* 1. 1. 4, 25. 28. 5; *unde infra* gentis *B, corr.* -ti *Rom. mg.* 6 qui tum *B*: equitum *Gron. Edd.* (*cf. c.* 7. 13), *falsa ratione; nam de Philippi exercitu cf. c.* 4. 4–5, *sc.* 23,500 *ped.* 2,000 *eq.; de exercitu Romano cf. c.* 1. 2 *adn., unde duas legiones 'maiores' ponimus, sc.* 10,000–10,400 *ped. Rom., ut auctore Polybio, item aequum numerum ped. soc. Lat. nom.* (*cf. Polyb.* 6. 26. 7), *item circ.* 2,000 *eq. Rom. et soc., cum auxi-*

(*ad paginam proximam*)

5 Quinctius ad Thebas Phthioticas castra cum mouisset, spem nactus per Timonem principem ciuitatis prodi urbem, cum paucis equitum leuisque armaturae ad muros successit.
2 Ibi adeo frustrata spes est ut non certamen modo cum erumpentibus sed periculum quoque atrox subiret, ni castris exciti repente pedites equitesque in tempore subuenissent.
3 Et postquam nihil conceptae temere spei succedebat, urbis quidem amplius temptandae in praesentia conatu absistit;
4 ceterum satis gnarus iam in Thessalia regem esse, nondum comperto quam in regionem uenisset, milites per agros dimissos uallum caedere et parare iubet.

5 Vallo et Macedones et Graeci usi sunt, sed usum nec ad commoditatem ferendi nec ad ipsius munitionis firmamen-
6 tum aptauerunt; nam et maiores et magis ramosas arbores caedebant quam quas ferre cum armis miles posset, et cum castra his ante obiectis saepsissent, facilis molitio eorum ualli
7 erat. Nam et quia rari stipites magnarum arborum eminebant multique et ualidi rami praebebant quod recte manu capere-
8 tur, duo aut summum tres iuuenes conixi arborem unam euellebant, qua euulsa portae instar extemplo patebat, nec
9 in promptu erat quod obmolirentur. Romanus leues et bifurcos plerosque et trium aut cum plurimum quattuor ramorum uallos caedit, ut et suspensis ab tergo armis ferat

liaribus 2,000 *ped.* (*c.* 3. 10), *sc.* 22,000–22,800 *ped.* 2,000 *eq.; id quod Philippi exercitui numerum 'ferme parem' praebet, adhuc exceptis Aetolis: ad supplendum sane sufficit Aetolorum numerus 'sescenti', nimium ualet 'sex milia' nisi Flamininus in praesidiis quinque milia de exercitu suo reliquit; neque tamen imperator Romanus tanto aciem iustam minuit* (*cf.* 37. 39. 7–9). *Sed addendi, non in numero habendi* (*ut Plut., Flam.* 7) *sunt Aetoli, qui 'accesserant', ita ut Romani tanto fere numero 'superarent'* (*cf.* 29. 30. 8); *nam Liuius* qui tum *ad* Romanis *scripsit* (*sic B, male coni.* equitum *Gron. Edd.*), *ad rem ualet numerus 'sex milia'* (*c.* 3. 9: *hic recte Plut.*) superabant *Pad.*: -bat *B*

5. 1 Thebas Phth- *Rom.*: athebas pth- *B* 6 saepsissent *Rom. mg.*: saepi- *B* 7 et (quia) *B*: *secl. Madv.; sed cf.* § 8 nec 9 et (trium) *B*: uel *Freinsheim* (*conl. Polyb.* 18. 18. 7)

plures simul apte miles; et ita densos obfigunt implicantque 10
ramis ut neque ⟨quis cuiusque palmae stipes neque⟩ quae
cuiusque stipitis palma sit peruideri possit; et adeo acuti 11
aliusque per alium immissi rami locum ad inserendam
manum non relinquunt ut neque prehendi quod trahatur
neque trahi, cum inter se innexi rami uinculum in uicem 12
praebeant, possit; et si euulsus forte est unus, nec loci multum aperit et alium reponere perfacile est.

Quinctius postero die uallum secum ferente milite ut 6
paratus omni loco castris ponendis esset, progressus modicum 2
iter sex ferme milia a Pheris cum consedisset, speculatum in
qua parte Thessaliae hostis esset quidue pararet misit. Circa 3
Larisam erat rex. Certior iam factus Romanum ab Thebis
Pheras mouisse, defungi quam primum et ipse certamine
cupiens ducere ad hostem pergit et quattuor milia fere a
Pheris posuit castra. Inde postero die cum expediti utrimque 4
ad occupandos super urbem tumulos processissent, pari
ferme interuallo ab iugo quod capiendum erat, cum inter se
conspecti essent, constiterunt, nuntios in castra remissos qui 5
quid sibi, quoniam praeter spem hostis occurrisset, faciendum
esset consulerent, quieti opperientes. Et illo quidem die nullo 6
inito certamine in castra reuocati sunt; postero die circa
eosdem tumulos equestre proelium fuit, in quo non minimum
Aetolorum opera regii fugati atque in castra compulsi sunt.
Magnum utris⟨que⟩ impedimentum ad rem gerendam fuit 7
ager consitus crebris arboribus hortique, ut in suburbanis
locis, et coartata itinera maceriis et quibusdam locis interclusa. Itaque pariter ducibus consilium fuit excedendi ea 8

10 ramis] -is *Weissenb.*: -os *B*; *sed adhuc de 'uallis'* ⟨quis . . . neque⟩ *suppl. Crévier, ex Polyb. l.c.* § 12 11 adeo *B*: *secl. Ussing*; *sed cf.* non relinquunt ut rami *Madv.*: radii *B* 12 praebeant *Rom.*: -bent *B*

6. 3 Circa *Rom.*: cirts *B*: citra *coni. Weissenb.* 5 quoniam] *u. c.* 2. 9 *adn.* 6 minimum *B*: -ma *Gron.* 7 utris⟨que⟩] utris *B*, *suppl.* que *Rom.*

regione, et uelut ex praedicto ambo Scotusam petierunt,
Philippus spe frumentandi inde, Romanus ut praegressus
9 corrumperet hosti frumenta. Per diem totum, quia colles
perpetuo iugo intererant, nullo conspecta inter se loco agmina
10 ierunt. Romani ⟨ad⟩ Eretriam Phthiotici agri, Philippus super
11 amnem Onchestum posuit castra. Ne postero quidem die,
cum Philippus ad Melambium quod uocant Scotusae⟨i⟩ agri,
Quinctius circa Thetideum Pharsaliae terrae posuisset castra,
aut hi aut illi ubi hostis esset satis compertum habuerunt.
12 Tertio die primo nimbus effusus, dein caligo nocti simillima
Romanos metu insidiarum tenuit.

7 Philippus maturandi itineris causa, post imbrem nubibus
2 in terram demissis nihil deterritus, signa ferri iussit; sed tam
densa caligo occaecauerat diem ut neque signiferi uiam nec
signa milites cernerent, agmen ad incertos clamores uagum
3 uelut errore nocturno turbaretur. Supergressi tumulos qui
Cynoscephalae uocantur, relicta ibi statione firma peditum
4 equitumque, posuerunt castra. Romanus iisdem ad Theti-
deum castris cum se tenuisset, exploratum tamen ubi hostis
esset decem turmas equitum et mille pedites misit monitos
ut ab insidiis, quas dies obscurus apertis quoque locis tecturus
5 esset, praecauerent. Vbi uentum ad insessos tumulos est,
pauore mutuo iniecto uelut torpentes quieuerunt; dein
nuntiis retro in castra ad duces missis, ubi primus terror ab
necopinato uisu consedit, non diutius certamine abstinuere.
6 Principio a paucis procurrentibus lacessita pugna est, deinde
subsidiis tuentium pulsos aucta. In qua cum haudquaquam

6. 8 Scotusam *B*, *cf.* § 11; *u.* 28. 5. 12 *adn.*, *Polyb.* 10. 42. 3 *B.-W. adn.* praegressus] prae- *Gron.*: pro- *B* 10 ⟨ad⟩ *suppl. Rom. mg.* 11 Melambium *Rom. mg.* (*cf. Polyb.* 18. 20. 6): melandium B^1, -dum *B* Scotusae⟨i⟩] -sae *B*, *corr. Gron.* Thetideum *Pad.*: -dem *B; cf. c.* 7. 4 habuerunt] *ante add.* haut *B*: *del. Rom. mg.* 12 nocti *Kreyssig*: -is *B*

7. 6 tuentium *Doujat*: -tum *B* (*cf.* 4. 30. 8); *u.* 27. 13. 10 *adn.* pulsos *Rom. mg.*: plilsis *B*

pares Romani alios super alios nuntios ad ducem mitterent
premi sese, quingenti equites et duo milia peditum, maxime 7
Aetolorum, cum duobus tribunis militum propere missa rem
inclinatam restituerunt, uersaque fortuna Macedones labo- 8
rantes opem regis per nuntios implorabant. Rex, ut qui nihil
minus illo die propter offusam caliginem quam proelium
expectasset, magna parte hominum omnis generis pabulatum
missa, aliquamdiu inops consilii trepidauit; deinde, postquam 9
nuntii instabant, et iam iuga montium detexerat nebula, et in
conspectu erant Macedones in tumulum maxime editum inter
alios compulsi loco se magis quam armis tutantes, commit- 10
tendam rerum summam in discrimen utcumque ratus, ne
partis indefensae iactura fieret, Athenagoram ducem mercede 11
militantium cum omnibus praeter Thracas auxiliis et equitatu
Macedonum ac Thessalorum mittit. Eorum aduentu depulsi 12
ab iugo Romani non ante restiterunt quam in planiorem
uallem peruentum est. Ne effusa detruderentur fuga pluri- 13
mum in Aetolis equitibus praesidii fuit. Is longe tum optimus
eques in Graecia erat; pedite inter finitimos uincebantur.

Laetior res quam pro successu pugnae nuntiata, cum alii 8
super alios recurrentes ex proelio clamarent fugere pauidos
Romanos, inuitum et cunctabundum et dicentem ⟨Philippum⟩ 2
temere fieri, non locum sibi placere, non tempus, perpulit ut
educeret omnes copias in aciem. Idem et Romanus, magis 3
necessitate quam occasione pugnae inductus, fecit. Dextrum
cornu elephantis ante signa instructis in subsidiis reliquit;
laeuo cum omni leui armatura in hostem uadit, simul ad- 4
monens cum iisdem Macedonibus pugnaturos quos ad Epiri
fauces, montibus fluminibusque saeptos, uicta naturali diffi-

8 Rex *Jacobs*: sed *B* offusam *Gron.*: eff- *B*; *cf.* 22. 19. 6 *adn.*, 43. 11
9 detexerat *Rom.*: dexter erat *B* 12 non ante *Rom.*: nouante *B*, *cf.* *c.* 1. 6 restiterunt *Rom. mg.*: -ituerunt *B*
8. 2 ⟨Philippum⟩ *suppl. Weissenb.*, ⟨regem⟩ *Hertz*: *spat. ix litt. B*

5 cultate locorum expulissent acieque expugnassent, cum iis quos P. Sulpicii prius ductu obsidentes in Eordaeam aditum uicissent: fama stetisse, non uiribus Macedoniae regnum;
6 eam quoque famam tandem euanuisse. Iam peruentum ad suos in ima ualle stantes erat, qui aduentu exercitus imperatorisque pugnam renouant impetuque facto rursus auertunt
7 hostem. Philippus cum caetratis et cornu dextro peditum, robore Macedonici exercitus, quam phalangem uocabant,
8 prope cursu ad hostem uadit; Nicanori, ex purpuratis uni, ut
9 cum reliquis copiis confestim sequatur imperat. Primo, ut in iugum euasit et iacentibus ibi paucis armis corporibusque hostium proelium eo loco fuisse pulsosque inde Romanos et pugnari prope castra hostium uidit, ingenti gaudio est elatus;
10 mox refugientibus suis et terrore uerso paulisper incertus an
11 in castra reciperet copias trepidauit; deinde ut adpropinquabat hostis et, praeterquam quod caedebantur auersi nec nisi defenderentur seruari poterant, ne ipsi quidem in tuto
12 iam receptus erat, coactus nondum adsecuta parte suorum periculum summae rerum facere, equites leuemque armaturam qui in proelio fuerant dextero in cornu locat iuxta
13 caetratos, Macedonum phalangem hastis positis, quarum
14 longitudo impedimento erat, gladiis rem gerere iubet. Simul

8. 5 in Eordaeam aditum *Kreyssig*, *iam* Eordaeae aditum *Gron.*: in eodem aditu *B*; *cf.* 31. 39. 7, *Polyb.* 18. 23. 3 6 in ima *B*: in⟨f⟩ima *coni. R. M. Ogilvie* (*cf.* 1. 45. 6, 7. 34. 3) *scite; sed praebet Liuius utrumque* (*cf.* 1. 38. 6 *et* 33. 17. 8; *item* 9. 35. 1 *et* 38. 20. 9); *hic pugnam sermone communi descripsit* (*cf.* 44. 35. 23); *u. Löfstedt, Syntactica ii, p. 348* 7 prope *Kreyssig*: propere *B*, -ero *Rom.; cf. c.* 33. 1 8 confestim *Rom.*: -fertim *B*, *sic saepe* 12 locat iuxta caetratos *scripsi*: locatus caetratas *B*: locat caetratos et *Rom. mg.*, *bene si Liuius contextum* (*cf. Polyb.* 18. 24. 8–9) *turbauit, sed posteriora* (*sc. de 'hastis longis'*) *potius ad solam phalangem rettulit, tantum de uerbo καταβαλοῦσι errauit*: locat ⟨in sinistro⟩ caetratos *coni. Weissenb.*, *sic sed* in sin. *post* caetr. *H. J. Müller*, *neque tamen cornu iustum creare licet, cf. c.* 9. 3: locat super (*uel* post) caetratos *Harant*, *sic iam* cum caetratis *Lachmann*, *sed ex* (locat)us *ante* ca- *malim* iuxta; *cf.* § 7 *et Polyb. l.c.* § 9 τοῖς δ' εὐζώνοις κεραῦν

ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte demptum introrsus porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius quam lata acies esset; simul et densari ordines iussit, ut uir uiro, arma armis iungerentur.

Quinctius iis qui in proelio fuerant inter signa et ordines **9**
acceptis tuba dat signum. Raro alias tantus clamor dicitur 2
in principio pugnae exortus; nam forte utraque acies simul conclamauere nec solum qui pugnabant sed subsidia etiam quique tum maxime in proelium ueniebant. Dextero cornu 3
rex loci plurimum auxilio, ex iugis altioribus pugnans, uincebat; sinistro tum cum maxime adpropinquante phalangis parte quae nouissimi agminis fuerat, sine ullo ordine trepidabatur; media acies, quae propior dextrum cornu erat, 4
stabat spectaculo uelut nihil ad se pertinentis pugnae intenta. Phalanx, quae uenerat agmen magis quam acies aptiorque 5
itineri quam pugnae, uixdum in iugum euaserat. In hos in- 6
compositos Quinctius, quamquam pedem referentes in dextro cornu suos cernebat, elephantis prius in hostem actis impetum facit, ratus partem profligatam cetera tracturam. Non dubia 7
res fuit; extemplo terga uertere Macedones, terrore primo bestiarum auersi. Et ceteri quidem hos pulsos sequebantur; unus e tribunis militum ex tempore capto consilio cum 8
uiginti signorum militibus, relicta ea parte suorum quae haud dubie uincebat, breui circuitu dextrum cornu hostium auersum inuadit. Nullam aciem ab tergo adortus non turbasset; 9
ceterum ad communem omnium in tali re ⟨tre⟩pidationem accessit quod phalanx Macedonum grauis atque immobilis 10

14 dimidium . . . demptum *B*: -dio . . . -to *Wesenberg; dure quidem sed satis apte per brachylogiam* dimidium . . . (*sc.* '*aciem*') duplicat (*ex Polyb.* διπλασιάζειν τὸ βάθος)

9. 6 dextro *B*: sinistro *Gron.*: altero *Perizonius; cf. c.* 8. 3, *sed etiam nunc tamquam ab hoste stat Liuius* 8 ex tempore *Duker*: extemplo *B* 9 re ⟨tre⟩pidationem *Rom.*: reparatiorem *B*: re ⟨des⟩perationem *Walter*; *sed cf.* 27. 1. 8 *adn.*, 44. 38. 11

nec circumagere se poterat nec hoc qui a fronte paulo ante pedem referentes tunc ultro territis instabant patiebantur.
11 Ad hoc loco etiam premebantur, quia iugum ex quo pugnauerant dum per procliue pulsos insequuntur tradiderant hosti ad terga sua circumducto. Paulisper in medio caesi, deinde omissis plerique armis capessunt fugam.

10 Philippus cum paucis peditum equitumque primo tumulum altiorem inter ceteros cepit ⟨unde⟩ specularetur quae in
2 laeua parte suorum fortuna esset; deinde postquam fugam effusam animaduertit et omnia circa iuga signis atque armis
3 fulgere, tum et ipse acie excessit. Quinctius cum institisset cedentibus, repente quia erigentes hastas Macedonas conspexerat, quidnam pararent incertus paulisper nouitate rei
4 constituit signa; deinde, ut accepit hunc morem esse Macedonum tradentium sese, parcere uictis in animo habebat.
5 Ceterum ab ignaris militibus omissam ab hoste pugnam et quid imperator uellet impetus in eos est factus et primis
6 caesis ceteri in fugam dissipati sunt. Rex effuso cursu Tempe petit. Ibi ad Gonnos diem unum substitit ad excipiendos si qui proelio superessent. Romani uictores in castra hostium spe praedae ⟨inrumpunt⟩: ea magna iam ⟨ex parte⟩ direpta ab
7 Aetolis inueniunt. Caesa eo die octo milia hostium, ⟨quinque⟩
8 capta; ex uictoribus septingenti ferme ceciderunt. Si Valerio qui credat omnium rerum immodice numerum augenti, quadraginta milia hostium eo die sunt caesa, capta—ibi modestius mendacium est—quinque milia septingenti, signa

9. 10 hoc *Rom. mg.*: hos *B*

10. 1 ⟨unde⟩ *suppl. Pad.*, ut *Rom.*: *spat. iv litt. B* 2 tum B^1 (om. *B*), *cf.* 3. 66. 5: hostium *Jacobs bene* (*iam* Romanis *Gron.*, *cf. Polyb.* 18. 26. 8) *sed uix necess.* 3 nouitate *Rom.*: -em *B*, *suppl.* per *Kreyssig*, propter *Jacobs* 4 animo *Rom. mg.*: -mum *B* 6 ⟨inrumpunt⟩ *suppl. ed. Par. 1625*, *sic add.* sed *Rossbach*: *spat. xii litt. B*: irruunt uerum *Rom. mg.* ⟨ex parte⟩ *suppl. Rom. mg.*: *spat. viii litt. B* 7 ⟨quinque⟩ *suppl. Rom. mg.* (*sc.* .v.): *spat. ii litt. B; cf. Polyb.* 18. 27. 6 8 Valerio *Rom. mg.*: uario *B* qui *B*: quis *Rom. mg.; sed u.* 29. 21. 7 *adn.*

militaria ducenta undequinquaginta. Claudius quoque duo et 9
triginta milia hostium caesa scribit, capta quattuor milia et tre-
centos. Nos non minimo potissimum numero credidimus sed 10
Polybium secuti sumus, non incertum auctorem cum omnium
Romanarum rerum tum praecipue in Graecia gestarum.

Philippus collectis ex fuga qui uariis casibus pugnae dis- **11**
sipati uestigia eius secuti fuerant missisque Larisam ad com-
mentarios regios comburendos ne in hostium uenirent
potestatem, in Macedoniam concessit. Quinctius captiuis 2
praedaque ⟨partim⟩ uenumdatis partim militi concessis Lari-
sam est profectus, hauddum satis gnarus quam regionem peti-
set rex quidue pararet. Caduceator eo regius uenit, specie ut 3
indutiae essent donec tollerentur ad sepulturam qui in acie
cecidissent, re uera ad petendam ueniam legatis mittendis.
Vtrumque ab Romano impetratum. Adiecta etiam illa uox, 4
bono animo esse regem ut iuberet, quae maxime Aetolos
offendit iam tumentes querentesque mutatum uictoria
imperatorem: ante pugnam omnia magna paruaque com- 5
municare cum sociis solitum, nunc omnium expertes con-
siliorum esse, suo ipsum arbitrio cuncta agere; cum Philippo 6
iam gratiae priuatae locum quaerere, ut dura atque aspera
belli Aetoli exhauserint, pacis gratiam et fructum Romanus
in se uertat. Et haud dubie decesserat iis aliquantum honoris; 7
sed cur neglegerentur ignorabant. Donis regis imminere
credebant inuicti ab ea cupiditate animi uirum; sed et 8
suscensebat non immerito Aetolis ob insatiabilem auiditatem
praedae et adrogantiam eorum, uictoriae gloriam in se
rapientium, quae uanitate sua omnium aures offendebat, et 9

11. 1 ex *Rom.*: ea *B* 2 ⟨partim⟩ *suppl. hic Madv.*, *iam post* uenum. *Hertz; cf.* 37. 5. 3 3 impetratum *Rom. mg.*: imperatum *B* 6 ut] *post coni.* ubi *Drak.*, cum *Pluygers*, *recta ratione; sed hic apte per Asynd. Aduers.* 7 iis *Rom.*: ii *B* regis *B*: -iis *Rom. mg.* 8 suscensebat *Rom. mg.* (succ-): -bant *B* 9 offendebat] -bat *Rom.*: -batur *B*: -bant *Gron.* (*sic supra* qua uanitate)

Philippo sublato, fractis opibus Macedonici regni Aetolos
10 habendos Graeciae dominos cernebat. Ob eas causas multa
sedulo ut uiliores leuioresque apud omnes essent et uiderentur
faciebat.

12 Indutiae quindecim dierum datae hosti erant et cum ipso
rege constitutum conloquium; cuius priusquam tempus
ueniret, in consilium aduocauit socios. Rettulit quas leges
2 pacis placeret dici. Amynander Athamanum rex paucis sen-
tentiam absoluit: ita componendam pacem esse ut Graecia
etiam absentibus Romanis satis potens tuendae simul pacis
3 libertatisque esset. Aetolorum asperior oratio fuit, qui pauca
praefati recte atque ordine imperatorem Romanum facere
quod, quos belli socios habuisset, cum iis communicaret pacis
4 consilia, falli aiunt eum tota re si aut Romanis pacem aut
Graeciae libertatem satis firmam se credat relicturum nisi
Philippo aut occiso aut regno pulso; quae utraque procliuia
5 esse si fortuna uti uellet. Ad haec Quinctius negare Aetolos
aut moris Romanorum memorem aut sibi ipsis conuenientem
6 sententiam dixisse: et illos prioribus omnibus conciliis con-
loquiisque [et] de condicionibus pacis semper, ⟨non⟩ ut ad
7 internecionem bellaretur disseruisse, et Romanos praeter
uetustissimum morem uictis parcendi praecipuum clementiae
documentum dedisse pace Hannibali et Carthaginiensibus
8 data. omittere se Carthaginienses: cum Philippo ipso quotiens
uentum in conloquium? nec unquam ut cederet regno actum
esse. an quia uictus proelio foret, inexpiabile bellum factum?

12. 1 consilium] *cf.* 9. 2. 15, 37. 39. 1; *u. c.* 13. 1 *adn.* 4 aiunt *Madv.* (*Em. p. 483*) *optime, post* oratio *sententiam explicans* (*cf.* 32. 33. 9–10): autem *B*, *suppl.* adiecerunt *Crévier; sed durius post* qui . . . praefati *uidetur anacolouthon* (*cf.* 34. 27. 6–8 praefatus . . . sub haec citari . . . iussit) *idque facile emendandum; de* falli aiunt *cf.* 6. 15. 7, 29. 31. 2, 33. 28. 7 (errare) 5 memorem *Gron.*: -res *B* 6 conciliis *B*: consil- *Rom.*; *sed cf.* 4. 6. 6 de] *ante add.* et *B Harant* (*sc.* '*etiam*', *non modo de bello*), *secl. Rom. mg. bene* ⟨non⟩ *suppl. Gron.*, haut *Hertz*

cum armato hoste infestis animis concurri debere: aduersus 9
uictos mitissimum quemque animum maximum habere.
libertati Graeciae uideri graues Macedonum reges: si regnum 10
gensque tollatur, Thracas Illyrios Gallos deinde, gentes feras
et indomitas, in Macedoniam se et in Graeciam effusuras. ne 11
proxima quaeque amoliendo maioribus grauioribusque aditum
ad se facerent. Interfanti deinde Phaeneae praetori Aeto- 12
lorum testificantique si elapsus eo tempore Philippus foret
mox grauius eum rebellaturum, 'Desistite tumultuari' inquit 13
'ubi consultandum est: non iis condicionibus inligabitur rex
ut mouere bellum possit.'

Hoc dimisso concilio postero die rex ad fauces quae ferunt **13**
in Tempe—is datus erat locus conloquio—uenit; tertio die 2
datur ei Romanorum ac sociorum frequens concilium. Ibi 3
Philippus perquam prudenter iis sine quibus pax impetrari
non poterat sua potius uoluntate omissis quam altercando
extorquerentur, quae priore conloquio aut imperata a 4
Romanis aut postulata ab sociis essent omnia se concedere,
de ceteris senatui permissurum dixit. Quamquam uel inimicis- 5
simis omnibus praeclusisse uocem uidebatur, Phaeneas tamen
Aetolus cunctis tacentibus 'Quid? nobis' inquit, 'Philippe, 6
reddisne tandem Pharsalum et Larisam Cremasten et
Echinum et Thebas Phthias?' Cum Philippus nihil morari 7
diceret quo minus reciperent, disceptatio inter imperatorem
Romanum et Aetolos orta est de Thebis; nam eas populi 8
Romani iure belli factas esse Quinctius dicebat, quod integris

9 habere *B*: -ri *Ruperti*, *Madv.* (*Em. p. 484*); *sed sc.* '*quemque* (*hominem*) *animum habere*' (*cf.* 44. 36. 12); *u.* 37. 45. 8 12 elapsus *Rom. mg.*: l- *B* 13 Desistite] -ite *Rom. mg.*: -it et *B* rex *Jacobs*: pax *B Rossbach* (*sed infra* moueri)

13. 1 concilio *B*: consil- *Rom.*; *sic* § 2 concilium; *sed aliter ac c.* 12. 1 *necnon ap. Polyb.* 18. 38. 1 σύλλογον; *cf.* 29. 3. 1, 4 5 inimicissimis *B*: iniquiss- *Gron.* (*cf.* 28. 29. 8 *adn.*) 7 de Thebis] *cf. Polyb.* 18. 38. 4; *rem turbauit Liuius*, *sed sibi constat*, *neque* de Thebis *delendum*, *ut coni. Weissenb.*, *neque de ceteris Thessalis urbibus supplendum*, *ut Heusinger*

rebus exercitu ab se admoto uocati in amicitiam, cum potestas libera desciscendi ab rege esset, regiam societatem Romanae
9 praeposuissent; Phaeneas et pro societate belli quae ante
10 bellum habuissent restitui Aetolis aequum censebat et ita in foedere primo cautum esse ut belli praeda rerum quae ferri agique possent Romanos, ager urbesque captae Aetolos seque-
11 rentur. 'Vos' inquit 'ipsi' Quinctius 'societatis istius leges rupistis quo tempore relictis nobis cum Philippo pacem feci-
12 stis. Quae si maneret, captarum tamen urbium illa lex foret: Thessaliae ciuitates sua uoluntate in dicionem nostram
13 uenerunt.' Haec cum omnium sociorum adsensu dicta Aetolis non ⟨in⟩ praesentia modo grauia auditu sed mox etiam belli
14 causa magnarumque ex eo cladium iis fuerunt. Cum Philippo ita conuenit ut Demetrium filium et quosdam ex amicorum numero obsides et ducenta talenta daret, de ceteris Romam mitteret legatos: ad eam rem quattuor mensum indutiae essent.
15 Si pax non impetrata ab senatu foret, obsides pecuniamque reddi Philippo receptum est. Causa Romano imperatori non alia maior fuisse dicitur maturandae pacis quam quod Antiochum bellum transitumque in Europam moliri constabat.

14 Eodem tempore atque, ut quidam tradidere, eodem die ad Corinthum Achaei ducem regium Androsthenem iusto
2 proelio fuderunt. Eam urbem pro arce habiturus Philippus aduersus Graeciae ciuitates et principes inde euocatos per speciem conloquendi quantum equitum dare Corinthii ad
3 bellum possent retinuerat pro obsidibus, et praeter quingentos Macedonas mixtosque ex omni genere auxiliorum octin-
4 gentos, quot iam ante ibi fuerant, mille Macedonum eo miserat et mille ac ducentos Illyrios Thracasque et Cretenses,

13. 13 ⟨in⟩ *suppl. Gron.* causa *Crévier*: -sae *B*; *cf.* 31. 1. 8, 34. 22. 9
14. 3 quot . . . fuerant *Drak.*: quod . . . fuerat *B*, *suppl.* praesidium *Gron.*.; *sed cf.* § 10 *adn.* 4 mille ac ducentos *B* (*sic sed* m. *pro* mille): mille octingentos *coni. Kreyssig*, *sc.* ∞ȣccc, *unde ap. B* ac *ex* ȣc (*cf.*

qui in utraque parte militabant, octingentos. His additi 5
Boeoti Thessalique et Acarnanes mille, scutati omnes, et
⟨septingenti ex⟩ ipsorum Corinthiorum iuuentute, impleta ut
essent sex milia armatorum, fiduciam Androstheni fecerunt
acie decernendi. Nicostratus praetor Achaeorum Sicyone erat 6
cum duobus milibus peditum, centum equitibus, sed im-
parem se et numero et genere militum cernens moenibus non
excedebat. Regiae copiae peditum equitumque uagae Pel- 7
lenensem et Phliasium et Cleonaeum agrum depopulabantur;
postremo exprobrantes metum hosti in fines Sicyoniorum 8
transcendebant, nauibus etiam circumuecti omnem oram
Achaiae uastabant. Cum id effusius hostes et, ut fit ab nimia 9
fiducia, neglegentius etiam facerent, Nicostratus spem nactus
necopinantes eos adgrediendi circa finitimas ciuitates nun- 10
tium occultum mittit quo die et quot ex quaque ciuitate
armati ad Apelaurum—Stymphaliae terrae is locus est—
conuenirent. Omnibus ad diem edictam paratis profectus 11
inde extemplo per Phliasiorum fines nocte Cleonas insciis
omnibus quid pararet peruenit. Erant autem cum eo quinque 12
milia peditum, ex quibus †armaturae leuis, et trecenti
equites. Cum iis copiis, dimissis qui specularentur quam in
partem hostes effunderent sese, opperiebatur.

Androsthenes omnium ignarus Corintho profectus ad **15**
Nemeam—amnis est Corinthium ⟨et⟩ Sicyonium interfluens

10. 15. 6, 29. 18, 36. 14 *adnn.*), *sed uix* ac *ex uncial* ÐC; *neque tamen hic de signis agendum, potius in archetypo* (*cf.* m., *non* ∞, *in B*) *plene scriptum est* 5 ⟨septingenti ex⟩ *suppl. Walch, iam* ⟨ex⟩ *Gron.* (*sc.* '*ex iuuentute impleta ut essent*'): ⟨centum ex⟩ *coni. Kreyssig* (*iam* § 4 octingentos); *nam pro ratione conl.* sex milia *supplendum est* 6 Nicostratus *Gron.*: niceratus *B* (*sic* § 9, *c.* 15. 13); *cf. c.* 15. 3; 32. 39. 7 7 uagae *Gron.*: uagare *B*, uagantes *Rom. mg.; cf. c.* 15. 6 10 quot *Rom. mg.*: quod *B* 11 edictam *B*: dictam *Drak.*: editam *Kreyssig*; *cf.* 34. 8. 5–6 12 † armaturae] *hic deest numerus, ut notauit Perizonius, coni.* mille (∞) *Weissenb.*: *post* leuis *suppl.* mille *Hertz* dimissis . . . opperiebatur *Perizonius*: dimissi . . . opperiebantur *B*

15. 1 ⟨et⟩ *suppl. Rom.*

2 agrum—castra locat. Ibi partem dimidiam exercitus dimissam—trifariam diuisit—et omnes equites discurrere ad depopulandos simul Pellenensem Sicyoniumque agros et
3 Phliasium iubet. Haec tria diuersa agmina discessere. Quod ubi Cleonas ad Nicostratum perlatum est, extemplo ualidam mercennariorum manum praemissam ad occupandum saltum
4 per quem transitus in Corinthium est agrum, ante signa equitibus ut praegrederentur locatis, ipse confestim agmine
5 duplici sequitur. Parte una mercennarii milites ibant cum leui armatura, altera clipeati; id in illarum gentium exerci-
6 tibus robur erat. Iam haud procul castris aberant pedites equitesque, et Thracum quidam in uagos palatosque per agros hostes impetum fecerant, cum repens terror castris
7 infertur. Trepidare dux, ut qui hostes nusquam nisi raros in collibus ante Sicyonem non audentes agmen demittere in campos uidisset, ab Cleonis quidem accessuros nunquam
8 credidisset. Reuocari tuba iubet uagos a castris dilapsos; ipse raptim capere arma iussis militibus infrequenti agmine porta
9 egressus ⟨su⟩per flumen instruit aciem. Ceterae copiae uix conligi atque instrui cum potuissent, primum hostium im-
10 petum non tulerunt. Macedones et maxime omnium frequentes ad signa fuerant et diu ancipitem uictoriae spem
11 fecerunt; postremo fuga ceterorum nudati, cum duae iam

15. 2 partem dimidiam . . . dimissam—trifariam diuisit— *scripsi*: parte dimidia . . . dimissa dimidiam trifariam dimsit (*corr.* diuisit B^1) *B*: partem dimidiam . . . diuisam trifariam *Madv.* (*Em. p. 485*) *bene, sed facilius emendandum; neque enim pars altera 'dimissa', altera 'diuisa' est* (*cf.* §§ 6–8): *pro* dimissa *coni.* secum retenta *Crévier; sed una pars ad depopulandum 'dimissa'* (*cf. c.* 14. 12) *cum equitibus 'discurrere' iussa est* (*cf.* § 3); *equidem malim parenthesin* Pellenensem *Jac. Gron.*: -sium *B*; *cf. c.* 14. 7 5 id in *Kreyssig*: dein *B*: quod in *Drak.*; *cf.* 27. 14. 5 illarum *Drak.*: aliarum *B* 6 fecerant *Crévier*: -runt *B* 7 raros *Duker*: raro *B*; *cf. c.* 1. 4 demittere] de- *Gron.*: di- *B* ab Cleonis *Madv.*: ad cleonis *B*, *corr.* -nas *Rom.* 8 dilapsos *Pad.*: -sus *B*, *corr.* -sosque *Rom. mg.* ⟨su⟩per *Gron.*: pro *B*, *inde* pro⟨pe⟩ *Rossbach*: per *Rom.*

acies hostium ex diuerso, leuis armatura ab latere, clipeati caetratique a fronte urgerent, et ipsi re inclinata primo rettulere pedem, deinde impulsi terga uertunt et plerique abiectis 12 armis, nulla spe castrorum tenendorum relicta, Corinthum petierunt. Nicostratus mercennariis militibus ad hos per- 13 sequendos, equitibus Thracumque auxiliis in populatores agri Sicyonii missis magnam utrobique caedem edidit, maiorem prope quam in proelio ipso. Ex iis quoque qui 14 Pellenen Phliuntaque depopulati erant, incompositi partim omniumque ignari ad castra reuertentes in hostium stationes tamquam in suas inlati sunt, partim ex discursu id quod erat 15 suspicati ita se in fugam passim sparserunt ut ab ipsis agrestibus errantes circumuenirentur. Ceciderunt eo die mille et 16 quingenti, capti trecenti. Achaia omnis magno liberata metu.

Priusquam dimicaretur ad Cynoscephalas, L. Quinctius **16** Corcyram excitis Acarnanum principibus, quae sola Graeciae gentium in societate Macedonum manserat, initium quoddam ibi motus fecit. Duae autem maxime causae eos tenuerant 2 in amicitia regis, una fides insita genti, altera metus odiumque Aetolorum. Concilium Leucadem indictum est. Eo neque 3 cuncti conuenere Acarnanum populi nec [in] iis qui conuenerant idem placuit; sed duo principes et magistratus peruicerunt ut priuatum decretum Romanae societatis fieret. Id 4 omnes qui afuerant aegre passi; et in hoc fremitu gentis a Philippo missi duo principes Acarnanum, Androcles et

11 armatura *Rom. mg.*: -rae *B* caetratique *Rom.*: etr- *B* 13 utrobique *Gron.*: ibique *B*: ubique *Rom. mg.*: ibi quoque *Weissenb.* 14 incompositi *Rom. mg.*: com- *B* omniumque ignari *Rom. mg.*: -ium sig- *B* 15 suspicati ita se *Rom. mg.*: supplicauit a se *B* sparserunt *Crévier*: -erant *B* 16 Ceciderunt *Rom.*: cederunt B^1, -dunt *B*

16. 1 societate] -e *Gron.*: -em *B* 2 maxime *Gron.*: -mae *B* 3 Leucadem *Gron.*: -den *B*; *cf.* 32. 15. 5 [in] iis] in iis *B*, *secl.* in *ed. Par. 1625*: ipsis *Rom. mg.* duo *Gron.* (*sc.* ii) *conl.* § 5: et *B*; *de corruptela u.* 26. 11. 5 *adn.* 4 afuerant] a- *Gron.* (ab-): ad- *B* missi *B*: ⟨sub⟩-missi *coni. Jacobs* (*sc.* '*subornati*')

5 Echedemus, non ad tollendum modo decretum Romanae societatis ualuerunt sed etiam ut Archelaus et Bianor, principes gentis ambo, quod auctores eius sententiae fuissent, proditionis in concilio damnarentur et Zeuxidae praetori,
6 quod de ea re rettulisset, imperium abrogaretur. Rem temerariam sed euentu prosperam damnati fecerunt. Suadentibus nam⟨que⟩ amicis cederent tempori et Corcyram ad Romanos
7 abirent, statuerunt offerre se multitudini et aut eo ipso lenire
8 iras aut pati quod casus tulisset. Cum se frequenti concilio intulissent, primo murmur ac fremitus admirantium, silentium mox a uerecundia simul pristinae dignitatis ac misericordia
9 praesentis fortunae ortum est. Potestate quoque dicendi facta principio suppliciter, procedente autem oratione, ubi ad crimina diluenda uentum est, cum tanta fiducia quantum innocentia
10 dabat disseruerunt; postremo ultro aliquid etiam queri et castigare iniquitatem simul in se crudelitatemque ausi ita adfecerunt animos ut omnia quae in eos decreta erant fre-
11 quentes tollerent neque eo minus redeundum in societatem Philippi abnuendamque Romanorum amicitiam censerent.

17 Leucade haec sunt decreta. Id caput Acarnaniae erat eoque
2 in concilium omnes populi conueniebant. Itaque cum haec repentina mutatio Corcyram ad legatum Flamininum perlata esset, extemplo cum classe profectus Leucadem ad Heraeum
3 quod uocant naues adplicuit. Inde cum omni genere tormentorum machinarumque quibus expugnantur urbes ad muros accessit, ad primum terrorem ratus inclinari animos
4 posse. Postquam pacati nihil ostendebatur, tum uineas turresque erigere et arietem admouere muris coepit.

5 Acarnania uniuersa inter Aetoliam atque Epirum posita
6 solem occidentem et mare Siculum spectat. Leucadia nunc

16. 6 namque *Rom. mg.*: nam *B*

17. 2 Flamininum *Gron.*: flaminium *B*; *cf. c.* 16. 1 Leucadem *Rom. mg.*: -dae *B*

insula est, uadoso freto quod perfossum manu est ab Acarnania diuisa; tum paeninsula erat, occidentis regione artis faucibus cohaerens Acarnaniae; quingentos ferme passus longae 7
eae fauces erant, latae haud amplius centum et uiginti. In iis angustiis Leucas posita est, colli adplicata uerso in orientem et Acarnaniam; ima urbis plana sunt, iacentia ad mare, quo 8
Leucadia ab Acarnania diuiditur. Inde terra marique expugnabilis est; nam et uada sunt stagno similiora quam mari et campus terrenus omnis operique facilis. Itaque multis 9
simul locis aut subruti aut ariete decussi ruebant muri; sed quam urbs ipsa opportuna oppugnantibus erat, tam inexpugnabiles hostium animi. Die ac nocte intenti reficere 10
quassata muri, obstruere quae patefacta ruinis erant, proelia impigre inire et armis magis muros quam se ipsos moenibus tutari; diutiusque spe Romanorum obsidionem eam ex- 11
traxissent ni exules quidam Italici generis Leucade habitantes ab arce milites accepissent. Eos tamen ex superiore loco 12
magno cum tumultu decurrentes acie in foro instructa iusto proelio aliquamdiu Leucadii sustinuerunt. Interim et scalis 13
capta multis locis moenia et per stragem lapidum ac ruinas transcensum in urbem; iamque ipse legatus magno agmine 14
circumuenerat pugnantes. Tum pars in medio caesi, pars armis abiectis dediderunt sese uictori. Et post dies paucos 15
audito proelio quo ad Cynoscephalas pugnatum erat, omnes Acarnaniae populi in dicionem legati uenerunt.

6 paeninsula] *sic B*; *sed u.* 31. 40. 1 *adn.*, 32. 21. 26 artis faucibus *B*: iis partibus *Mog.; hic incipit ed. Mog., u. Praef.* § 118 7 eae *Weissenb.*: haee *B*: *om. Mog.* erant *Mog.*: *om. B* est] *post add.* et *B* 8 iacentia *B*: iniac- *Mog.* quo *Mog.*: quod *B* expugnabilis *B*: inexp- *Mog.* mari *Mog.*: -ia *B* 10 Die . . . nocte *Mog.*: diem . . . noctem *B*; *cf.* 24. 20. 13 reficere quassata *Mog.*: quassatam *B* muros *Mog.*: -ris *B* 11 spe *Mog.*: *om. B* Leucade *Mog.*: -dem *B* 12 instructa iusto *Mog.*: instructo *B* 13 in *Mog.*: *om. B* 14 Tum *B*: *om. Mog.* 15 quo *B*: quod *Mog.*; *cf.* 25. 39. 14, 40. 50. 4 Acarnaniae] *hic B*: *post* pop. *Mog.* dicionem *B*: deditionem *Mog.*; *cf. cc.* 1. 1, 20. 5

18 Iisdem diebus, omnia simul inclinante fortuna, Rhodii quoque ad uindicandam a Philippo continentis regionem
2 —Peraean uocant—possessam a maioribus suis, Pausistratum praetorem cum octingentis Achaeis peditibus, mille et octingentis fere armatis ex uario genere auxiliorum collectis
3 miserunt: Galli et Mniesutae et Pisuetae et Tarmiani et
4 Theraei ex Peraea et Laudiceni ex Asia erant. Cum iis copiis Pausistratus Tendeba in Stratonicensi agro, locum perop-
5 portunum, ignaris regiis qui Therae erant occupauit. In tempore et ad ⟨id⟩ ipsum excitum auxilium, mille Achaei pedites cum centum equitibus superuenerunt; Theoxenus iis
6 praeerat. Dinocrates regius praefectus reciperandi castelli causa primo castra ad ipsa Tendeba mouet, inde ad alterum
7 castellum item Stratonicensis agri—Astragon uocant—; omnibusque eo praesidiis, quae multifariam disiecta erant, deuocatis et ab ipsa Stratonicea Thessalorum auxiliaribus ad Alabanda,

18. 1 continentis] -is *B*: -em *Mog.*; *cf.* 32. 33. 6 Peraean] phirean *B*: Pyrrheam *Mog.*, *corr.* Peraeam *Frob. 2*; *sed hic potius Graece*, *cf.* 32. 35. 10 a (maior.) *Mog.*: *om. B*; *cf. c.* 39. 5 2 (et) octingentis *B*: nongentis *Mog.* 3 [*De his populis u. L. Robert*, *La Carie ii*, *p. 378 n. 4; P. M. Fraser and G. E. Bean*, *The Rhodian Peraea and Islands*, *pp. 72*, *98*] et Mniesutae *Holleaux* (*Études d'épigr. i*, *p. 417*): et Nisuetae *Mog.*, *transp. post* Pisuetae *Gron.* (*conl.* ex Africa *infra et Ptol.* 4. 3. 7): *om. B*; *sed hi milites ex Peraea erant* Tarmiani *H. J. Müller recte*: Tamiani *B Mog.* Theraei *Robert* (*l.c.*): Trahi *B*: Arei *Mog.* (*om.* t *post* et); *neque obstat* § 4 *de Thera* ex Peraea *Robert*, *recta ratione*: ex Africa *B Mog.*; *fort. errauit ipse Liuius*, *sed hoc loco scribae alia nomina de contextu litterisque similibus corruperunt*, *inde* Africa *conl.* Asia; *iam de hac Thera necess.* ex Peraea *addendum* Laudiceni *B* (-cieni): Laod- *Mog.* 4 Tendeba *Freinsheim*: tendebat *Mog.*: tenebat *B; cf.* § 6 Therae erant *A. Rubens*: tenuerant *B Mog.* 5 ⟨id⟩ *suppl. Gel.* excitum *Mog.*: exercitum *B* 6 Tendeba *Freinsheim* (*ut* § 4): tenpe ad *B*: tendebat *Mog.* ad (alt.) *Mog.*: *om. B* item Stratonicensis agri *Mog.*: in strationigensi agro *B* Astragon *Mog*: astago *B* 7 eo *Harant*: ex *B Mog.*, *secl. Madv.; sed cf.* 23. 35. 3, 38. 8. 3 multifariam *Frob. 1*: -ria *B Mog.* Stratonicea *B* (stracio-): -ce cum *Mog.* Alabanda *B*: -dam *Mog.*: *coni.* Lobolda *Robert; neque enim Rhodii tantum distabant*, *potius erant in Stratonicensi agro* (*cf.* § 19); *sed hic fort. errauit Liuius*

ubi hostes erant, ducere pergit. Nec Rhodii pugnam 8
detractauerunt. Ita castris in propinquo locatis ex-
templo in aciem descensum est. Dinocrates quingentos 9
Macedonas dextro cornu, laeuo Agrianas locat, in medium
accipit contractos ex castellorum—Cares maxime erant—
praesidiis, equites cornibus circumdat et Cretensium auxi-
liares Thracumque. Rhodii Achaeos dextro cornu, sinistro 10
mercennarios milites, lectam peditum manum, habuere,
medios mixta ex pluribus gentibus auxilia, equites leuisque 11
armaturae quod erat cornibus circumiectum. Eo die steterunt 12
tantum acies utraque super ripam qui tenui tum aqua inter-
fluebat torrentis paucisque telis emissis in castra receperunt
sese. Postero die eodem ordine instructi maius aliquanto 13
proelium quam pro numero edidere pugnantium. Neque
enim plus terna milia peditum fuere et centeni ferme equites;
ceterum non numero tantum nec armorum genere sed animis 14
quoque paribus et aequa spe pugnarunt. Achaei primi tor- 15
rente superato in Agrianas impetum fecerunt; deinde tota
prope cursu transgressa amnem acies est. Diu anceps pugna 16
stetit. Numero Achaei, mille ipsi, quadringentos loco

8 detractauerunt *B*: detrect- *Mog.*; *u.* 27. 2. 5 *adn.* Ita *B*: atque *Mog.* propinquo locatis *B*: -quum collatis *Mog.* 9 Agrianas *Sig.*: agrianos *B*, Acr- *Mog.*; *sic* § 15; cf. *Polyb.* 10. 42. 2 accipit *Mog.*: accepit *B* 10 Rhodii Achaeos *B*: Rhodia cohors *Mog.* dextro . . . mercennarios *Mog.*: *om. B Madv.* (*Ed. 1884*, *p. x*), *sc.* Achaeos, . . . medios, *male*, *cf.* §§ 9, 15–16: *om.*, *lac. notantes*, *Weissenb. M. Müller*, *post* manum *coni.* in cornibus *Müller*, *bene quidem—duae erant Achaeorum manus*, *cf.* §§ 2, 5—*ita tamen ut iam Mog. aciem Rhodiam recte disposuerit*, *i.e.* Achaeos dextro cornu, sinistro mercennarios milites (*sc.* '*lectam manum Achaeorum*', *cf.* § 5) . . . medios mixta . . . auxilia (*cf.* § 3); *satis apte de numero* (§§ 13, 16), *praesidiis relictis* (*cf.* § 4) 11 armaturae *Mog.*: -ura *B* 12 utraque *B*: -aeque *Mog.*; *cf. c.* 9. 2 qui . . . torrentis] *sic B sed* torrens, *corr. ex Mog.* quae . . . (*om.* tum) . . . torrentis; *dure scriptum*, *unde secl.* qui *Ussing*, *coni.* qua (*uel* ubi) . . . torrens *Weissenb.*, *transp.* torrentis *ante* qui *H. J. Müller; sed cf.* § 9 ex castellorum . . . praesidiis 15 primi *Mog.*: -mo *B* fecerunt *B*: -re *Mog.* est *Mog.*: *om. B* 16 Achaei mille *Madv.*: achaei et *B*: acie mille et *Mog.*; *cf.* §§ 5, 10

pepulere; inclinato deinde laeuo cornu in dextrum omnes
17 conisi. Macedones usque dum ordines et ueluti stipata phalanx
18 constabat moueri nequiuerunt; postquam laeuo latere nudato circumagere hastas in uenientem ex transuerso hostem conati sunt, turbati extemplo tumultum primo inter se fecerunt, terga deinde uertunt, postremo abiectis armis in praecipitem
19 fugam effunduntur. Bargylias petentes fugerunt; eodem et Dinocrates perfugit. Rhodii quantum diei superfuit secuti receperunt sese in castra. Satis constat, si confestim uictores Stratoniceam petissent, recipi eam urbem sine certamine
20 potuisse. Praetermissa eius rei occasio est dum in castellis
21 uicisque recipiendis Peraeae tempus teritur. Interim animi eorum qui Stratoniceam praesidio obtinebant confirmati sunt; mox et Dinocrates cum iis quae proelio superfuerant
22 copiis intrauit muros. Nequiquam inde obsessa oppugnataque urbs est, nec recipi nisi aliquanto post per Antiochum potuit. Haec in Thessalia, haec in Achaia, haec in Asia per eosdem dies ferme gesta.

19 Philippus cum audisset Dardanos transgressos fines ab contemptu concussi tum regni superiora Macedoniae eua-
2 stare, quamquam toto prope orbe terrarum undique se suosque
3 exigente fortuna urgebatur, tamen morte tristius ratus Macedoniae etiam possessione pelli, dilectu raptim per urbes

18. 16 pepulere *B*: expul- *Mog.* deinde . . . in dextrum *B*: dein dextrum *Mog.* omnes conisi *B*: omnis cornu *Mog.* 17 ordines *B*: -ne *Mog.* constabat] -stabat *B*: -sultabat *Mog.* nequiuerunt *Mog.*: qui- *B* 18 circumagere *B*: circum iacere *Mog.*; *cf.* 44. 41. 7 fugam effunduntur *B*: pugnam effundentes *Mog.* Bargylias *Sig.*: Bargyllas *Mog.*, barcy- *B* fugerunt *B Mog.*: *secl. Voss* 20 Peraeae] pireae *B*: Pyrrheae *Mog.*; *cf.* § 1 21 superfuerant] -fuerant *B*: -erant *Mog.* 22 nec *B*: *om. Mog.* Achaia *Mog.* (-aeia): macedonia *B*

19. 1–5 *Hic exstant frag. F*: *Praef.* § 101 ii 1 concussi tum *B*: ⟨. . . us . . .⟩ tum *F*: concessit. Quum *Mog.* quamquam *FB*: quanuis *Mog.* toto *B Frob. 2*: *om. Mog.* 2 suosque exigente *B*: ⟨. . . squ . . .⟩ *F*: suos eligente *Mog.*: suosque profligante *Frob. 2* 3 pelli *Mog.*: *om. B*

Macedonum habito cum sex milibus peditum et quingentis equitibus circa Stobos Paeoniae improuiso hostes oppressit. Magna multitudo hominum in proelio, maior cupidine prae- 4 dandi palata per agros caesa est. Quibus fuga in expedito fuit, ne temptato quidem casu pugnae in fines suos redierunt. Ea 5 una expeditione, non pro reliquo statu fortunae facta, refectis suorum animis Thessalonicam sese recepit.

Non tam in tempore Punicum bellum terminatum erat, ne 6 simul et cum Philippo foret bellandum, quam opportune iam Antiocho ex Syria mouente bellum Philippus est superatus; nam praeterquam quod facilius cum singulis quam si in 7 unum ambo simul contulissent uires bellatum est, Hispania quoque sub idem tempus magno tumultu ad bellum consurrexit.

Antiochus cum priore aestate omnibus quae in Coele Syria 8 sunt ciuitatibus ex Ptolomaei dicione in suam potestatem redactis in hiberna Antiochiam concessisset, nihilo quietiora ea ipsis aestiuis habuit. Omnibus enim regni uiribus conixus 9 cum ingentes copias terrestres maritimasque comparasset, principio ueris praemissis terra cum exercitu filiis duobus Ardye⟨que⟩ ac Mithridate iussisque Sardibus se opperiri, ipse 10 cum classe centum tectarum nauium, ad hoc leuioribus nauigiis cercurisque ac lembis ducentis proficiscitur, simul 11 per omnem oram Ciliciae Lyciaeque et Cariae temptaturus

3 Stobos *F Mog.*: stabos *B* Paeoniae *Gron.*: Pa⟨. . .⟩ *F*: Poeoniae *B Mog.* 4 cupidine] *hic B*: *post* praed. *Mog.* in expedito *B*: expeditior *Mog.* 5 non pro reliquo statu *Mog.*: non p⟨. . .⟩ *F*: proelii uastatu *B* 6 ne *Mog.*: *om. B* ex Syria mouente *B*: in Syria moliente *Mog.* 8 ex Ptolomaei dicione *B*: Ptolemaei *Mog.* Antiochiam] -iam *Mog.*: -eam *B*; *cf. c.* 41. 9, 38. 13. 4 *et* 8 (*B*) 9 Ardye⟨que⟩ ac Mithridate *Holleaux* (*Études d'épigr. iii, p. 190*): *om.* que *B*: ardue agminis tridate *Mog.*, *unde* Ardye (*Drak.*) ac Mithridate (*Erasmus*, *Frob. 1*): *ante* Ardye *coni.* sororis *Drak.* (*conl. Polyb.* 8. 23. 3 *de Mithridate*); *neque tamen illi Antiochi neque eius sororis filii sed potius legati erant, cum filiis Antiocho Seleucoque missi; sic facile emendandum* 10 tectarum *Mog.*: le- *B* 11 Lyciaeque *B*: *om. Mog.*: que *Frob. 2*

urbes quae in dicione Ptolomaei essent, simul Philippum—necdum enim debellatum erat—exercitu nauibusque adiuturus.

20 Multa egregie Rhodii pro fide erga populum Romanum proque uniuerso nomine Graecorum terra marique ausi sunt,
2 nihil magnificentius quam quod ea tempestate non territi tanta mole imminentis belli legatos ad regem miserunt ne Chelidonias—promunturium Ciliciae est, inclutum foedere antiquo Atheniensium cum regibus Persarum—superaret: si eo fine non contineret classem copiasque suas, se obuiam
3 ituros, non ab odio ullo sed ne coniungi eum Philippo paterentur et impedimento esse Romanis liberantibus Graeciam.
4 Coracesium eo tempore Antiochus operibus oppugnabat, Zephyrio et Solis et Aphrodisiade et Coryco et superato Anemurio—promunturium id quoque Ciliciae est—Selinunte
5 recepto. Omnibus his aliisque eius orae castellis aut metu aut uoluntate sine certamine in dicionem acceptis, Coracesium
6 praeter spem clausis portis tenebat eum. Ibi legati Rhodiorum auditi. Et quamquam ea legatio erat quae accendere regium animum posset, temperauit irae et legatos se Rhodum
7 missurum respondit iisque mandaturum ut renouarent uetusta iura cum ea ciuitate sua maiorumque suorum et uetarent eos pertimescere aduentum regis: nihil aut iis aut
8 sociis eorum noxiae futurum fraudiue; nam Romanorum amicitiam se non uiolaturum argumento et suam recentem ad eos legationem esse et senatus honorifica in se decreta re-
9 sponsaque. Tum forte legati redierant ab Roma comiter

20. 1 egregie *B*: -ia *Mog.* 2 cum regibus . . . superaret *B* (*sed* leg-, *corr.* reg- *Goeller*): *om. Mog.* si eo fine non *Goeller*: *om.* non *B*, *inde* ni eo fine *Bekker*: *om.* fine *Mog.* classem copiasque *B*: copias *Mog.* 3 eum *B*: cum *Mog.* esse *B*: esset *Mog.* 4 Solis *Mog.*: soltis *B* Coryco *Mog.*: corigo *B* Selinunte *Mog.*: elin- B^1 (eun- *B*) 5 his *B Gel.* (*Mg*): uicis *Mog.* eius *Mog.*: huius *B* 7 pertimescere] *hic B*: *post* aduent. *Mog.* aut iis *B*: his *Mog.* noxiae *B*: noxae *Mog.*; *cf.* 34. 19. 5 8 responsaque] -que *Frob. 2*: quae *B*: qui *Mog.* 9 redierant *Frob. 2*: -iebant *B*: -ibant *Mog.*

auditi dimissique, ut tempus postulabat, incerto adhuc
aduersus Philippum euentu belli. Cum haec legati regis in 10
contione Rhodiorum agerent, nuntius uenit debellatum ad
Cynoscephalas esse. Hoc nuntio accepto Rhodii dempto
metu a Philippo omiserunt consilium obuiam eundi classe
Antiocho: illam alteram curam non omiserunt tuendae 11
libertatis ciuitatium sociarum Ptolomaei quibus bellum ab
Antiocho imminebat. Nam alias auxiliis iuuerunt, alias pro- 12
uidendo ac praemonendo conatus hostis, causaque libertatis
fuerunt Cauniis Myndiis Halicarnassensibus Samiisque. Non 13
operae est persequi ut quaeque acta in his locis sint, cum ad ea
quae propria Romani belli sunt uix sufficiam.

Eodem tempore Attalus rex aeger ab Thebis Pergamum **21**
aduectus moritur altero et septuagesimo anno, cum quat-
tuor et quadraginta annos regnasset. Huic uiro praeter diuitias 2
nihil ad spem regni fortuna dederat. Iis simul prudenter,
simul magnifice utendo effecit primum ut sibi deinde ut aliis
non indignus uideretur regno. Victis deinde proelio uno 3
Gallis, quae tum gens recenti aduentu terribilior Asiae erat,
regium adsciuit nomen, cuius magnitudini semper animum
aequauit. Summa iustitia suos rexit, unicam fidem sociis 4
praestitit, comis uxori ac liberis—quattuor superstites
habuit—, mitis ac munificus amicis fuit; regnum adeo stabile 5

10 in (cont.) *Mog.*: non B^1 (ñ), *om. B* Rhodii . . . omiserunt *B*, *sed* -erant, *corr. Goeller*: Rhodiis . . . omni erat *Mog.* classe Antiocho *Mog.*: classi Antiochi *B* 11 omiserunt *Mog.*: -erant *B* 12 alias auxiliis . . . alias *Mog.*: alios *B* 13 ut *Mog.*: *om. B* propria *B*: -ie *Mog.* sunt *Mog.*: *om. B* sufficiam *Mog.*: -ant *B*

21. 1 Attalus] *ante add.* et *Mog.* ab *B*: *om. Mog.* 3 magnitudini] -i *Aldus*: -is *B*: -e *Mog.* 4 comis uxori ac liberis *Jacobs*: comis uxor ac liberos *B*, *corr.* in uxorem *Goeller*: uxorem ac liberos *Mog.*, *sed Accus. propter seq.* habuit quattuor *Bekker*, *sic distinguendo*, *iam Sig.* (*conl.* 42. 55. 7): duos *B Mog. Lachmann* (*tamquam Liuius ex Polyb.* 18. 41. 10 δύο υἱούς *pro* δ' (*sc.* τέτταρας) υἱούς *legerit*): quos *Kreyssig*, quos ⟨quattuor⟩ *Madv.* (*Em. p. 487 n. 2*) 5 amicis *B*: -cus *Mog.*

ac firmum reliquit ut ad tertiam stirpem possessio eius descenderit.

6 Cum hic status rerum in Asia Graeciaque et Macedonia esset, uixdum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata, ingens in Hispania ulteriore coortum est
7 bellum. M. Heluius eam prouinciam obtinebat. Is litteris senatum certiorem fecit Culcham et Luxinium regulos in
8 armis esse: cum Culcha decem et septem oppida, cum Luxinio ualidas urbes Carmonem et Bardonem; in maritima ora Malacinos Sexetanosque ⟨et⟩ Baeturiam omnem et quae nondum animos nudauerant ad finitimorum motus consurre-
9 ctura. His litteris a M. Sergio praetore, cuius iurisdictio inter ciues et peregrinos erat, recitatis decreuerunt patres ut comitiis praetorum perfectis, cui praetori prouincia Hispania obuenisset, is primo quoque tempore de bello Hispaniae ad senatum referret.

22 Sub idem tempus consules Romam uenerunt; quibus in aede Bellonae senatum habentibus postulantibusque trium-
2 phum ob res prospere bello gestas C. Atinius Labeo et C. Afranius tribuni plebis ut separatim de triumpho agerent consules postularunt: communem se relationem de ea re fieri
3 non passuros, ne par honos in dispari merito esset. Cum

21. 5 reliquit ut *Mog.*: relinquit *B* descenderit *Mog.*: -ret *B* 7 Heluius *B*: Heluidius *Mog.; cf.* 32. 27. 7 Culcham *Weissenb.*: -cam *B Frob. 2*: -can *Mog.*: *cf.* § 8, 28. 13. 3 Luxinium *B*: Luscinonem *Mog.*, *sed u.* § 8 8 Luxinio] luxinino *B*: Luscinone *Mog.*, *corr.* Luscino *Gel.* (*Mg.*) Carmonem *B*: Cardonem *Mog.* Bardonem *Mog.*: baldonem *B* (*cf. fort. Strab.* 3. 2. 2 Ὀβούλκων); *sed cf. Plin.*, *N.H.* 4. 118 *'Turduli qui Barduli'* in maritima ora . . . ⟨et⟩ Baeturiam omnem et quae] *sic B*, *sed* etruriam, *corr.* Baeturiam *Goeller* (*cf.* 39. 30. 1), *suppl.* ⟨et⟩ *Weissenb.*: et maritimam oram omnem quae *Mog.*; *pro* Sexetanosque *coni.* Exet- *H. J. Müller* (*conl. Strab.* 3. 4. 2 Ἐξιτανῶν), *sed cf. Plin.*, *N.H.* 3. 8 *'Sexi'* nudauerant *Mog.*: -erat *Gel.* (*Mg*): -erunt *B*: -erint *Goeller* consurrectura] -tur *B*, *corr. Goeller*: -turam *Mog.* (*sc.* oram *supra*) 9 erat *Mog.*: *om. B* cui *Mog.*: cum *B*

22. 2 Afranius *B*: Vrsanius *Mog.*

Q. Minucius utrique Italiam prouinciam obtigisse diceret,
communi animo consilioque se et collegam res gessisse, et 4
C. Cornelius adiceret Boios aduersus se transgredientes
Padum ut Insubribus Cenomanisque auxilio essent depopu-
lante uicos eorum atque agros collega ad sua tuenda auersos
esse, tribuni res tantas bello gessisse C. Cornelium fateri ut 5
non magis de triumpho eius quam de honore diis immortali-
bus habendo dubitari possit: non tamen nec illum nec quem- 6
quam alium ciuem tantum gratia atque opibus ualuisse ut,
cum sibi meritum triumphum impetrasset, collegae eundem
honorem immeritum impudenter petenti daret. Q. Minu- 7
cium in Liguribus leuia proelia uix digna dictu fecisse, in
Gallia magnum numerum militum amisisse; nominabant 8
etiam tribunos militum T. Iuuentium Cn. Ligurium legionis
quartae: aduersa pugna cum multis aliis uiris fortibus, ciuibus
ac sociis, cecidisse. oppidorum paucorum ac uicorum falsas 9
et in tempus simulatas sine ullo pignore deditiones factas
esse. Hae inter consules tribunosque altercationes biduum 10
tenuerunt uictique perseuerantia tribunorum consules
separatim rettulerunt.

C. Cornelio omnium consensu decretus triumphus; et **23**
Placentini Cremonensesque addiderunt fauorem consuli,
gratias agentes commemorantesque obsidione sese ab eo 2
liberatos, plerique etiam, cum apud hostes essent, seruitute
exemptos. Q. Minucius temptata tantum relatione, cum ad- 3
uersum omnem senatum uideret, in monte Albano se trium-

3 Italiam] *hic B*: *post* prou. *Mog.* 4 et C. *B*: *om. Mog.* 6 sibi meritum *B*: sibimet *Mog.* immeritum *B*: *om. Mog.* 8 Cn. Ligurium legionis quartae . . . cecidisse] *sic B*: et C. Labeonem eius (*corr.* et Cneum Labeonis *Frob. 2*) fratrem qui . . . cecidissent *Mog.*; *post* quartae *distinxit H. J. Müller optime; nam 'mil. trib.'* (*cf. c.* 36. 5) *diserte 'nominabant'*

23. 1 C. (Corn.) *B*: Cn. *Mog.* 2 sese *B*: se esse *Mog.* plerique *B*: -rosque *Mog.* apud hostes] *ante add.* capti *Cobet bene, sed hic uix necess.; cf.* 26. 34. 6 exemptos *B*: exceptos *Mog.*; *cf.* 34. 52. 12

phaturum et iure imperii consularis et multorum clarorum
4 uirorum exemplo dixit. C. Cornelius de Insubribus Cenomanisque in magistratu triumphauit. Multa signa militaria
5 tulit, multa Gallica spolia captiuis carpentis transuexit, multi nobiles Galli ante currum ducti, inter quos quidam Hamil-
6 carem ducem Poenorum fuisse auctores sunt; ceterum magis in se conuertit oculos Cremonensium Placentinorumque
7 colonorum turba, pilleatorum currum sequentium. Aeris tulit in triumpho ducenta triginta septem milia quingentos, argenti bigati undeoctoginta milia; septuageni aeris militibus
8 diuisi, duplex equiti centurionique. Q. Minucius consul de Liguribus Boisque Gallis in monte Albano triumphauit. Is triumphus ut loco et fama rerum gestarum et quod sumptum non erogatum ex aerario omnes sciebant inhonoratior fuit,
9 ita signis carpentisque et spoliis ferme aequabat. Pecuniae etiam prope par summa fuit: aeris tralata ducenta quinquaginta quattuor milia, argenti bigati quinquaginta tria milia et ducenti; militibus centurionibusque et equitibus idem in singulos datum quod dederat collega.

24 Secundum triumphum consularia comitia habita. Creati
2 consules L. Furius Purpurio et M. Claudius Marcellus. Praetores postero die facti Q. Fabius Buteo Ti. Sempronius

23. 3 clarorum uirorum *Mog.*: *om. B* 4 C. (Corn.) *Drak.*: Cn. *Mog.*: *om. B* captiuis *Mog.*: -uos *B* 5 ducti *B*: traducti *Mog.* 7 aeris (tulit) *B*: *om. Mog.* ducenta . . . septem milia *Mog.*: ccxxxvii *B* (*non superscr. lineolam*); *sic infra ad* undeoct. *et* § 9 *bis* quingentos *Mog.*: et *B* septuageni . . . diuisi *B*: -nos . . . diuisit *Mog.* duplex equiti centurionique *B*: duplex equiti, triplex centurioni *Mog. falsa ratione, transp.* equiti *et* centurioni *Duker bene* (*cf.* 34. 52. 11); *sed pari quoque ratione diuisum est, cf. c.* 37. 12 triplex equiti centurionique; *hic constat ex B Mog. ordo nominum neque obstat* § 9 8 et (fama) *Mog.*: *om. B* 9 par *Mog.*: *om. B* tralata] tralati *B*, *corr.* -ta *Bekker*: translata *Mog.* idem *B*: item *Mog.*

24. 2 Ti. (Semp.) . . . M'. (Acil.) *Sig.*: T. . . . M. *B Mog.; sic etiam c.* 26. 1–2

Longus Q. Minucius Thermus M'. Acilius Glabrio L. Apustius Fullo C. Laelius.

Exitu ferme anni litterae a T. Quinctio uenerunt se signis 3
conlatis cum rege Philippo in Thessalia pugnasse, hostium
exercitum fusum fugatumque. Hae litterae prius in senatu a 4
⟨M.⟩ Sergio praetore, deinde ex auctoritate patrum in con-
tione sunt recitatae, et ob res prospere gestas in dies quinque
supplicationes decretae. Breui post legati et ab T. Quinctio 5
et ab rege Philippo uenerunt. Macedones deducti extra
urbem in uillam publicam ibique iis locus et lautia praebita
et ad aedem Bellonae senatus datus. Ibi haud multa uerba 6
facta, cum Macedones quodcumque senatus censuisset id
regem facturum esse dicerent. Decem legati more maiorum, 7
quorum ex consilio T. Quinctius imperator leges pacis
Philippo daret, decreti adiectumque ut in eo numero lega-
torum P. Sulpicius et P. Villius essent, qui consules prouin-
ciam Macedoniam obtinuissent.

Cosanis eo tem⟨pore⟩ postulantibus ut sibi colonorum 8
numerus augeretur mille adscribi iussi, dum ne quis in eo 9
numero esset qui post P. Cornelium et Ti. Sempronium
consules hostis fuisset.

Ludi Romani eo anno in circo scaenaque ab aedilibus **25**
curulibus P. Cornelio Scipione et Cn. Manlio Volsone et

2 L. (Apust.) *Mog. Em. Error.*: C. *B Mog.* 3 ferme *B*: eius *Mog.* T. *Mog.*: *om. B* 4 ⟨M.⟩ *suppl. Madv.* 5 Philippo *B*: *om. Mog.* 5–6 datus. Ibi *B*: est habitus *Mog.; ante* datus *add.* est *Goeller; sed cf.* 23. 10. 1, 41. 6. 4 6 quodcumque] quod- *B*: quae- *Mog.* id *Mog.*: *spat. ii litt. B* 7 decreti *Mog.*: *om. B* 8 eo tem⟨pore⟩] eo die *B Mog. mire, correxi ex homoeolog.* (*sc.* -pore *ante* post-), *iam* eodem ⟨tempore⟩ *Zingerle*: eo anno *Weissenb. Madv.* (*Em. p. 488*: *fort. etiam* denuo, *cf.* 32. 2. 7): eodem ⟨anno⟩ *H. J. Müller*: ⟨per⟩ eos dies *M. Müller* 9 eo *B*: eorum *Mog.* P. (Corn.) *B*: L. *Mog.* et Ti. Sempronium *Mog.* (*sed* T., *corr. Perizonius*): *om. B*

25. 1 in (cir.) *Mog.*: *om. B* curulibus *Mog.*: *om. B* P. (Corn.) *B*: *om. Mog.* Cn. (Manl.) *B Frob. 2*: C. *Mog.*

magnificentius quam alias facti et laetius propter res bello
2 bene gestas spectati totique ter instaurati. Plebei septiens
instaurati; M'. Acilius Glabrio et C. Laelius eos ludos
3 fecerunt, et de argento multaticio tria signa aenea, Cererem
Liberumque et Liberam, posuerunt.

4 L. Furius et M. Claudius Marcellus consulatu inito, cum
de prouinciis ageretur et Italiam utrique prouinciam senatus
decerneret, ut Macedoniam cum Italia sortirentur tendebant.
5 Marcellus, prouinciae cupidior, pacem simulatam ac fal-
lacem dicendo et rebellaturum si exercitus inde deportatus
6 esset regem, dubios sententiae patres fecerat; et forsitan
obtinuisset consul, ni Q. Marcius Ralla et C. Atinius Labeo
tribuni plebis se intercessuros dixissent ni prius ipsi ad plebem
tulissent uellent iuberentne cum rege Philippo pacem esse.
7 Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est: omnes quinque et
8 triginta tribus 'Vti rogas' iusserunt. Et quo magis pacem
ratam esse in Macedonia uolgo laetarentur, tristis ex Hispania
9 allatus nuntius effecit uolgataeque litterae C. Sempronium
Tuditanum proconsulem in citeriore Hispania proelio uictum,
exercitum eius fusum fugatum, multos inlustres uiros in acie
cecidisse, Tuditanum cum graui uolnere relatum ex proelio
10 haud ita multo post exspirasse. Consulibus ambobus Italia
prouincia cum iis legionibus quas superiores consules habuis-
sent decreta et ut quattuor legiones nouas scriberent, duas
11 urbanas, duas quae quo senatus censuisset mitterentur; et
T. Quinctius Flamininus [cum duabus legionibus] prouin-

25. 2 Plebei . . . instaurati *Mog.*: *om. B* M'. (Acil.) *Pighius*: M. *B*: *om. Mog.* et C.] et G. *B*: C. *Mog.* 3 et de *B*: ex *Mog.* Cererem . . . Liberam] *sic B*: Cereri Liberoque et Liberae *Mog.*; *cf.* 10. 23. 12 4 tendebant *B*: petebat *Mog.*, -bant *Frob. 2* 5 sententiae *B*: -ia *Mog.* 6 Ralla *Bekker*: rala *B*: rex *Mog.*; *cf.* 30. 38. 4 8 rogas *B*: -atae *Mog.* allatus] *hic B*: *post* nunt. *Mog.* 9 fugatum *B*: *add.* que *Mog.*; *sed cf.* 23. 11. 10 multos *B*: et *Mog.* relatum *B*: latum *Mog.* 10 urbanas, duas *B*: *om. Mog.* quae . . . mitterentur *B Frob. 2*: -que . . . mitterent *Mog.* cum . . . legionibus *secl. Crévier* uideri *B*: diuidere *Mog.*

ciam eodem exercitu obtinere iussus: imperium ei prorogatum satis iam ante uideri esse.

Praetores deinde prouincias sortiti, L. Apustius Fullo ur- **26**
banam iurisdictionem, M'. Acilius Glabrio inter ciues et
peregrinos, Q. Fabius Buteo Hispaniam ulteriorem, Q. 2
Minucius Thermus citeriorem, C. Laelius Siciliam, Ti. Sem-
pronius Longus Sardiniam. Q. Fabio Buteoni et Q. Minucio, 3
quibus Hispaniae prouinciae euenerant, consules legiones
singulas ex quattuor ab se scriptis quas uideretur ut darent
decretum est et socium ac Latini nominis quaterna milia 4
peditum, trecenos equites; iique primo quoque tempore in
prouincias ire iussi. Bellum in Hispania quinto post anno 5
motum est quam simul cum Punico bello fuerat finitum.

Priusquam aut hi praetores ad bellum prope nouum, quia 6
tum primum suo nomine sine ullo Punico exercitu aut duce
ad arma ierant, proficiscerentur aut ipsi consules ab urbe
mouerent, procurare, ut adsolet, prodigia quae nuntiabantur
iussi. P. Villius eques Romanus in Sabinos proficiscens ful- 7
mine ipse equusque exanimati fuerant; aedis Feroniae in 8
Capenati de caelo tacta erat; ad Monetae duarum hastarum
spicula arserant; lupus Esquilina porta ingressus, frequentis- 9
sima parte urbis cum in forum decurrisset, Tusco uico atque
inde Cermalo per portam Capenam prope intactus euaserat.
Haec prodigia maioribus hostiis sunt procurata.

Isdem diebus Cn. Cornelius Blasio, qui ante C. Sem- **27**
pronium Tuditanum citeriorem Hispaniam obtinuerat, ouans
ex senatus consulto urbem est ingressus. Tulit prae se auri 2

26. 1–2 M'. (Acil.) . . . Ti. (Semp.)] *u. c.* 24. 2 4 et (soc.) *B*: *om. Mog.* Latini] *hic B*: *post* nom. *Mog.* 5 motum *B*: exortum *Gel.* (*Mg*): *om. Mog.* fuerat *Gel.* (*Mg*): *om. B Mog.* 6 aut (hi) *Weissenb.*: et *B*: *om. Mog.* sine ullo *B*: nullo *Mog.* 7 P. Villius eques Romanus *B* (*sed* r̊.): L. Iulius Sequestris *Mog.* 8 Capenati *B*: -te *Mog.* 9 inde Cermalo *B*: Intemelio *Mog.*

27. 1 Cn. (Corn.) *B*: *om. Mog.* Blasio *B*: Blacio *Mog.*: *coni.* Lentulus *Aldus*, *sed u.* 31. 50. 11 *adn.* C. (Semp.) *B*: *om. Mog.* ouans *B*: quum *Mog.*

3 mille et quingenta quindecim pondo, argenti uiginti milia, signati denarium triginta quattuor milia et quingentos. L. Stertinius ex ulteriore Hispania, ne temptata quidem trium-
4 phi spe, quinquaginta milia pondo argenti in aerarium intulit, et de manubiis duos fornices in foro bouario ante Fortunae
5 aedem et matris Matutae, unum in maximo circo fecit et his fornicibus signa aurata imposuit. Haec per hiemem ferme acta.

Hibernabat eo tempore Elatiae T. Quinctius, a quo cum multa socii peterent, Boeoti petierunt impetraueruntque ut qui suae gentis militassent apud Philippum sibi restituerentur.
6 Id a Quinctio facile impetratum, non quia satis dignos eos credebat, sed quia Antiocho rege iam suspecto fauor con-
7 ciliandus nomini Romano apud ciuitates erat. Restitutis iis confestim apparuit quam nulla inita apud Boeotos gratia esset; nam ad Philippum legatos gratias agentes ei pro redditis hominibus, perinde atque ipsis et non Quinctio et Romanis
8 id datum esset, miserunt et comitiis proximis Boeotarchen ob nullam aliam causam Brachyllem quendam quam quod praefectus Boeotorum apud regem militantium fuisset fece-
9 runt, praeteritis Zeuxippo et Pisistrato aliisque qui Romanae
10 societatis auctores fuerant. Id aegre et in praesentia hi passi et in futurum etiam metum ceperunt: cum ad portas prope sedente exercitu Romano ea fierent, quidnam se futurum esse

27. 2 quingenta quindecim pondo *Mog.*, *sed* pondo *ante* quind., *corr. Gron.*: quingentum pondo *B* uiginti . . . signati *Mog.*: *om. B* denarium *B*: -ios *Mog.* triginta . . . milia et *Mog.*: *om. B* 4 bouario *B*: Boario *Mog.*; *u.* 10. 23. 3 *adn.* 5 Elatiae *B*: Athenis *Mog.*; *cf. Polyb.* 18. 43. 1 T. (Quinct.) *B*: *om. Mog.* petierunt impetraueruntque] -erunt . . . -eruntque *Mog.*: -erant -erantque *B* ut *B*: ut hi *Mog.* 7 iis *B*: *om. Mog.* ad *Mog.*: et ad *Frob. 2*: *om. B* legatos *B*: *om. Mog.* ei *B*: *om. Mog.* ipsis et non Quinctio . . . id datum] *sic B*, *sed* ipsos iis, *corr.* ipsis *Weissenb. bene* (*sc.* iis *ex* -is *in archetypo*, *inde* ipsos *scriptum*): ipsi id a Quintio . . . datum *Gel.* (*Mg*) 8 ob] *hic B*: *post* aliam *Mog.*, *Gel.* (*Mg*) Brachyllem *B* (-cy-): Barcillam *Mog.* 9 Zeuxippo *B*: Zeusippo *Mog.*, *sic semper* aliisque *Mog.*: *om.* que *B* fuerant *B*: fuerunt *Mog.* 10 ceperunt *Mog.*: fecerunt *B* esse *B*: esset *Mog.*

profectis in Italiam Romanis, Philippo ex propinquo socios 11
adiuuante et infesto iis qui partis aduersae fuissent?

Dum Romana arma in propinquo haberent, tollere **28**
Brachyllem principem fautorum regis statuerunt. Et tempore 2
ad eam rem capto, cum in publico epulatus reuerteretur
domum temulentus prosequentibus mollibus uiris qui ioci
causa conuiuio celebri interfuerant, ab sex armatis, quorum 3
tres Italici, tres Aetoli erant, circumuentus occiditur. Fuga
comitum et quiritatio facta et tumultus per totam urbem
discurrentium cum luminibus; percussores proxima porta
euaserunt. Luce prima contio frequens uelut ex ante indicto 4
aut uoce praeconis conuocata in theatro erat. Palam ab suo 5
comitatu et obscenis illis uiris fremebant interfectum, animis
autem Zeuxippum auctorem destinabant caedis. In prae- 6
sentia placuit comprehendi eos qui simul fuissent quaestio-
nemque ex iis haberi. Qui dum quaeruntur, Zeuxippus 7
constanti animo auertendi ab se criminis causa in contionem
progressus errare ait homines qui tam atrocem caedem
pertinere ad illos semiuiros crederent, multaque in eam partem 8
probabiliter argumentatur; quibus fidem apud quosdam fecit
nunquam, si sibi conscius esset, oblaturum se multitudini
mentionemue eius caedis nullo lacessente facturum fuisse;
alii non dubitare impudenter obuiam crimini eundo suspi- 9
cionem auerti. Torti post paulo insontes, cum scirent ipsi

28. 1 in propinquo haberent *B*: propinqua habebant *Mog.* Brachyllem] barcyllen *B*: Barcillam *Mog.*; *u. c.* 27. 8 2 mollibus *Mog.*: *om. B* 3 Aetoli *B Frob. 2*: -ici *Mog.* quiritatio *Mog.*: quaer- *B* per totam urbem *B*: tota urbe *Mog.* 4 ex ante indicto aut uoce *B*: extante indicio ad uocem *Mog.* 5 caedis] *ante add.* et *B* 7 constanti] et constanti *B*, *secl.* et *Hertz*: consimili *Mog.*; *ante* et const. *coni. lac. Jacobs*, ⟨elato⟩ *Zingerle*, ⟨conscio⟩ *Rossbach* (*conl.* § 10) 8 argumentatur *Jac. Gron.*: -atus *B Mog.*, *add.* ⟨est⟩ *ante M. Müller*, *iam post Weissenb.*; *cf.* 21. 45. 8, 30. 18. 3 *adnn.* sibi *B*: *om. Mog.* eius *B*: *om. Mog.* 9 impudenter . . . eundo *B* (*sed* impru-, *corr. Bekker*): obuiam eundo impudentem (*corr.* -ter *Gel.*) criminis *Mog.*

nihil, opinione omnium pro indicio Zeuxippum et Pisistratum nominauerunt nullo adiecto cur scire quicquam uiderentur argumento. Zeuxippus tamen cum Stratonida quodam nocte perfugit Tanagram, suam magis conscientiam quam indicium hominum nullius rei consciorum metuens; Pisistratus spretis indicibus Thebis mansit. Seruus erat Zeuxippi, totius internuntius et minister rei, quem indicem Pisistratus timens eo ipso timore ad indicium protraxit. Litteras ad Zeuxippum mittit ut seruum conscium tolleret: non tam idoneum ad celandam rem eum uideri sibi quam ad agendam fuerit. Has qui tulerat litteras iussus Zeuxippo dare quam primum, quia non statim conueniendi eius copia fuit, illi ipsi seruo, quem ex omnibus domino fidissimum credebat, tradit et adicit a Pisistrato de re magno opere pertinente ad Zeuxippum esse. Conscientia ictus, cum extemplo traditurum eas adfirmasset, aperit perlectisque litteris pauidus Thebas refugit et ad magistratus indicium defert. Et Zeuxippus quidem fuga serui motus Anthedonem, tutiorem exilio locum ratus, concessit; de Pisistrato aliisque quaestiones tormentis habitae et sumptum supplicium est.

29 Efferauit ea caedes Thebanos Boeotosque omnes ad exsecrabile odium Romanorum, credentes non sine consilio imperatoris Romani Zeuxippum principem gentis id facinus

28. 9 nihil, opinione . . . pro indicio *B*: *post* indicio *suppl.* usi *Kreyssig* (*ex Mog.*), *sed u. Madv.* (*Em. p. 488*): opinionem . . . ea pro indicio usi *Mog. emendando*, *ut uid.*, *iam* nihil *omisso*; *sed ex formula 'pro indicio nominare' scribendum*, *cf. 'indicium'* §§ 11, 14 10 perfugit] per- *Mog.*: pro- *B* nullius *Mog.*: illius *B* 11 Pisistratus *Mog.*: pistr- *B*, *sic etiam* §§ 13, 15 timore *Gel.* (*Mg?*), rem (*Mog.*) *corrigens*: timore rem *B* indicium *Mog.*: iud- *B* ut *B*: *om. Mog.* 12 tulerat . . . iussus *B*: tulit . . . iussit *Mog.* 13 statim *B*: sibi *Mog.* ipsi] *hic B*: *ante* illi *Mog.* tradit et adicit *B*: tradidit et adiecit *Mog.* 14 et ad . . . defert *B*: *om. Mog.* Anthedonem *B*: Atenorem *Mog.* 15 aliisque *B*: aliquae *Mog.*

29. 1 credentes . . . Romani *B*: *om. Mog.*

conscisse. Ad rebellandum neque uires neque ducem habebant: proximum bello quod erat, in latrocinium uersi alios in 2
hospitiis, alios uagos per hiberna milites ad uarios commeantes usus excipiebant. Quidam in ipsis itineribus ad notas latebras 3
ab insidiantibus, pars in deserta per fraudem deuersoria deducti opprimebantur; postremo non tantum ab odio sed 4
etiam auiditate praedae ea facinora fiebant, quia negotiandi ferme causa argentum in zonis habentes in commeatibus erant. Cum primo pauci, deinde in dies plures desiderarentur, 5
infamis esse Boeotia omnis coepit et timidius quam in hostico egredi castris miles. Tum Quinctius legatos ad quaerendum 6
de latrociniis per ciuitates mittit. Plurimae caedes circa Copaidem paludem inuentae: ibi ex limo eruta extractaque ex stagno cadauera saxis aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, adnexa; multa facinora Acraephiae et Coroneae facta inveniebantur. Quinctius primo noxios tradi 7
sibi iussit et pro quingentis militibus—tot enim interempti erant—quingenta talenta Boeotos conferre. Quorum cum 8
fieret neutrum, uerbis tantum ciuitates excusarent nihil publico consilio factum esse, missis Athenas et in Achaiam legatis qui testarentur socios iusto pioque se bello persecuturum Boeotos, et cum parte copiarum Ap. Claudio Acrae- 9
phiam ire iusso, ipse cum parte Coroneam circumsidit uastatis prius agris qua ab Elatia duo diuersa agmina iere. Hac per- 10
culsi clade Boeoti, cum omnia terrore ac fuga completa essent,

2 in hospitiis *B* (-tis): hospites *Mog.* 3 ab (insid.) *B*: *om. Mog.* deuersoria] de- *B*: di- *Mog.*; *cf.* 1. 51. 2 deducti *B*: deuecti deductique *Mog.* (*ex gloss.?*) 4 ab *B*: *om. Mog.* ea *Mog*: *om. B* 5 castris *B*: ausus *Mog.*, *corr. Gel.* (*Mg ?*) 6 quaerendum *B*: quer- *Mog.* Plurimae caedes . . . inuentae *B*: plurimi pedites . . . inuenti *Mog.* 7 interempti *B*: intercepti *Mog.*; *cf. c.* 23. 2 *adn.* 8 Quorum *Mog.*: utrum *B* neutrum] *hic B*: *ante* cum *Mog.* socios *B*: sociis *Mog.* se] *hic B*: *post* bello *Mog.* 9 Ap. *B*: P. *Mog.* ipse *B*: *om. Mog.* circumsidit] -sidit *B*: -sedit *Mog.*; *cf.* 36. 13. 7 uastatis *B*: euast- *Mog.* 10 completa essent *B*: complessent *Mog.*

legatos mittunt. Qui cum in castra non admitterentur,
11 Achaei Atheniensesque superuenerunt; plus auctoritatis
Achaei habuerunt deprecantes, quia ni impetrassent pacem
12 Boeotis bellum simul gerere decreuerant. Per Achaeos et
Boeotis copia adeundi adloquendique Romanum facta est
iussisque tradere noxios et multae nomine triginta conferre
talenta pax data et ab oppugnatione recessum.

30 Paucos post dies decem legati ab Roma uenerunt, quorum
2 ex consilio pax data Philippo in has leges est, ut omnes
Graecorum ciuitates quae in Europa quaeque in Asia essent
libertatem ac suas haberent leges: quae earum sub dicione
Philippi fuissent, praesidia ex iis Philippus deduceret uacuas-
3 que traderet Romanis ante Isthmiorum tempus; deduceret
et ex iis quae in Asia essent, Euromo Pedasisque et Bargyliis et
Iaso et Myrina et Abydo et Thaso et Perintho: eas quoque
4 enim placere liberas esse; de Cianorum libertate Quinctium
Prusiae Bithynorum regi scribere quid senatui et decem
5 legatis placuisset; captiuos transfugasque reddere Philippum
Romanis et naues omnes tectas tradere praeter quinque et
regiam unam inhabilis prope magnitudinis, quam sedecim
6 uersus remorum agebant; ne plus quinque milia armatorum
haberet neue elephantum ullum; bellum extra Macedoniae
7 fines ne iniussu senatus gereret; mille talentum daret populo
Romano, dimidium praesens, dimidium pensionibus decem
8 annorum. Valerius Antias quaternum milium pondo
argenti uectigal in decem annos impositum regi tradit;

29. 11 quia ni *B*: ac qui *Mog.* decreuerant *B*: -erunt *Mog.* 12 conferre] *hic B* (*sed* -ret, *corr. Bekker*): *post* talenta *Mog.*

30. 1 post] *hic B*: *ante* paucos *Mog.; cf. c.* 39. 2 2 ut *B*: *om. Mog.* haberent] *hic B*: *post* leges *Mog.* 2–3 uacuasque . . . deduceret et ex *B* (*sed* duceret ut ex, *corr. Kreyssig*): *om. Mog.* 3 Euromo *Mog.*: Burum o *B* 4 Quinctium . . . scribere *B*: Quintius . . . scriberet *Mog.* 5 praeter quinque *B*: quin *Mog.* 6 quinque milia *B*: quingentis *Mog.* 7 Romano *Mog.*: *om. B* praesens, dimidium *Mog.*: *om. B* 8 impositum regi . . . in annos *B*: *om. Mog.*

Claudius in annos triginta quaterna milia pondo et ducena,
⟨in⟩ praesens uiginti milia pondo. Idem nominatim adiectum 9
scribit ne cum Eumene Attali filio—nouus is tum rex erat—
bellum gereret. In haec obsides accepti, inter quos Deme- 10
trius Philippi filius. Adicit Antias Valerius Attalo absenti
Aeginam insulam elephantosque dono datos et Rhodiis 11
Stratoniceam Cariaeque alias urbes quas Philippus tenuisset;
Atheniensibus insulas datas Lemnum Imbrum Delum
Scyrum.

Omnibus Graeciae ciuitatibus hanc pacem adprobantibus **31**
soli Aetoli decretum decem legatorum clam mussantes carpe-
bant: litteras inanes uana specie libertatis adumbratas esse. 2
cur enim alias Romanis tradi urbes nec nominari eas, alias no-
minari et sine traditione liberas iuberi esse, nisi quod quae in 3
Asia sint liberentur, longinquitate ipsa tutiores, quae in
Graecia sint, ne nominatae quidem intercipiantur, Corinthus
et Chalcis et Oreus cum Eretria et Demetriade? Nec tota 4
ex uano criminatio erat. Dubitabatur enim de Corintho et
Chalcide et Demetriade, quia in senatus consulto, quo missi
decem legati ab urbe erant, ceterae Graeciae atque Asiae
urbes haud dubie liberabantur, de iis tribus urbibus legati 5
quod tempora rei publicae postulassent id e re publica fideque
sua facere ac statuere iussi erant. Antiochus rex erat, quem 6
transgressurum in Europam cum primum ei uires suae satis

8 ducena, ⟨in⟩] ducena *Weissenb.*, *add.* ⟨in⟩ *Madv.* (*Em. p. 489*): ducentum *B*, -ta *Mog.* 10 Antias] *hic B*: *post* Val. *Mog.*; *cf.* 40. 29. 8 11 Lemnum *B*: Paron *Mog.*, Parum *Kreyssig; de re falsa uix iudicandum, sed potius* Lemnum, *siquidem Val. Antias nomina insularum huc de bello Maced. tertio uidetur transtulisse* (*cf. Polyb.* 30. 20. 7 *ad Lemnum et Delum*); *u. De Sanctis, St. Rom. iv. 1, p. 95 n. 185;* Holleaux, *Études d'épigr. v, p. 104*

31. 1 decretum] *ante add.* id *Mog.* 2 liberas iuberi *B*: iubere liberas *Mog.* 3 quod quae *B*: quaeque *Mog.*: ut quae *Frob. 2* quidem *B*: *om. Mog.* 4 urbes *B*: *om. Mog.* 5 ac (stat.) *B*: *om. Mog.* 6 uires suae satis *B*: res suae *Mog.*

placuissent non dubitabant: ei tam opportunas ad occupan-
7 dum patere urbes nolebant. Ab Elatia profectus Quinctius
Anticyram cum decem legatis, inde Corinthum traiecit. Ibi
consilia de libertate Graeciae dies prope totos in concilio
8 decem legatorum agitabantur: identidem Quinctius liberan-
dam omnem Graeciam, si Aetolorum linguas retundere, si
ueram caritatem ac maiestatem apud omnes nominis Romani
9 uellent esse, si fidem facere ad liberandam Graeciam, non ad
transferendum a Philippo ad se imperium sese mare traiecisse.
10 Nihil contra ea de libertate urbium alii dicebant: ceterum
ipsis tutius esse manere paulisper sub tutela praesidii Romani
11 quam pro Philippo Antiochum dominum accipere. Postremo
ita decretum est: Corinthus redderetur Achaeis ut in Acro-
corintho tamen praesidium esset; Chalcidem ac Demetriadem
retineri donec cura de Antiocho decessisset.

32 Isthmiorum statum ludicrum aderat, semper quidem et
alias frequens cum propter spectaculi studium insitum genti,
quo certamina omnis generis artium uiriumque et pernici-
2 tatis uisuntur, tum quia propter opportunitatem loci per duo
diuersa maria omnium rerum usus ministrantis humano
3 generi, concilium Asiae Graeciaeque is mercatus erat. Tum
uero non ad solitos modo usus undique conuenerant sed ex-
pectatione erecti qui deinde status futurus Graeciae, quae
sua fortuna esset. Alii alia non taciti solum opinabantur sed
sermonibus etiam ferebant Romanos facturos: uix cuiquam
4 persuadebatur Graecia omni cessuros. Ad spectaculum

31. 6 ei tam *Mog.*: et iam *B* 7 profectus Quinctius *B*: *om. Mog.* de libertate . . . in concilio *B*: *om. Mog.* agitabantur *B*: tractabantur *Mog.* 8 ac (maiest.) *B*: *om. Mog.* nominis Romani *Mog.*: Romanorum *B* 10 praesidii *B Gel.* (*Mg*): Po. *Mog.* (*sc.* Populi) accipere *B*: -pi *Mog.* 11 Acrocorintho *Frob. 2*: agro Corinthio *B Mog.*

32. 1 quo *B*: *om. Mog.* 2–3 usus . . . usus *B*: *om. Mog.; locum distinxit Madv.* (*Em. p. 489*) 3 alia *B*: *om. Mog.* ferebant *B*: ser- *Mog.* facturos . . . cessuros *B*: *om. Mog.*

consederant, et praeco cum tubicine, ut mos est, in mediam
aream, unde sollemni carmine ludicrum indici solet, processit
et tuba silentio facto ita pronuntiat: 'Senatus Romanus et 5
T. Quinctius imperator Philippo rege Macedonibusque
deuictis liberos, immunes, suis legibus esse iubet Corinthios,
Phocenses, Locrensesque omnes et insulam Euboeam et Ma-
gnetas, Thessalos, Perrhaebos, Achaeos Phthiotas'. Percen- 6
suerat omnes gentes quae sub dicione Philippi regis fuerant.
Audita uoce praeconis maius gaudium fuit quam quod
uniuersum homines acciperent: uix satis credere se quisque 7
audisse et alii alios intueri, mirabundi uelut ad somni uanam
speciem; quod ad quemque pertinebat, suarum aurium fidei
minimum credentes, proximos interrogabant. Reuocatus 8
praeco, cum unusquisque non audire modo sed uidere liber-
tatis suae nuntium aueret, iterum pronuntiauit eadem. Tum 9
ab certo iam gaudio tantus cum clamore plausus est ortus
totiensque repetitus ut facile appareret nihil omnium
bonorum multitudini gratius quam libertatem esse. Ludi- 10
crum deinde ita raptim peractum est ut nullius nec animi nec
oculi spectaculo intenti essent: adeo unum gaudium prae-
occupauerat omnium aliarum sensum uoluptatium.

Ludis uero dimissis cursu prope omnes tendere ad im- **33**
peratorem Romanum, ut ruente turba in unum adire con- 2
tingere dextram cupientium, coronas lemniscosque iacien-
tium haud procul periculo fuerit. Sed erat trium ferme et
triginta annorum, et cum robur iuuentae tum gaudium 3

4 consederant *B*: -runt *Mog.* aream *B*: arenam *Mog.* 6 uniuersum *B*: -si *Mog.*, *corr. Gel.* (*sed post* hom. *scr.* caperent) 7 (uelut) ad *B*: *om. Mog.* pertinebat *B*: -neret *Mog.* 8 modo *B*: *om. Mog.* pronuntiauit *B*: -aret *Mog.* 10 animi *B Mog.*: -mus *Wesenberg; sed ad sensum*

33. 2 lemniscosque iacientium *Frob. 1* (lemmi-): lemnis (*B*: liminis *Mog.*) quosque iacentium *B Mog.* periculo] *ante scr.* e *B*, *coni.* ⟨ill⟩e *Kreyssig; post* fuerit *add.* is *Mog.*

4 ex tam insigni gloriae fructu uires suppeditabat. Nec praesens tantummodo effusa est laetitia, sed per multos dies gratis et
5 cogitationibus et sermonibus renouata: esse aliquam in terris gentem quae sua impensa, suo labore ac periculo bella gerat
6 pro libertate aliorum, nec hoc finitimis aut propinquae uicinitatis hominibus aut terris continentibus iunctis praestet,
7 sed maria traiciat, ne quod toto orbe terrarum iniustum imperium sit, ubique ius fas lex potentissima sint; una uoce
8 praeconis liberatas omnes Graeciae atque Asiae urbes: hoc spe concipere audacis animi fuisse, ad effectum adducere et uirtutis et fortunae ingentis.

34 Secundum Isthmia Quinctius et decem legati legationes
2 regum gentium ciuitatiumque audiuere. Primi omnium regis Antiochi uocati legati sunt. Iis eadem fere quae Romae
3 egerant uerba sine fide rerum iactantibus nihil iam perplexe ut ante, cum dubiae res incolumi Philippo erant, sed aperte denuntiatum ut excederet Asiae urbibus quae Philippi aut Ptolomaei regum fuissent, abstineret liberis ciuitatibus, neu quam lacesseret armis: et in pace et in libertate esse debere
4 omnes ubique Graecas urbes; ante omnia denuntiatum ne in
5 Europam aut ipse transiret aut copias traiceret. Dimissis regis legatis conuentus ciuitatium gentiumque est haberi

33. 3 ex tam *Aldus*: exta *B*: et tam *Mog.* gloriae fructu *Mog.*: gloria et fructus *B* suppeditabat *B*: -bantur *Mog.*, -bant *Aldus* 4 tantum-(modo) *B*: omnium *Mog.* est] *hic B*: *post* laet. *Mog.* renouata *B*: reuocata *Mog.* 6 continentibus *B*: -enti *Mog.*; *u. Madv. Em. p. 489* 7 sed *B*: *om. Mog.* ubique] *ante add.* et *Mog.* liberatas *Frob. 1*: libertas *B Mog.*, *dein* ad *Mog.* 8 ingentis *B*: gentis *Mog.*

34. 1 Isthmia *B*: ista *Mog.*: ista iam *Frob. 2* gentium ciuitatiumque *Mog.*: gentiumque *B*; *cf.* § 5 2 fere] *hic* B: *post* quae *Mog.* egerant *B*: erant *Mog.*: fecerant *Heusinger* iactantibus *B Gel.*(*Mg?*): iactata *Mog.* 3 denuntiatum] de- *B*: pro- *Mog.* Philippi] *ante add.* aut *Mog.* abstineret liberis . . . urbes; ante] *sic B*, *sed* ne umquam, *corr.* neu quam *Madv.* (*Em. p. 490 conl. Polyb.* 18. 47. 1): abstinerent liberas omnesque Graecas ante *Mog.* 5 ciuitatium gentiumque *B* (*sed* -atum): gentium ciuitatiumque *Mog.*

coeptus, eoque maturius peragebatur quod decreta decem legatorum ⟨in⟩ ciuitates nominatim pronuntiabantur. Orestis 6
—Macedonum ea gens est—quod primi ab rege defecissent, suae leges redditae. Magnetes et Perrhaebi et Dolopes liberi quoque pronuntiati. Thessalorum genti praeter libertatem 7
concessam Achaei Phthiotae dati, Thebis Phthioticis et Pharsalo excepta. Aetolos de Pharsalo et Leucade postulantes ut ex foedere sibi restituerentur ad senatum reiecerunt; Phocenses Locrensesque, sicut ante fuerant, adiecta decreti 8
auctoritate iis contribuerunt. Corinthus et Triphylia et 9
Heraea—Peloponnesi et ipsa urbs est—redditae Achaeis. Oreum et Eretriam decem legati Eumeni regi, Attali filio, 10
dabant dissentiente Quinctio: ea una res in arbitrium senatus reiecta est; senatus libertatem iis ciuitatibus dedit Carysto adiecta. Pleurato Lychnidus et Parthini dati: Illyriorum 11
utraque gens sub dicione Philippi fuerant. Amynandrum tenere iusserunt castella quae per belli tempus Philippo capta ademisset.

Dimisso conuentu decem legati, partiti munia inter se, **35**
ad liberandas suae quisque regionis ciuitates discesserunt, P. Lentulus Bargylias, L. Stertinius Hephaestiam et Thasum 2
et Thraeciae urbes, P. Villius et L. Terentius ad regem Antiochum, Cn. Cornelius ad Philippum. Qui de minoribus rebus 3
editis mandatis percunctatus si consilium non utile solum sed etiam salutare admittere auribus posset, cum rex gratias quo- 4
que se acturum diceret si quid quod in rem suam esset ex-

5 decreta *Mog.*: -to *B* ⟨in⟩ *suppl. Crévier* pronuntiabantur *B*: -bant *Mog.* 6 Orestis *Mog.*: opertis *B* 7 excepta *Kreyssig*: -to *B Mog.; cf.* § 10 [**34.** 9–**37.** 6 *Hic exstant frag. F*: *Praef.* § 101 i] 9 et (Heraea) *F Mog.*: *om. B* redditae *F*: -ta *B Mog.* 10 regi *Mog.*: -is *B* ea *B*: *om. Mog.* reiecta est; senatus] *sic FB*: *om. Mog.* adiecta *FB*: -to *Frob. 2*: ac *Mog.* 11 Lychnidus *FB* (-cn-): Lingus *Mog.* fuerant *B*: -rat *Mog.*; *cf. c.* 18. 12
35. 2 L. Stertinius *F Gel.*(*Mg?*): p. stert- *B*: L. Thermus *Mog.* 3 Qui *Gron.*: cui *FB Mog.*

5 promeret, magno opere ei suasit, quoniam pacem impetrasset, ad societatem amicitiamque petendam mitteret Romam
6 legatos ne, si quid Antiochus moueret, expectasse et temporum opportunitates captasse ad rebellandum uideri posset.
7, 8 Ad Tempe Thessalica Philippus est conuentus. Qui cum se missurum extemplo legatos respondisset, Cornelius Thermopylas, ubi frequens Graeciae statis diebus esse solet
9 conuentus—Pylaicum appellant—, uenit: Aetolos praecipue monuit ut constanter et fideliter in amicitia populi Romani
10 permanerent. Aetolorum principes alii leniter questi sunt quod non idem erga suam gentem Romanorum animus esset
11 post uictoriam qui in bello fuisset; alii ferocius incusarunt exprobraruntque non modo uinci sine Aetolis Philippum sed
12 ne transire quidem in Graeciam Romanos potuisse. Aduersus ea respondere, ne in altercationem excederet res, cum supersedisset Romanus, omnia eos aequa impetraturos si Romam misissent dixit. Itaque ex auctoritate eius decreti legati sunt. Hunc finem bellum cum Philippo habuit.

36 Cum haec in Graecia Macedoniaque et Asia gererentur,
2 Etruriam infestam prope coniuratio seruorum fecit. Ad quaerendam opprimendamque eam M'. Acilius Glabrio praetor, cui inter ciues peregrinosque iurisdictio obtigerat, cum una ex duabus legione urbana est missus. Alios ⟨uagos
3 † comprehendit, alios⟩ iam congregatos pugnando uicit: ex his

35. 6 rebellandum *FB*: bell- *Mog.* 8 statis *FB Frob. 2*: statutis *Mog.* Pylaicum] *hic Mog.*: *ante* conuentus *FB* (*sed* pilai) 9 ut *F Mog.*: *om. B* 10 alii leniter questi *F* (ali) *B*: alii interquesti *Gel.* (*Mg*); *cf. Polyb.* 18. 48. 7 post uictoriam *Mog.*: iis *F*, *del. F²*, *om. B*; *postea* fuisset *Mog.*: fuissent *FB* 12 in *B*: *om. Mog.*; *cf.* 34. 1. 1 altercationem *F Mog.*: -ne *B* excederet *Mog.*: c⟨. . .⟩*F²*, cresceret *B* (*gloss. ad* excederet *F ?*); *u. Praef.* § 102

36. 2 M.' (Acil.) *Sig.*: M. *B Mog.* Glabrio *B*: *om. Mog.* est missus *B Mog.*: *secl.* est *Aldus:* emissus *Schenkl* Alios ⟨. . . alios⟩] alios *B Mog.*: *sic suppleui* (*conl. Madv. Em. p. 491*), *iam lac. notauit Madv.* (*Ed. 2*: ⟨uagos per agros oppressit, alios⟩: *pro* alios *coni. olim* aliquot *Madv.*, quos *Harant*

multi occisi, multi capti; alios uerberatos crucibus adfixit, qui principes coniurationis fuerant, alios dominis restituit.

Consules in prouincias profecti sunt. Marcellum Boiorum 4
ingressum fines, fatigato per diem totum milite uia facienda, castra in tumulo quodam ponentem Corolamus quidam, regulus Boiorum, cum magna manu adortus ad tria milia hominum occidit; et inlustres uiri aliquot in illo tumultuario 5
proelio ceciderunt, inter quos praefecti socium T⟨i⟩. Sempronius Gracchus et M. Iunius Silanus et tribuni militum de legione secunda M. Ogulnius et P. Claudius. Castra tamen 6
ab Romanis impigre permunita retentaque, cum hostes prospera pugna elati nequiquam oppugnassent. Statiuis 7
deinde iisdem per dies aliquot sese tenuit, dum et saucios curaret et ⟨a⟩ tanto terrore animos militum reficeret. Boi, ut 8
est gens minime ad morae taedium ferendum patiens, in castella sua uicosque passim dilapsi sunt. Marcellus Pado 9
confestim traiecto in agrum Comensem, ubi Insubres Comensibus ad arma excitis castra habebant, legiones ducit. Galli, feroces Boiorum ante dies paucos pugna, in ipso itinere proelium committunt; et primo adeo acriter inuaserunt ut antesignanos impulerint. Quod ubi Marcellus animaduertit, 10
ueritus ne moti semel pellerentur, cohortem Marsorum cum opposuisset, equitum Latinorum omnes turmas in hostem emisit. Quorum cum primus secundusque impetus rettudisset 11

durius; neque primo alios *respondent uerba posteriora* (*sc.* § 3 *de* '*poena et restitutione*'), *sed deficit membrum de seruis* '*comprendendis*' 4 in tumulo quodam *Mog.*: inter tumulos quosdam *B* quidam *B*: *om. Mog.* 5 T⟨i⟩. (Semp.)] T. *B Mog. Edd.*, Ti. *correxi ut saepe in* T. *corruptum* (*sic iam Sig.*, *sed falso conl. Fastis Capit.*), *uel fort.* P.; *sed uix* T. *de Semproniis Gracchis, neque pertinent* 39. 9. 2, 45. 13. 11 et (M.) *B*: *om. Mog.* M. (Ogul.) *B*: *om. Mog.* 6 elati *B*: *om. Mog.* oppugnassent] op- *Mog.*: ex- *B* 7 aliquot *Mog.*: -od *FB* (*sic saepe*) a *suppl. Gron.* (*cf.* 39. 30. 7) 8 ferendum *B*: *om. Mog.* passim *B*: *om. Mog.* 9 ducit . . . pugna *B* (*sed* ducat, *corr.* B^1): *om. Mog.* ut *Mog.*: *om. B* 10 Marcellus *B*: *om. Mog.* cum opposuisset *B*: opposuit et *Mog.* emisit *Mog.*: misit *B*

inferentem se ferociter hostem, confirmata et reliqua acies
12 Romana restitit primo, deinde signa acriter intulit; nec ultra
sustinuere certamen Galli quin terga uerterent atque effuse
13 fugerent. In eo proelio supra quadraginta milia hominum
caesa Valerius Antias scribit, octoginta septem signa militaria
capta, et carpenta septingenta triginta duo et aureos torques
multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio
14 Ioui donum in aede positum scribit. Castra eo die Gallorum
expugnata direptaque et Comum oppidum post dies paucos
captum; castella inde duodetriginta ad consulem defecerunt.
15 Id quoque inter scriptores ambigitur utrum in Boios prius an
Insubres consul exercitum duxerit aduersamque prospera
pugna oblitterauerit an uictoria ad Comum parta deformata
clade in Bois accepta sit.

37 Sub haec tam uaria fortuna gesta L. Furius Purpurio alter
2 consul per tribum Sapiniam in Boios uenit. Iam castro
Mutilo adpropinquabat, cum ueritus ne intercluderetur
simul a Bois Liguribusque exercitum eadem uia qua adduxerat
reduxit et magno circuitu per aperta eoque tuta loca ad col-
3 legam peruenit. Inde iunctis exercitibus primum Boiorum
agrum usque ad Felsinam oppidum populantes peragrauerunt.
4 Ea urbs ceteraque circa castella et Boi fere omnes praeter
iuuentutem, quae praedandi causa in armis erat—tunc in
5 deuias siluas recesserat—, in deditionem uenerunt. In Ligures
inde traductus exercitus. Boi neglegentius coactum agmen
Romanorum, quia ipsi procul abesse uiderentur, improuiso
6 adgressuros se rati per occultos saltus secuti sunt. Quos non

36. 11 restitit *B*: extitit *Mog.* 13 octoginta *Kreyssig*: octingenta *B*: et quingenta *Mog.*; *cf.* 36. 38. 6 carpenta] *post add.* capta *bis F*, capta F^1 *uel* F^2, capta a *B* septingenta *FB*: quadringenta *Mog.* Capitolio] -io *Mog.*: -ium *FB* 14 post *B*: intra *Mog.* 15 duxerit *B*: ind- *Mog.* parta *B*: parata *Mog.*

37. 1 Sapiniam] *u.* 31. 2. 6: Sapp- *B Mog.* 2 exercitum *FB*: *om. Mog.* eoque *B*: eaque *Mog.* 3 Inde *B*: dein *Mog.* 4 circa *B*: *om. Mog.*

adepti, Pado repente nauibus traiecto Laeuos Libuosque
cum peruastassent, redeuntes inde per Ligurum extremos
fines cum agresti praeda in agmen incidunt Romanum. Proe- 7
lium celerius acriusque commissum quam si tempore locoque
ad certamen destinato praeparatis animis concurrissent. Ibi 8
quantam uim ad stimulandos animos ira haberet apparuit;
nam ita caedis magis quam uictoriae auidi pugnarunt
Romani ut uix nuntium cladis hosti relinquerent. Ob has res 9
gestas consulum litteris Romam allatis supplicatio in triduum
decreta est. Breui post Marcellus consul Romam uenit
triumphusque ei magno consensu patrum est decretus. Trium- 10
phauit in magistratu de Insubribus Comensibusque; Boiorum
triumphi spem collegae reliquit, quia ipsi proprie aduersa
pugna in ea gente euenerat, cum collega secunda. Multa 11
spolia hostium captiuis carpentis trauecta, multa militaria
signa; aeris lata trecenta uiginti milia, argenti bigati ducenta
triginta quattuor milia; in pedites singulos dati octogeni 12
aeris, triplex equiti centurionique.

Eodem anno Antiochus rex, cum hibernasset Ephesi, 38
omnes Asiae ciuitates in antiquam imperii formulam redi-
gere est conatus. Et ceteras quidem, aut quia locis planis 2
positae erant aut quia parum moenibus armisque ac iuuentuti
fidebant, haud difficulter uidebat iugum accepturas: Zmyrna 3
et Lampsacus libertatem usurpabant, periculumque erat ne,
si concessum iis foret quod intenderent, Zmyrnam in Aeolide

6 adepti *Mog.*: -tos *B* Libuosque *Mog.*: libyosque *FB*; *cf.* 5. 35. 2 [*Hic desinunt frag. F*] per Ligurum extremos fines *B*: Ligurum extremo fine *Mog.* 7 celerius] *hic B*: *ante* proel. *Mog.* destinato] -o *B*: -is *Gel.*(*Mg?*): -i *Mog.* 9 consul *B*: *om. Mog.* 10 Boiorum *Mog.*: maiorem *B* in ea gente *Mog.*: *om. B* cum collega *B*: collegae *Mog.* 11 trauecta *B*: traducta *Mog.*; *cf.* 36. 40. 11 lata] *hic B*: *ante* aeris *Mog.*; *cf. c.* 23. 7 ducenta . . . quattuor *Mog.*: *om. B* 12 octogeni *B*: octingenti *Mog.*

38. 2 Et ceteras *B*: reliquas *Mog.* uidebat *B*: *om. Mog.* 3 quod intenderent *B*: quos in Theba *Mog.*

Ioniaque, Lampsacum in Hellesponto aliae urbes sequerentur.
4 Igitur et ipse ab Epheso ad Zmyrnam obsidendam misit et quae
Abydi copiae erant praesidio tantum modico relicto duci ad
5 Lampsacum oppugnandam iussit. Nec ui tantum terrebat,
sed per legatos leniter adloquendo castigandoque temeritatem
ac pertinaciam spem conabatur facere breui quod peterent
6 habituros, sed cum satis et ipsis et omnibus aliis appareret ab
rege impetratam eos libertatem, non per occasionem raptam
7 habere. Aduersus quae respondebatur nihil neque mirari
neque suscensere Antiochum debere, si spem libertatis
differri non satis aequo animo paterentur.

8 Ipse initio ueris nauibus ab Epheso profectus Hellespon-
tum petit, terrestres copias traici ab Abydo Chersonesum
iussit. Cum ad Madytum Chersonesi urbem terrestri naualem
9 exercitum iunxisset, quia clauserant portas, circumdedit
moenia armatis; et iam opera admouenti deditio facta est.
Idem metus Sestum incolentes aliasque Chersonesi urbes in
10 deditionem dedit. Lysimachiam inde omnibus simul naua-
libus terrestribus copiis uenit. Quam cum desertam ac stratam
11 prope omnem ruinis inuenisset—ceperant autem direptam-
que incenderant Thraces paucis ante annis—cupido eum re-
stituendi nobilem urbem et loco sitam opportuno cepit.
12 Itaque omni cura simul est adgressus et tecta muros restituere
et partim redimere seruientes Lysimachenses, partim fuga
sparsos per Hellespontum Chersonesumque conquirere et con-
13 trahere, partim nouos colonos spe commodorum proposita

38. 3 aliae *Frob. 1*: aliquae *B Mog.* 4 oppugnandam *B*: -dum *Mog.* 5 ac (pert.) *B*: et *Mog.* quod *B*: quae *Mog.* 7 respondebatur *B*: -bant *Mog.* 8 traici ab Abydo . . . ad Madytum] traici ab ydo . . . ad Abydum *B*, *corr. Kreyssig*: ad Abydum traiicit *Mog.*, *inde* Madytum trajicit *Glar.* 9 est] *hic B*: *ante* facta *Mog.* Sestum . . . aliasque *B*: tum . . . alias *Mog.* 10 terrestribus *B*: *add.* que *Mog.* (*cf.* 45. 33. 3); *sed potius Asynd. post* simul omnem *B*: *om. Mog.* 12 omni cura *Mog.*: omnia *B*: omnia cum cura *coni. M. Müller* muros *B*: *add.* que *Mog.*; *cf.* 24. 1. 3, 27. 16. 6 *adn.* et (contr.) *B*: *om. Mog.*

adscribere et omni modo frequentare; simul, ut Thracum 14
submoueretur metus, ipse parte dimidia terrestrium copiarum
ad depopulanda proxima Thraciae est profectus, partem naua-
lesque omnes socios reliquit in operibus reficiendae urbis.

Sub hoc tempus et L. Cornelius, missus ab senatu ad diri- 39
menda inter Antiochum Ptolomaeumque reges certamina,
Selymbriae substitit et decem legatorum P. Lentulus a Bar- 2
gyliis, P. Villius et L. Terentius ab Thaso Lysimachiam
petierunt. Eodem et ab Selymbria L. Cornelius et ex Thracia
paucos post dies Antiochus conuenerunt. Primus congressus 3
cum legatis et deinceps inuitatio benigna et hospitalis fuit; ut
de mandatis statuque praesenti Asiae agi coeptum est, animi
exasperati sunt. Romani omnia acta eius ex quo tempore ab 4
Syria classem soluisset displicere senatui non dissimulabant
restituique et Ptolomaeo omnes ciuitates quae dicionis eius
fuissent aequum censebant: nam quod ad eas ciuitates 5
attineret quas a Philippo possessas Antiochus per occasionem
auerso Philippo in Romanum bellum intercepisset, id uero 6
ferendum non esse Romanos per tot annos terra marique
tanta pericula ac labores exhausisse, Antiochum belli praemia
habere. sed ut in Asiam aduentus eius dissimulari ab Romanis 7
tamquam nihil ad eos pertinens potuerit, quid? quod iam
etiam in Europam omnibus naualibus terrestribusque copiis
transierit, quantum a bello aperte Romanis indicto abesse?
illum quidem, etiam si in Italiam traiciat, negaturum;
Romanos autem non expectaturos ut id posset facere.

14 depopulanda *B*: -ndum *Mog.* omnes] *hic B*: *post* socios *Mog.* reficiendae urbis *Mog.*: *om. B*

39. 2 post] *hic B* : *ante* paucos *Mog.*; *cf. c.* 30. 1 4 ab Syria classem *B*: e Syria classe *Mog.* et (Ptol.) *B*: *om. Mog.*; *sed de sententia* et *apte* (*cf. Polyb.* 18. 50. 5), *dein* nam *per Anacolouthon* omnes] *hic B*: *post* ciuit. *Mog.* 7 quid *B*: *om. Mog. Madv.* (*Em. p. 491 n. 2*); *sed sic distingui debet* (*i.e. non* Quid quod); *cf.* 34. 32. 13 aperte *B*: -to *Mog.* (*sed postea om.* indicto) 39. 7–40. 1 autem non . . . Romanos *B*: *om. Mog. Gel.* (*Mg*)

40 Aduersus ea Antiochus mirari se dixit Romanos tam diligenter inquirere quid regi Antiocho faciundum aut quousque
2 terra marique progrediundum fuerit, ipsos non cogitare Asiam nihil ad se pertinere nec magis illis inquirendum esse quid Antiochus in Asia quam Antiocho quid in Italia populus
3 Romanus faciat. quod ad Ptolomaeum attineat, cui ademptas ciuitates querantur, sibi cum Ptolomaeo et amicitiam esse
4 et id agere ut breui etiam adfinitas iungatur. ne ex Philippi quidem aduersa fortuna spolia ulla se petisse aut aduersus Romanos in Europam traiecisse, sed qua Lysimachi quondam regnum fuerit, quo uicto omnia quae illius fuissent iure belli
5 Seleuci facta sint, existimare suae dicionis esse. occupatis maioribus suis rerum aliarum cura primo quaedam ex iis Ptolomaeum, inde et Philippum usurpandae alienae possessionis causa tenuisse. Chersonesus quidem et proxima Thraciae quae circa Lysimachiam sint, quem dubitare quin
6 Lysimachi fuerint? ad ea recipienda in antiquum ius uenisse et Lysimachiam deletam Thracum impetu de integro condere, ut Seleucus filius eam sedem regni habeat.

41 His disceptationibus per dies aliquot habitis rumor sine ullo satis certo auctore allatus de morte Ptolomaei regis ut

40. 1 diligenter *B*: *om. Mog. Gel.* (*Mg*) 2 se *B*: Po. Romanum *Mog.* 3 agere] *post add.* se *Mog.* 4 ne *Bekker*: nec *B Mog.* sed qua . . . regnum *B*: *om. Mog.* 5 usurpandae alienae possessionis causa tenuisse *B*, *sic Mog. sed om.* causa tenuisse, *sc.* '*possessionem usurpare*' *i.e.* '*usu continuare*' (*cf. Cic. de Or.* 3. 28. 110), *nondum Liui aetate* '*iniuste occupare*': usurpanda aliena possessionis causa tenuisse *Madv.* (*Em. p.* 492), *sc.* '*causam alienam usurpare*' *i.e.* '*praetextu uti*', *sed sic inusitate; neque dubium in contextu est quin Liuius de* '*possessione usurpanda*' *scripserit, cf.* 34. 58. 10. *Rerum enim quas occuparat Seleucus, Antiochi proauus, possessionem Ptolomaeus interrupit, inde Philippus easdem ita tenuit, sc. contra Antiochi dicionem* (§ 4), *ut Antiocho a sua parte disserenti uideretur* '*possessionem alienam usu continuare*' *i.e.* '*usurpare*' Chersonesus . . . quin *Kreyssig*: Chersonensum . . . qui in *B*, *fort. recte* Chersonesum (*per Attract.*) *sed potius post* tenuisse *corruptum*: sunt quaedam ex proxima Thracia, sunt quae diu dubitare *Mog.* 6 recipienda . . . ius uenisse *B*: facienda . . . uenissent *Mog.*

nullus exitus imponeretur sermonibus effecit. Nam et dis- 2
simulabat pars utraque se audisse et L. Cornelius, cui legatio
ad duos reges Antiochum Ptolomaeumque mandata erat,
spatium modici temporis ad conueniendum Ptolomaeum
petebat, ut priusquam moueretur aliquid in noua possessione 3
regni praeueniret in Aegyptum, et Antiochus suam fore
Aegyptum, si tum occupasset, censebat. Itaque dimissis 4
Romanis relictoque Seleuco filio cum terrestribus copiis ad
restituendam ut instituerat Lysimachiam, ipse omni classe 5
nauigat Ephesum, legatis ad Quinctium missis qui ad fidem
faciendam nihil nouaturum regem de societate agerent. Oram
Asiae legens peruenit in Lyciam, Patarisque cognito uiuere
Ptolomaeum nauigandi quidem in Aegyptum omissum con-
silium est. Cyprum nihilo minus petens, cum Chelidoniarum 6
promunturium superasset, paulisper seditione remigum est
retentus in Pamphylia circa Eurymedontem amnem. Inde 7
profectum eum ad capita quae uocant Sari fluminis foeda
tempestas adorta prope cum omni classe demersit: multae
fractae, multae naues eiectae, multae ita haustae mari ut
nemo in terram enarit. Magna uis hominum ibi interiit, non 8
remigum modo militumque ignotae turbae sed etiam in-
signium regis amicorum. Conlectis reliquiis naufragii, cum 9
res non in eo essent ut Cyprum temptaret, minus opulento
agmine quam profectus erat Seleuciam rediit. Ibi subduci

41. 1 effecit *B*: *om. Mog.* 2 (Nam) et *B*: *om. Mog.* dissimulabat *Mog.*: -auit *B* 3 praeueniret] prae- *B*: per- *Mog.* occupasset *B*: occasio esset *Mog.* 5 nauigat *B*: -gans *Mog.* faciendam . . . regem *B*: *om. Mog.* 6 petens *B*: tendens *Gel.* (*Mg*) Chelidoniarum *B*: -nium *Mog.* 7 ad capita quae *Mog.*: captaque *B* adorta *B*: oborta *Mog.*; *cf.* 21. 58. 3, 30. 39. 1 fractae, multae *B*: *om. Mog.* eiectae] *hic Mog.*: *om. B*: *ante* naues *Jacobs* enarit *Kreyssig*: enaret *B*: enauerit *Mog.*; *cf.* 44. 28. 12 8 modo *B*: tantum *Mog.* ignotae turbae *B*: ignotorum *Mog.* regis *B*: *om. Mog.* 9 essent *B*: esset *Mog.* concessit] con- *B*: pro- *Mog.*

nauibus iussis—iam enim et hiems instabat—ipse in hiberna Antiochiam concessit. In hoc statu regum erant res.

42 Romae eo primum anno tresuiri epulones facti C. Licinius Lucullus tribunus plebis, qui legem de creandis his tulerat, et P. Manlius et P. Porcius Laeca; iis triumuiris item ut pontificibus lege datum est togae praetextae habendae ius.
2 Sed magnum certamen cum omnibus sacerdotibus eo anno fuit quaestoribus urbanis Q. Fabio Labeoni et L. Aurelio.
3 Pecunia opus erat, quod ultimam pensionem pecuniae in
4 bellum conlatae persolui placuerat priuatis. Quaestores ab auguribus pontificibusque quod stipendium per bellum non contulissent petebant. Ab sacerdotibus tribuni plebis nequiquam appellati, omniumque annorum per quos non dederant
5 exactum est. Eodem anno duo mortui pontifices nouique in eorum locum suffecti, M. Marcellus consul in locum C. Semproni Tuditani, qui praetor in Hispania decesserat, et L.
6 Valerius Flaccus in locum M. Corneli Cethegi. Et Q. Fabius Maximus augur mortuus est admodum adulescens, priusquam ullum magistratum caperet; nec eo anno augur in eius locum est suffectus.

7 Comitia inde consularia habita a M. Marcello consule. Creati consules L. Valerius Flaccus et M. Porcius Cato. Praetores inde facti Cn. Manlius Volso Ap. Claudius Nero P. Porcius Laeca C. Fabricius ⟨Luscinus C. Atinius⟩ Labeo P. Manlius.

41. 9–**42.** 1 regum . . . res. Romae *Mog.*: rerum . . . res Romanae *B*
42. 1 tresuiri] III– B^1 (IIII– *B*): triun- *Mog.* et P. Manlius *B*: *om. Mog.* pontificibus *Pighius*: -ci *B Mog.* est *B*: *om. Mog.* 3 conlatae] con- *Mog.*: al- *B; cf.* 26. 36. 11, 29. 16. 2 persolui *B*: -uere *Mog.* 4 plebis *B*: *om. Mog.* 5 C. (Sempr.) *B*: T. *Mog.; cf. c.* 25. 9 Flaccus *B*: *om. Mog.* 6 suffectus *Mog.*: subiectus *B* 7 et (M.) *B*: *om. Mog.* Cn. (Manl.) *B*: C. *Mog.*; *sic c.* 43. 5 P. Porcius Laeca] *hic B*, *sed* M *.pro* P.: *om. Mog.*, *post* P. Manlius *Gel.* (*sed* Lecca) C. Fabricius . . . Labeo] *hic* C. Fabricius Labeo *B*: *om. Mog.*, *ante* C. Manlius *scr.* C. Fabritius Luscinius Catinius Labeo *Mog. Em. Error.*, *sic corr.* Luscinus C. Atinius *Frob. 2*; *cf. c.* 43. 5

Eo anno aediles curules M. Fuluius Nobilior et C. Flaminius 8
tritici deciens centena milia binis aeris populo discripserunt.
Id C. Flamini honoris causa ipsius patrisque aduexerant
Siculi Romam: Flaminius gratiam eius communicauerat 9
cum collega. Ludi Romani et apparati magnifice sunt et ter
toti instaurati. Aediles plebis Cn. Domitius Ahenobarbus et 10
C. Scribonius Curio [maximus] multos pecuarios ad populi
iudicium adduxerunt: tres ex his condemnati sunt; ex eorum
multaticia pecunia aedem in insula Fauni fecerunt. Ludi 11
plebei per biduum instaurati, et epulum fuit ludorum causa.

L. Valerius Flaccus et M. Porcius Cato consules idibus **43**
Martiis, quo die magistratum inierunt, de prouinciis cum ad
senatum rettulissent, patres censuerunt, quoniam in Hispania 2
tantum glisceret bellum ut iam consulari et duce et exercitu
opus esset, placere consules Hispaniam citeriorem Italiamque
prouincias aut comparare inter se aut sortiri: utri Hispania 3
prouincia euenisset, eum duas legiones et quindecim milia
socium Latini nominis et octingentos equites secum portare
et naues longas uiginti ducere; alter consul duas scriberet 4
legiones: iis Galliam obtineri prouinciam satis esse fractis
proximo anno Insubrum Boiorumque animis. Cato Hi- 5
spaniam, Valerius Italiam est sortitus. Praetores deinde
prouincias sortiti, C. Fabricius Luscinus urbanam, C. Ati-
nius Labeo peregrinam, Cn. Manlius Volso Siciliam, Ap.
Claudius Nero Hispaniam ulteriorem, P. Porcius Laeca Pisas,
ut ab tergo Liguribus esset; P. Manlius in Hispaniam citerio-
rem adiutor consuli datus. T. Quinctio, suspectis non solum 6

8 Eo anno *B*: *om. Mog. Gel.* (*Mg*) discripserunt *B*: diuiserunt *Mog.* aduexerant *Mog.*: *om. B* 9 cum collega *Mog.*: collegae *B* 10 C. (Scrib.) *Mog.*: *om. B* [maximus] *add. B Mog.*, *secl. Drak. recte*; *cf.* 41. 21. 9
43. 1 Cato . . . Martiis *B*: *om. Mog.* 2 quoniam *B*: quum *Mog.*; *u. c.* 2. 9 *adn.* Italiamque *B*: et Italiam *Mog.* 3 quindecim *B*: quinque *Mog. Gel.* (*Mg?*) octingentos *B*: quingentos *Mog.* 4 obtineri] *hic B*: *post* prou. *Mog.* Boiorumque *B*: et Boiorum *Mog.* 5 in (Hisp.) *Mog.*: *om. B* datus *B*: datur *Mog.*; *cf.* 26. 19. 10

Antiocho et Aetolis sed iam etiam Nabide Lacedaemoniorum tyranno, prorogatum in annum imperium est, duas legiones ut haberet: in eas si quid supplementi opus esset, consules
7 scribere et mittere in Macedoniam iussi. Ap. Claudio praeter legionem quam Q. Fabius habuerat, duo milia ⟨peditum⟩ et
8 ducentos equites nouos ut scriberet permissum. Par numerus peditum equitumque nouorum et P. Manlio in citeriorem Hispaniam decretus et legio eadem quae fuerat sub Q. Minucio
9 praetore data. Et P. Porcio Laecae ad Etruriam circa Pisas decem milia peditum et quingenti equites ex Gallico exercitu decreti. In Sardinia prorogatum imperium Ti. Sempronio Longo.

44 Prouinciis ita distributis consules, priusquam ab urbe proficiscerentur, uer sacrum ex decreto pontificum iussi facere,
2 quod A. Cornelius Mammula praetor uouerat de senatus sententia populique iussu Cn. Seruilio C. Flaminio consulibus.
3 Annis post uno et uiginti factum est quam uotum. Per eosdem dies C. Claudius Appi filius Pulcher augur in Q. Fabi Maximi locum, qui priore anno mortuus erat, lectus inauguratusque est.
4 Mirantibus iam uolgo hominibus quod Hispania mouisset bellum neglegi, litterae a Q. Minucio allatae sunt se ad Turdam

43. 6 iam *B*: *om. Mog.* 7 ⟨peditum⟩ *Frob. 1*: *om. B Mog.* nouos ut scriberet *B*: nouosque scribere *Mog.* 8 et (P. Manl.) *B*: *om. Mog.* 9 ad Etruriam *B Mog.*: *secl. Madv.*: *suppl.* ⟨tuendam⟩ *H. J. Müller*, *sed cf.* § 5; *ita* ad Etruriam *ut* in Hispaniam *milites decreti* decem milia *B*: ducenti *Mog.* Ti. *Weissenb.*: t. *B*: *om. Mog.*; *cf. c.* 26. 2

44. 1 ex decreto . . . iussi facere] *sic B*, *sed* iussit, *corr. Baumgarten-Crusius*: ex pontificum iussu fecere *Mog.* 2 A. (Corn.) *Sig.*: Cn. *B*: C. *Mog.*; *cf.* 23. 21. 4 3 locum] *hic B Frob. 2*: *ante* Q. Fabi *Frob. 1*: *om. Mog.* qui *Mog.*: in *B* (*om.* q *post* locū?) 4 quod . . . neglegi *Gel.* (*Mg.*): quod cum . . . neglegerent *B* Turdam *B*: Turbam *Mog.* (*cf. App.*, *Iber.* 10 Τορβολήτας, *Ptol.* 2. 6. 61 Turbula, *in Hisp. cit.*); *sed potius* Turdam, *cf.* Turtam (*Or. Rom. Fr.*², *ed. Malcovati*, '*Cato*', *fr.* 40), *sc. apud* Turdetanos, *fort. in Hisp. cit.*(*cf.* 21. 6. 1, 28. 39. 8) *uel potius*, *ut plerumque de Turdetanis*, *in Hisp. ult.* (*J. Vallejo*, *Emerita xi* (*1943*), *p. 175*; *id.* '*Livio*

oppidum cum Budare et Baesadine imperatoribus Hispanis signis conlatis prospere pugnasse: duodecim milia hostium caesa, Budarem imperatorem captum, ceteros fusos fugatosque. His litteris lectis minus terroris ab Hispanis erat, 5 unde ingens bellum expectatum fuerat. Omnes curae utique post aduentum decem legatorum in Antiochum regem conuersae. Hi expositis prius quae cum Philippo acta essent et 6 quibus legibus data pax, non minorem belli molem instare ab Antiocho docuerunt: ingenti classe, egregio terrestri 7 exercitu in Europam eum traiecisse et, nisi auertisset uana spes ex uaniore rumore orta Aegypti inuadendae, mox bello Graeciam arsuram fuisse; neque enim ne Aetolos quidem quieturos, cum ingenio inquietam tum iratam Romanis gentem. haerere et aliud in uisceribus Graeciae ingens malum, 8 Nabim, nunc Lacedaemoniorum, mox si liceat uniuersae Graeciae futurum tyrannum, auaritia et crudelitate omnes fama celebratos tyrannos aequantem; cui si Argos uelut arcem 9 Peloponneso impositam tenere liceat, deportatis in Italiam Romanis exercitibus nequiquam liberatam a Philippo Graeciam fore, pro rege si nihil aliud longinquo uicinum tyrannum dominum habituram.

Haec cum ab tam grauibus auctoribus, tum qui omnia **45** per se ipsos explorata adferrent, audirentur, maior res quod 2 ad Antiochum attineret, maturanda magis, quoniam rex quacumque de causa in Syriam concessisset, de tyranno consultatio uisa est. Cum diu disceptatum esset utrum satis iam 3

xxi', *p. xxviii*); *de Minucio cf. c.* 43. 8 (*Hisp. cit.*) *sed* 34. 10. 5–6 (*Hisp. ult.*); *u. Fraccaro*, *Opusc. i*, *p. 224 n. 15*, *sed De Sanctis*, *St. Rom. iv. 1*, *p. 446 n. 135* Baesadine *B*: Besaside *Mog.* 5 utique] *hic B*: *post* aduent. *Mog.* 6 legibus *Mog.*: *om. B* instare] in- *B*: re- *Mog.* 7 et (nisi) *B*: *om. Mog.* 8 haerere *Mog.*: habere *B*

45. 1 ab tam *B*: iam ab *Mog.* tum qui *B Frob. 2*: tum quia *Mog.*: qui *Ussing*: ut qui *coni. M. Müller* adferrent] ad- *B*: re- *Mog.* 2 magis, quoniam *B*: his quum *Mog.*; *u. c.* 2. 9 *adn.* 3 satis] *hic B*: *post* causae *Mog.*

causae uideretur cur decerneretur bellum, an permitterent T. Quinctio, quod ad Nabim Lacedaemonium attineret,
4 faceret quod e re publica censeret esse, permiserunt, eam rem esse rati quae maturata dilataue non ita magni momenti ad
5 summam rem publicam esset: magis id animaduertendum esse quid Hannibal et Carthaginienses, si cum Antiocho bellum motum foret, acturi essent.

6 Aduersae Hannibali factionis homines principibus Romanis, hospitibus quisque suis, identidem scribebant nuntios litterasque ab Hannibale ad Antiochum missas et ab rege ad
7 eum clam legatos uenisse: ut feras quasdam nulla mitescere arte, sic immitem et implacabilem eius uiri animum esse; marcescere otii situ queri ciuitatem et inertia sopiri nec sine
8 armorum sonitu excitari posse. Haec probabilia memoria prioris belli per unum illum non magis gesti quam moti faciebat. Inritauerat etiam recenti facto multorum potentium animos.

46 Iudicum ordo Carthagine ea tempestate dominabatur,
2 eo maxime quod iidem perpetui iudices erant. Res fama uitaque omnium in illorum potestate erat; qui unum eius ordinis offendisset omnes aduersos habebat, nec accusator
3 apud infensos iudices deerat. Horum in tam impotenti regno —neque enim ciuiliter nimiis opibus utebantur—praetor
4 factus Hannibal uocari ad se quaestorem iussit. Quaestor id pro nihilo habuit; nam et aduersae factionis erat et, quia ex

45. 3 bellum *B*: *om. Mog.* (faceret) quod *B*: quae *Mog.; cf.* 34. 34. 9 4 ita *B*: tam *Gel.* (*Mg*): *om. Mog.* publicam *B*: Po. Romani *Mog. Gel.* (*Mg*) 5 bellum motum foret *B*: ortum foret b. *Mog.* 6 hospitibus *Jacobs*: hostibus *B*: amicis *Mog.* (*ex gloss.?*) 7 nulla mitescere arte *B*: numquam mitescere *Mog.* et (implac.) *B*: *om. Mog.* otii situ *B*: otio tum *Mog.*, *corr.* otio situque *Gel.* (*ex Mg?*); *sed melius* otii situ *conl.* armorum sonitu; *cf.* 30. 44. 7–8 sopiri *B*: operis *Mog.*

46. 2 offendisset *B*: idem *Mog.*: et *Frob. 2* infensos] *hic B*, *post* iud. *Frob. 2* (*sic* infestos *Mog.*) 3 uocari *B*: -re *Mog.* 3–4 iussit. Quaestor id *B*: idem *Mog.*

quaestura in iudices, potentissimum ordinem, referebatur,
iam pro futuris mox opibus animos gerebat. Enimuero in- 5
dignum id ratus Hannibal uiatorem ad prendendum quae-
storem misit subductumque in contionem non ipsum magis
quam ordinem iudicum, prae quorum superbia atque opibus
nec leges quicquam essent nec magistratus, accusauit. Et ut 6
secundis auribus accipi orationem animaduertit et infimorum
quoque libertati grauem esse superbiam eorum, legem ex-
templo promulgauit pertulitque ut in singulos annos iudices 7
legerentur neu quis biennium continuum iudex esset.
Ceterum quantam eo facto ad plebem inierat gratiam, tan-
tum magnae partis principum offenderat animos. Adiecit et 8
aliud quo bono publico sibi proprias simultates inritauit.
Vectigalia publica partim neglegentia dilabebantur, partim
praedae ac diuisui et principum quibusdam et magistratibus
erant: quin et pecunia quae in stipendium Romanis suo 9
quoque anno penderetur deerat tributumque graue priuatis
imminere uidebatur.

Hannibal postquam uectigalia quanta terrestria mariti- **47**
maque essent et in quas res erogarentur animaduertit et quid
eorum ordinarii rei publicae usus consumerent, quantum
peculatus auerteret, omnibus residuis pecuniis exactis, tributo 2
priuatis remisso satis locupletem rem publicam fore ad
uectigal praestandum Romanis pronuntiauit in contione et
praestitit promissum.

Tum uero ii quos pauerat per aliquot annos publicus pe- 3
culatus, uelut bonis ereptis, non furtorum manubiis extortis
infensi et irati Romanos in Hannibalem et ipsos causam odii

4 referabatur *B*: -bantur *Mog.* 5 prae B^1 (per *B*) *Frob. 2*: *om. Mog.* 7 ut *Mog.*: *om. B* neu *Duker*: ne B^1 (*om. B*) *Mog.* quantam *Mog.*: -tum *B* offenderat *B*: -debat *Mog.* 8 et (aliud) *B*: *om. Mog.* quo *Heinsius*: quod *B Mog.* et (princ.) *B*: *om. Mog.* 9 quin *Mog.*: *om. B*
47. 3 ii *Bekker*: iis *B*: isti *Mog.* manubiis *Madv.*: manibus *B Mog.*; *cf.* 29. 8. 9

4 quaerentes instigabant. Ita diu repugnante P. Scipione Africano, qui parum ex dignitate populi Romani esse ducebat subscribere odiis accusatorum Hannibalis et factionibus Car-
5 thaginiensium inserere publicam auctoritatem nec satis habere bello uicisse Hannibalem nisi uelut accusatores calu-
6 mniam in eum iurarent ac nomen deferrent, tandem peruicerunt ut legati Carthaginem mitterentur qui ad senatum eorum arguerent Hannibalem cum Antiocho rege consilia belli
7 faciendi inire. Legati tres missi, Cn. Seruilius M. Claudius Marcellus Q. Terentius Culleo. Qui cum Carthaginem uenissent, ex consilio inimicorum Hannibalis quaerentibus
8 causam aduentus dici iusserunt uenisse se ad controuersias quae cum Masinissa rege Numidarum Carthaginiensibus
9 essent dirimendas. Id creditum uolgo: unum Hannibalem se peti ab Romanis non fallebat et ita pacem Carthaginiensibus datam esse ut inexpiabile bellum aduersus se unum
10 maneret. Itaque cedere tempori et fortunae statuit; et praeparatis iam ante omnibus ad fugam, obuersatus eo die in foro auertendae suspicionis causa, primis tenebris uestitu forensi ad portam cum duobus comitibus ignaris consilii est egressus.

48 Cum equi quo in loco iusserat praesto fuissent, nocte Byzacium—ita regionem quandam agri uocant—transgressus, postero die ad mare inter Acyllam et Thapsum ad suam

47. 4 Ita *B*: itaque *Mog.* P. (Sc.) *B*: *om. Mog.* qui *B*: quia *Mog.* ex dignitate p.R. esse *B*: expugnantes se *Mog.* accusatorum *B*: -tionibusque *Mog.* 6 ad (sen.) *B*: apud *Mog.* arguerent *Mog.*: *om. B* 7 Cn. (Ser.) *B*: C. *Mog.* Carthaginem *B*: *om. Mog.* 8 se *B*: *om. Mog.* 9 unum] *hic B*: *post* Hann. *Mog.* 10 ante] *hic B*: *post* omn. *Mog.*

48. 1 iusserat *B*: fuerunt *Mog.*, -rant *Frob. 2* Byzacium —ita *B*: uisa cita *Mog.* ad (mare) *B*: *om. Mog.* Acyllam *B*: ancillam *Mog.* (*dein om.* et): Achollam *Sig.* (*ut Graece* Ἀχόλλαν; *cf. Plin., N. H.* 5. 30) *uel fort.* Achullam (*ut in nummis*); *u. Bell. Afr.* 33 *et* 43, Acylla, *u. l.* Acilla (*ut Lex Agr.* 79 Aquillitanorum)

turrem peruenit; ibi eum parata instructaque remigio ex- 2
cepit nauis. Ita Africa Hannibal excessit, saepius patriae quam
suum euentum miseratus. Eodem die in Cercinam insulam 3
traiecit. Vbi cum in portu naues aliquot Phoenicum onerarias
cum mercibus inuenisset et ad egressum eum e naue concur-
sus salutantium esset factus, percunctantibus legatum se
Tyrum missum dici iussit. Veritus tamen ne qua earum nauis 4
nocte profecta Thapsum aut Hadrumetum nuntiaret se
Cercinae uisum, sacrificio apparari iusso magistros nauium
mercatoresque inuitari iussit et uela cum antemnis ex nauibus 5
corrogari ut umbraclum—media aestas forte erat—cenantibus
in litore fieret. Quanto res et tempus patiebatur apparatu 6
celebratae eius diei epulae sunt, multoque uino in serum
noctis conuiuium productum. Hannibal cum primum fallendi 7
eos qui in portu erant tempus habuit, nauem soluit. Ceteri 8
sopiti cum postero die tandem ex somno pleni crapulae
surrexissent, ad id quod serum erat, aliquot horas referendis in
naues collocandis⟨que⟩ et aptandis armamentis absumpserunt.

Carthagine [et] multitudinis adsuetae domum Hannibalis 9
frequentare concursus ad uestibulum aedium est factus. Vt 10
non comparere eum uolgatum est, in forum turba conuenit
principem ciuitatis quaerentium; et alii fugam conscisse, id
quod erat, alii fraude Romanorum interfectum idque magis 11
uolgo fremebant, uariosque uoltus cerneres ut in ciuitate

2 suum euentum *B*: suorum euentus *Mog.* 3 Eodem *B*: eo *Mog.* Phoenicum *B* (phen-): *om. Mog.*: Poeni *Frob. 2* (*dein* inuenissent) missum *B*: *om. Mog.* 5 umbraclum *Madv.* (*Em. p. 493*): umbrae tum *B* (*inde infra* fierent): umbra etenim *Mog.* 6 Quanto . . . patiebatur apparatu celebratae *B*: quantum . . . patiebantur apparatae celebrataeque *Mog. Frob. 2* (*sed* patiebatur) productum] pro- *Mog.*: per- *B* 7 cum *ed. Lugd. 1553*: quod *B*: quam *Mog.* 8 ad (id) *B*: *om. Mog.* referendis *B*: remis *Mog.* collocandis⟨que⟩] *suppl.* que *Kreyssig* et aptandis *Mog.*: *om. B* 9 [et] . . . ut] *sic B Mog.*, *sed* et *secl. Weissenb.*: et . . . ⟨et⟩ ut *Aldus*: ut . . . et *coni. Drak.*, mane . . . ut *M. Müller*; *nam uix* Carthagine et multitudinis . . . (*c.* 49. 1) Et Romani *scriptum est* 10 alii . . . conscisse *Mog.*: aliis . . . conscisset *B* 11 uolgo fremebant *B*: ferebant *Mog.*

aliorum alias partes fouentium et factionibus discordi; uisum deinde Cercinae eum tandem allatum est.

49 Et Romani legati cum in senatu exposuissent compertum patribus Romanis esse et Philippum regem ante ab Hanni-
2 bale maxime accensum bellum populo Romano fecisse et nunc litteras nuntiosque ab eo ad Antiochum et Aetolos missos consiliaque inita impellendae ad defectionem Carthaginis, nec alio eum quam ad Antiochum regem profectum: haud quie-
3 turum antequam bellum toto orbe terrarum concisset; id ei non debere impune esse, si satisfacere Carthaginienses populo Romano uellent nihil eorum sua uoluntate nec publico con-
4 silio factum esse—Carthaginienses responderunt quidquid aequum censuissent Romani facturos esse.

5 Hannibal prospero cursu Tyrum peruenit exceptusque a conditoribus Carthaginis ut ab altera patria, uir tam clarus omni genere honorum, paucos moratus dies Antiochiam
6 nauigat. Ibi profectum iam regem in Asiam cum audisset filiumque eius sollemne ludorum ad Daphnen celebrantem conuenisset, comiter ab eo exceptus nullam moram nauigandi
7 fecit. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo incertumque de Romano bello, sed haud paruum momentum ad animum eius moliendum aduentus Hannibalis fecit.

8 Aetolorum quoque eodem tempore alienati ab societate Romana animi sunt, quorum legatos Pharsalum et Leucadem et quasdam alias ciuitates ex primo foedere repetentes senatus ad T. Quinctium reiecit.

48. 11 discordi *B*: *om. Mog.* eum *B*: quum *Mog.*, *dein om.* Et (Rom.)
49. 1 populo Romano *Mog.*: populum B^1 (-lo *B*) 2 et Aetolos . . . Antiochum *B*: *om. Mog.*, *inde* profectos antequam bellum *Mog.*: eum quam b. ante quam *B*, *corr.* eum ante quam b. *Kreyssig; sed* eum quam *pro* ante quam *primo scr. B*, *dein* ante quam *repetiit* 3 id ei non *B*: ne his *Mog.* 5 ab altera *B*: alia *Mog.* 6 in Asiam] in Asia *B*, *corr. Kreyssig*: om. *Mog.* filiumque *B*: *om.* que *Mog.* 7 de *Mog.*: *om. B* ad animum *B*: animo *Mog.* 8 repetentes *B*: pet- *Mog.* T. (Quinct.) *B*: *om. Mog.*
Subscr.: Titi Liui ab urbe condita liber xxxiii explicit incipit liber xxxiiii *B*

T. LIVI
AB VRBE CONDITA
LIBER XXXIV

INTER bellorum magnorum aut uixdum finitorum aut im- 1
minentium curas intercessit res parua dictu sed quae studiis
in magnum certamen excesserit. M. Fundanius et L. 2
Valerius tribuni plebi ad plebem tulerunt de Oppia lege
abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis Q. Fabio 3
Ti. Sempronio consulibus in medio ardore Punici belli, ne
qua mulier plus semunciam auri haberet neu uestimento
uersicolori uteretur neu iuncto uehiculo in urbe oppidoue
aut propius inde mille passus nisi sacrorum publicorum causa
ueheretur. M. et P. Iunii Bruti tribuni plebis legem Oppiam 4
tuebantur nec eam se abrogari passuros aiebant; ad suaden-
dum dissuadendumque multi nobiles prodibant; Capitolium
turba hominum fauentium aduersantiumque legi comple-
batur. Matronae nulla nec auctoritate nec uerecundia nec 5
imperio uirorum contineri limine poterant, omnes uias urbis
aditusque in forum obsidebant, uiros descendentes ad forum
orantes ut florente re publica, crescente in dies priuata
omnium fortuna matronis quoque pristinum ornatum reddi
paterentur. Augebatur haec frequentia mulierum in dies; 6
nam etiam ex oppidis conciliabulisque conueniebant. Iam 7

Hinc minus ualet ed. Mog., ut ab Edd. uet. (cf. χ) orta, sed Mg citamus, sc. ea quae Carb. et Gel. ex codice 'annotata' diserte praebent: u. Praef. § 118

1. 2 plebi] -i *B*: -ei *ψ*: -is *φ* 3 Tulerat *B Mg A*: -ant χ C. (Opp.) *Mg*: M. *Bχ*; *cf.* Cn. *ap. Perioch.* 34 Ti. (Semp.) *Sig.*: T. *Bχ* semunciam *B*: semiuncia χ 4 P. *Mg*: T. *Bχ* Iunii Bruti *B* (-ni) *Mg*: Iunius Brutus χ (*ante* Br. *add.* et *ψ*) 6 conciliabulisque χ: *om.* que *B* conueniebant *Mg*: -uenerant *Bχ*

et consules praetoresque et alios magistratus adire et rogare audebant; ceterum minime exorabilem alterum utique consulem M. Porcium Catonem habebant, qui pro lege quae abrogabatur ita disseruit:

2 'Si in sua quisque nostrum matre familiae, Quirites, ius et maiestatem uiri retinere instituisset, minus cum uniuersis
2 feminis negotii haberemus: nunc domi uicta libertas nostra impotentia muliebri hic quoque in foro obteritur et calcatur, et quia singulas sustinere non potuimus uniuersas horremus.
3 Equidem fabulam et fictam rem ducebam esse uirorum omne genus in aliqua insula coniuratione muliebri ab stirpe sub-
4 latum esse; ab nullo genere non summum periculum est si coetus et concilia et secretas consultationes esse sinas. Atque ego uix statuere apud animum meum possum utrum peior
5 ipsa res an peiore exemplo agatur; quorum alterum ad nos consules reliquosque magistratus, alterum ad uos, Quirites, magis pertinet. Nam utrum e re publica sit necne id quod ad uos fertur, uestra existimatio est qui in suffragium ituri estis.
6 Haec consternatio muliebris, siue sua sponte siue auctoribus uobis, M. Fundani et L. Valeri, facta est, haud dubie ad culpam magistratuum pertinens, nescio uobis, tribuni, an
7 consulibus magis sit deformis: uobis, si feminas ad concitandas tribunicias seditiones iam adduxistis; nobis, si ut plebis quondam sic nunc mulierum secessione leges accipiendae
8 sunt. Equidem non sine rubore quodam paulo ante per

1. 7 abrogabatur χ: -gatur *B*

2. 2 sustinere χ: *om. B Madv.*, *sic infra pro* potuimus *coni.* domuimus (*Em. p. 494*) *uel* compescuimus (*Ed. 2*) *Madv.*, continuimus *Hertz*, coercuimus *Novák*; *sed apte* sustinere, *sc.* '*refrenare*', *tamquam de equis*, *cf.* calcatur *et infra* § 13 4 ego *B Mg*: *om.* χ 5 pertinet *B*χ: -neret *Mg* 6 Fundani . . . Valeri *B Gel.*: -io . . . -io χ tribuni *B Gel.*: -nis χ 7 (uobis) si *B Gel.*: sit ϕ: *om.* ψ feminas] *hic Dett.*: *post* ad *B*χ; *sed tribuni feminas iam utcumque concitatas* (§ 6) *in secessionem adducebant* concitandas χ: [*spat. ix litt.*] *B* si ut *Gel.*: sicut *B*χ plebis χ: *om. B*

medium agmen mulierum in forum perueni. Quod nisi me
uerecundia singularum magis maiestatis et pudoris quam
uniuersarum tenuisset, ne compellatae a consule uiderentur,
dixissem: "Qui hic mos est in publicum procurrendi et 9
obsidendi uias et uiros alienos appellandi? Istud ipsum suos
quaeque domi rogare non potuistis? An blandiores in publico 10
quam in priuato et alienis quam uestris estis? Quamquam ne
domi quidem uos, si sui iuris finibus matronas contineret
pudor, quae leges hic rogarentur abrogarenturue curare
decuit." Maiores nostri nullam, ne priuatam quidem rem 11
agere feminas sine tutore auctore uoluerunt, in manu esse
parentium, fratrum, uirorum: nos, si diis placet, iam etiam
rem publicam capessere eas patimur et foro prope et con-
tionibus et comitiis immisceri. Quid enim nunc aliud per 12
uias et compita faciunt quam rogationem tribunorum plebi
suadent, quam legem abrogandam censent? Date frenos im- 13
potenti naturae et indomito animali et sperate ipsas modum
licentiae facturas: nisi uos facietis, minimum hoc eorum est 14
quae iniquo animo feminae sibi aut moribus aut legibus
iniuncta patiuntur. Omnium rerum libertatem, immo licen-
tiam, si uere dicere uolumus, desiderant. Quid enim, si hoc
expugnauerint, non temptabunt?

'Recensete omnia muliebria iura quibus licentiam earum 3
adligauerint maiores uestri per quaeque subiecerint uiris;
quibus omnibus constrictas uix tamen continere potestis.

8 tenuisset] -et ϕL: -ent $B\psi$ consule χ: *om. B* (*post* -ta ea) 11 tutore $B\psi$: *om.* ϕ nos *Edd. uet.*: nunc $B\chi$ publicam χ: *om. B* prope *Mg*: quoque $B\chi$ (*cf.* § 2) *sed cf. potius c.* 3. 6 12 rogationem *B*: -es χ plebi *B*: -is χ quam *Harant*: aliam *BN*: aliae χ: latam *Weidner; sed rhetorice*, *cf.* 4. 4. 6 13 et sperate *B Mg*: desp- χ 14 facietis $B\chi$: feceritis *Mg* iniuncta *Gron.* -tum $B\chi$ temptabunt $B\chi$: -auerint *Mg*

3. 1 Recensete omnia χ: recens et ea omnia *B*, *inde* recensete animo *Madv.* per quaeque *Gel.*: perquamque χ: per q̄· *B* (*sc.* quae *ex* que?): per quae ⟨eas⟩ *Ussing*: per quaeque ⟨eas⟩ *Wulsch*; *sed aptius* quibus . . . per quaeque *in brachylogia* (*cf.* 24. 24. 8), *sc. ad* licentiam

2 Quid? Si carpere singula et extorquere et exaequari ad extremum uiris patiemini, tolerabiles uobis eas fore creditis?
3 Extemplo simul pares esse coeperint, superiores erunt. At hercule ne quid nouum in eas rogetur recusant, non ius sed
4 iniuriam deprecantur: immo ut quam accepistis iussistis suffragiis uestris legem, quam usu tot annorum et experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis, id est, ut unam tollendo
5 legem ceteras infirmetis. Nulla lex satis commoda omnibus est: id modo quaeritur, si maiori parti et in summam prodest. Si quod cuique priuatim officiet ius, id destruet ac demolietur, quid attinebit uniuersos rogare leges quas mox abrogare in
6 quos latae sunt possint? Volo tamen audire quid sit propter quod matronae consternatae procucurrerint in publicum ac
7 uix foro se et contione abstineant? Vt captiui ab Hannibale redimantur parentes, uiri, liberi, fratres earum? Procul abest absitque semper talis fortuna rei publicae; sed tamen, cum
8 fuit, negastis hoc piis precibus earum. At non pietas nec sollicitudo pro suis sed religio congregauit eas: matrem Idaeam a Pessinunte ex Phrygia uenientem accepturae sunt. Quid honestum dictu saltem seditioni praetenditur muliebri?
9 "Vt auro et purpura fulgamus" inquit, "ut carpentis festis profestisque diebus, uelut triumphantes de lege uicta et abrogata et captis ereptis suffragiis uestris, per urbem uectemur: ne ullus modus sumptibus, ne luxuriae sit."

4 'Saepe me querentem de feminarum, saepe de uirorum nec de priuatorum modo sed etiam magistratuum sumptibus
2 audistis, diuersisque duobus uitiis, auaritia et luxuria, ciuita-

3. 2 extorquere *Asc.*: -eri $B\chi$ exaequari *Mg*: aeq- $B\chi$; *sed potius ad Allit.; cf. c.* 4. 14 uiris $B\chi$: uiri *Mg* 5 summam $B\chi$: -a *Mg* prodest $B\chi$: prosit *coni. Madv.; sed tamquam ex Catonis sermone, cf.* § 9 *adn.* attinebit $B\chi$: -et *Mg* 6 procucurrerint *B*: procurrerent ψ, -currant ϕ: procurrerunt *Mg* abstineant $B\chi$: -ent *Mg* 8 a (Pess.) *Mg*: *om.* $B\chi$; *cf.* 29. 10. 5 9 fulgamus *B*: -geamus ψ, -geam ϕ; *sed ut antique*

tem laborare, quae pestes omnia magna imperia euerterunt.
Haec ego, quo melior laetiorque in dies fortuna rei publicae 3
est, quo magis imperium crescit—et iam in Graeciam Asiam-
que transcendimus omnibus libidinum inlecebris repletas et
regias etiam adtrectamus gazas—, eo plus horreo, ne illae
magis res nos ceperint quam nos illas. Infesta, mihi credite, 4
signa ab Syracusis inlata sunt huic urbi. Iam nimis multos
audio Corinthi et Athenarum ornamenta laudantes miran-
tesque et antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes. Ego 5
hos malo propitios deos et ita spero futuros, si in suis manere
sedibus patiemur. Patrum nostrorum memoria per legatum 6
Cineam Pyrrhus non uirorum modo sed etiam mulierum
animos donis temptauit. Nondum lex Oppia ad coercendam
luxuriam muliebrem lata erat; tamen nulla accepit. Quam 7
causam fuisse censetis? Eadem fuit quae maioribus nostris
nihil de hac re lege sanciundi: nulla erat luxuria quae coer-
ceretur. Sicut ante morbos necesse est cognitos esse quam 8
remedia eorum, sic cupiditates prius natae sunt quam leges
quae iis modum facerent. Quid legem Liciniam excitauit de 9
quingentis iugeribus nisi ingens cupido agros continuandi?
Quid legem Cinciam de donis et muneribus nisi quia uecti-
galis iam et stipendiaria plebs esse senatui coeperat? Itaque 10
minime mirum est nec Oppiam nec aliam ullam tum legem
desideratam esse quae modum sumptibus mulierum faceret,
cum aurum et purpuram data et oblata ultro non accipiebant.
Si nunc cum illis donis Cineas urbem circumiret, stantes in 11
publico inuenisset quae acciperent. Atque ego nonnullarum
cupiditatium ne causam quidem aut rationem inire possum.
Nam ut quod alii liceat tibi non licere aliquid fortasse 12

4. 2 magna χ: *om. B* 3 quo magis imperium *Mg Frob. 2*: imperiumque *B*χ 5 et (ita) *B Mg*: sed χ 7 nostris *L*: uestris *B*χ sanciundi *Mg*: -iendi *B*χ 8 facerent *B*χ: fecerunt *Mg* 11 quae] *ante add.* et χ, eas *Edd. uet., secl. Gel.*

naturalis aut pudoris aut indignationis habeat, sic aequato omnium cultu quid unaquaeque uestrum ueretur ne in se
13 conspiciatur? Pessimus quidem pudor est uel parsimoniae uel paupertatis; sed utrumque lex uobis demit cum id quod
14 habere non licet non habetis. "Hanc" inquit "ipsam exaequationem non fero" illa locuples. "Cur non insignis auro et purpura conspicior? Cur paupertas aliarum sub hac legis specie latet, ut quod habere non possunt habiturae, si liceret,
15 fuisse uideantur?" Vultis hoc certamen uxoribus uestris inicere, Quirites, ut diuites id habere uelint quod nulla alia possit, pauperes ne ob hoc ipsum contemnantur, supra uires
16 se extendant? Ne ⟨eas⟩ simul pudere quod non oportet coeperit, quod oportet non pudebit. Quae de suo poterit, para-
17 bit: quae non poterit, uirum rogabit. Miserum illum uirum, et qui exoratus et qui non exoratus erit, cum quod ipse non
18 dederit datum ab alio uidebit. Nunc uolgo alienos uiros rogant et, quod maius est, legem et suffragia rogant et a quibusdam impetrant. Aduersus te et rem tuam et liberos tuos exorabilis es: simul lex modum sumptibus uxoris tuae
19 facere desierit, tu nunquam facies. Nolite eodem loco existimare, ⟨Quirites,⟩ futuram rem quo fuit antequam lex de hoc
20 ferretur. Et hominem improbum non accusari tutius est quam absolui, et luxuria non mota tolerabilior esset quam erit nunc,
21 ipsis uinculis sicut ferae bestiae inritata, deinde emissa. Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo: uos quod faxitis, deos omnes fortunare uelim.'

4. 12 aequato . . . cultu *B*: -at . . . cultum χ ueretur *B*χ *Frob. 2*: uereretur *Mg* 14 ut *Edd. uet.*: et *B*χ 15 Quirites χ: [*spat. viii litt.*] *B* contemnantur ψE: condem- *B*ϕ 16 ⟨eas⟩ *suppl. Lentz, ex usu* coeperit, quod oportet χ: *om. B* 17 datum χ: *om. B* (*inde* uidebitur *infra*) 18 alienos χ: alios *B* a] *ante add.* id *Mg* exorabilis es *B*: -les χ 19 ⟨Quirites⟩ *suppl. Edd. uet.; cf.* § 15 20 inritata . . . emissa] -a . . . -a *Gron.* (*iam Gel., sed ad* fera bestia): -ae . . . -ae *B*χ 21 faxitis *B*: facitis χ

Post haec tribuni quoque plebi qui se intercessuros pro- 5
fessi erant, cum pauca in eandem sententiam adiecissent, tum
L. Valerius pro rogatione ab se promulgata ita disseruit: 'Si
priuati tantummodo ad suadendum dissuadendumque id
quod ab nobis rogatur processissent, ego quoque, cum satis
dictum pro utraque parte existimarem, tacitus suffragia
uestra expectassem: nunc cum uir clarissimus, consul M. 2
Porcius, non auctoritate solum, quae tacita satis momenti
habuisset, sed oratione etiam longa et accurata insectatus sit
rogationem nostram, necesse est paucis respondere. Qui 3
tamen plura uerba in castigandis matronis quam in rogatione
nostra dissuadenda consumpsit, et quidem ut in dubio poneret
utrum id quod reprenderet matronae sua sponte an nobis
auctoribus fecissent. Rem defendam, non nos, in quos iecit 4
magis hoc consul uerbo tenus quam ut re insimularet. Coetum 5
et seditionem et interdum secessionem muliebrem appellauit
quod matronae in publico uos rogassent ut legem in se latam
per bellum temporibus duris in pace et florenti ac beata re
publica abrogaretis. Verba magna quae rei augendae causa 6
conquirantur et haec et alia esse scio, et M. Catonem oratorem
non solum grauem sed interdum etiam trucem esse scimus
omnes, cum ingenio sit mitis. Nam quid tandem noui 7
matronae fecerunt, quod frequentes in causa ad se pertinente
in publicum processerunt? Nunquam ante hoc tempus in
publico apparuerunt? Tuas aduersus te Origines reuoluam.
Accipe quotiens id fecerint, et quidem semper bono publico. 8
Iam a principio, regnante Romulo, cum Capitolio ab Sabinis
capto medio in foro signis conlatis dimicaretur, nonne inter-
cursu matronarum inter acies duas proelium sedatum est?

5. 1 plebi *B*: -bei *Mg* χ 2 cum *B*χ: ut *Mg ut uid.* clarissimus *Mg*: grauiss- *B*χ; *sed de Catone ut 'consule', non ut 'priuato'* (cf. § 1) quae *Mg*: qua *B*χ necesse *B*χ: necessum *Mg* (*cf.* 39. 5. 9 *adn.*); *neque hic antique* 4 defendam *B*: -dendam *Mg*: deflendam χ 5 publico *B*ψ *Mg*: cum φ latam *B Mg*: datam χ

9 Quid? Regibus exactis cum Coriolano Marcio duce legiones Volscorum castra ad quintum lapidem posuissent, nonne id agmen quo obruta haec urbs esset matronae auerterunt? Iam urbe capta a Gallis aurum quo redempta urbs est nonne matronae consensu omnium in publicum contulerunt?
10 Proximo bello, ne antiqua repetam, nonne et, cum pecunia opus fuit, uiduarum pecuniae adiuuerunt aerarium et, cum di quoque noui ad opem ferendam dubiis rebus accerserentur, matronae uniuersae ad mare profectae sunt ad matrem
11 Idaeam accipiendam? Dissimiles, inquis, causae sunt. Nec mihi causas aequare propositum est: nihil noui factum purgare
12 satis est. Ceterum quod in rebus ad omnes pariter uiros feminas pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in causa
13 proprie ad ipsas pertinente miramur fecisse? Quid autem fecerunt? Superbas, me dius fidius, aures habemus si, cum domini seruorum non fastidiant preces, nos rogari ab honestis feminis indignamur!

6 'Venio nunc ad id de quo agitur. In quo duplex consulis oratio fuit; nam et legem ullam omnino abrogari est indignatus et eam praecipue legem quae luxuriae muliebris coer-
2 cendae causa lata esset. Et illa communis pro legibus uisa consularis oratio est, et haec aduersus luxuriam seuerissimis
3 moribus conueniebat; itaque periculum est, nisi quid in utraque re uani sit docuerimus, ne quis error uobis offun-
4 datur. Ego enim quemadmodum ex iis legibus quae non in tempus aliquod sed perpetuae utilitatis causa in aeternum latae sunt nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut usus
5 coarguit aut status aliquis rei publicae inutilem fecit, sic

5. 9 aurum quo . . . nonne *Duker*: aurum quo . . . nempe *Bχ*: quo . . . nempe aurum *Mg Madv.* (*supra* urbe *secl.*, *sc.* capta . . . urbs; *ante* nempe *distinxit*); *sed aptius* nonne *in schemate interrogationis* (*cf.* §§ 8–10) 11 propositum] pro- *χ*: re- *B* 12 feminas *B*: *add.* que *χ*
6. 2 uisa *B Mg*: suis *χ* 3 re *Bχ*: *secl. Gel.* offundatur *Bχ*: defend- *Mg*, defund- *Mog.* 4 (nisi) quam *χ*: *om. B*

quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales, ut ita dicam,
et temporibus ipsis mutabiles esse uideo. Quae in pace lata 6
sunt, plerumque bellum abrogat, quae in bello, pax, ut in
nauis administratione alia in secunda, alia in aduersa tem-
pestate usui sunt. Haec cum ita natura distincta sint, ex utro 7
tandem genere ea lex esse uidetur quam abrogamus? ⟨Num⟩-
quae uetus? Regia lex simul cum ipsa urbe nata aut, quod 8
secundum est, ab decemuiris ad condenda iura creatis in duo-
decim tabulis scripta, sine qua cum maiores nostri non existi-
marint decus matronale seruari posse, nobis quoque uerendum
sit ne cum ea pudorem sanctitatemque feminarum abroge-
mus? Quis igitur nescit nouam istam legem esse, Q. Fabio 9
et Ti. Sempronio consulibus uiginti ante annis latam? Sine
qua cum per tot annos matronae optimis moribus uixerint,
quod tandem ne abrogata ea effundantur ad luxuriam peri-
culum est? Nam si ista lex ⟨uetus⟩ aut ideo lata esset ut 10
finiret libidinem muliebrem, uerendum foret ne abrogata in-
citaret: cur sit autem lata, ipsum indicabit tempus. Hannibal 11
in Italia erat, uictor ad Cannas; iam Tarentum, iam Arpos,
iam Capuam habebat; ad urbem Romam admoturus exerci-
tum uidebatur; defecerant socii; non milites in supplemen- 12
tum, non socios nauales ad classem tuendam, non pecuniam

5 desiderarunt *Bχ*: -abunt *Mg* 6 abrogat *χ*: -ant *B* secunda . . . aduersa tempestate *Bχ*: -am . . . -am -atem *Mg* (*cf.* 37. 15. 7); *sed cf.* 38. 3. 11 7 distincta sint *χ*: -ctas *B* ⟨Num⟩quae *scripsi*, *iam* ⟨ec⟩quae *M. Müller*: quae *B*: quia *χ*: quid *Asc.* (*sc.* quid? uetus): quippe *Weissenb.*: quam *Madv.* (*Em. p. 496; sc.* quam uetus? regia, *inde pro* lex *coni.* scilicet *Madv.*, *sic uero* regiane lex *Seyffert*). *Apte* numquae, *cf.* § 9 igitur; *necnon post* uetus *distinguendum*, *cf.* §§ 4–5, 10, '*utrum lex uetus esset an ad tempus lata*' 8 decus *χ*: *om. B* uerendum *Bχ*: uerecundum *Mg* 9 nescit *B Mg ϕ Frob. 2*: -ciat *ψ Edd. uet.* Ti. (Semp.) *Sig.*: T. *Bχ* 10 ⟨uetus⟩ aut] *suppl.* uetus *Mayerhoefer*, aut antiqua *Madv.* (*sed cf.* § 7 uetus): *pro* aut *coni.* ante *Harant*: *secl.* aut *Hill* (*sed uix ex* autem *infra ortum*); *etiamnunc de ratione duplici*, *sc.* '*neque uerendum nisi lex*, *ut uetus*, *decus seruasset uel*, *ut noua*, *contra libidinem lata esset*' indicabit *Gron.*: -auit *Bχ*

in aerario habebamus; serui quibus arma darentur ita ut pretium pro iis bello perfecto dominis solueretur emebantur;
13 in eandem diem pecuniae frumentum et cetera quae belli usus postulabant praebenda publicani se conducturos professi erant; seruos ad remum numero ex censu constituto cum
14 stipendio nostro dabamus; aurum et argentum omne ab senatoribus eius rei initio orto in publicum conferebamus; uiduae et pupilli pecunias suas in aerarium deferebant; cautum erat quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus
15 signati argenti et aeris domi haberemus—tali tempore in luxuria et ornatu matronae occupatae erant, ut ad eam coercendam Oppia lex desiderata sit, cum quia Cereris sacrificium lugentibus omnibus matronis intermissum erat, senatus finiri
16 luctum triginta diebus iussit? Cui non apparet inopiam et miseriam ciuitatis, [et] quia omnium priuatorum pecuniae in usum publicum uertendae erant, istam legem scripsisse tam diu mansuram quam diu causa scribendae legis mansisset?
17 Nam si quae tunc temporis causa aut decreuit senatus aut populus iussit in perpetuum seruari oportet, cur pecunias reddimus priuatis? Cur publica praesenti pecunia locamus?
18 Cur serui qui militent non emuntur? Cur priuati non damus remiges sicut tunc dedimus?

7 'Omnes alii ordines, omnes homines mutationem in meliorem statum rei publicae sentient: ad coniuges tantum nostras pacis et tranquillitatis publicae fructus non perueniet?
2 Purpura uiri utemur, praetextati in magistratibus, in sacerdotiis; liberi nostri praetextis purpura togis utentur; magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romae infimo generi,

6. 12 ita ut χ: aut *B* iis $B\chi$: ipsis *Mg* 13 eandem diem *Gel.* ('*sincera lectio*'): eadem die $B\chi$ conducturos χ: condit- *B* 15 Oppia] *hic B*: *post* lex χ: *secl. Madv.* 16 inopiam . . . miseriam $B\chi$: -ia . . . -ria *Mg*. [et] *secl. Gron.* 17 aut (decr.) *Mg*: *om.* $B\chi$

7. 1 nostras *Edd. uet.*: uestras $B\chi$ 2 hic Romae . . . uicorum *Mg* (*Carb. et Gel.*): *om.* $B\chi$

magistris uicorum, togae praetextae habendae ius permit-
temus, nec id ut uiui solum habeant [tantum] insigne sed 3
etiam ut cum eo crementur mortui: feminis dumtaxat pur-
purae usu interdicemus? Et cum tibi uiro liceat purpura in
uestem stragulam uti, matrem familiae tuam purpureum
amiculum habere non sines, et equus tuus speciosius instratus
erit quam uxor uestita? Sed in purpura, quae teritur absumi- 4
tur, iniustam quidem sed aliquam tamen causam tenacitatis
uideo; in auro uero, in quo praeter manupretium nihil inter-
trimenti fit, quae malignitas est? Praesidium potius in eo est
et ad priuatos et ad publicos usus, sicut experti estis. Nullam 5
aemulationem inter se singularum, quoniam nulla haberet, esse
aiebat. At hercule uniuersis dolor et indignatio est, cum socio-
rum Latini nominis uxoribus uident ea concessa ornamenta
quae sibi adempta sint, cum insignes eas esse auro et pur- 6
pura, cum illas uehi per urbem, se pedibus sequi, tamquam in
illarum ciuitatibus non in sua imperium sit. Virorum hoc ani- 7
mos uolnerare posset: quid muliercularum censetis, quas etiam
parua mouent? Non magistratus nec sacerdotia nec triumphi 8
nec insignia nec dona aut spolia bellica iis contingere possunt:
munditiae et ornatus et cultus, haec feminarum insignia sunt, 9
his gaudent et gloriantur, hunc mundum muliebrem appel-
larunt maiores nostri. Quid aliud in luctu quam purpuram 10
atque aurum deponunt? Quid cum eluxerunt sumunt? Quid
in gratulationibus supplicationibusque nisi excellentiorem
ornatum adiciunt? Scilicet, si legem Oppiam abrogaritis, non 11

2 permittemus *Mg* (*Carb. et Gel.*): est *Bχ* 3 id *Mg ut uid.* χ: *om. B* (*ante om.* nec *B*, *suppl.* B^1) solum *Bχ*: *secl. Madv.*; *sed u. infra* [tantum] *secl. H. J. Müller*: *coni.* ⟨usi⟩tatum *M. Müller* usu *Frob. 2*: usui *B*: usum χ uestem stragulam *B*: -te -la χ et (eq.) χ: *om. B* 4 iniustam *Frob. 2*: in his iustam *Bχ* manupretium *Bekker*: manui pr- *B*: manus pr- χ fit *Edd. uet.*: fuit *Bχ* 5 se *Bχ Gel.*: eas *Mg* quoniam *Mg* χ: *om. B* uident *Bχ*: uideant *Mg* 9 nostri *Edd. uet.*: uestri *Bχ* 10 excellentiorem ornatum *B Frob. 2*: -res . . . -us χ

uestri arbitrii erit si quid eius uetare uolueritis quod nunc lex uetat: minus filiae, uxores, sorores etiam quibusdam in
12 manu erunt. Nunquam saluis suis exuitur seruitus muliebris, et ipsae libertatem quam uiduitas et orbitas facit detestantur.
13 In uestro arbitrio suum ornatum quam in legis malunt esse; et uos in manu et tutela, non in seruitio debetis habere eas et
14 malle patres uos aut uiros quam dominos dici. Inuidiosis nominibus utebatur modo consul seditionem muliebrem et secessionem appellando. Id enim periculum est ne Sacrum montem, sicut quondam irata plebs, aut Auentinum capiant!
15 Patiendum huic infirmitati est, quodcumque uos censueritis. Quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debetis.'

8 Haec cum contra legem proque lege dicta essent, aliquanto maior frequentia mulierum postero die sese in publicum
2 effudit unoque agmine omnes Brutorum ianuas obsederunt, qui collegarum rogationi intercedebant, nec ante abstiterunt
3 quam remissa intercessio ab tribunis est. Nulla deinde dubitatio fuit quin omnes tribus legem abrogarent. Viginti annis post abrogata est quam lata.

4 M. Porcius consul, postquam abrogata lex Oppia est, extemplo uiginti quinque nauibus longis, quarum quinque sociorum erant, ad Lunae portum profectus est eodem exer-
5 citu conuenire iusso, et edicto per oram maritimam misso nauibus omnis generis contractis ab Luna proficiscens edixit ut ad portum Pyrenaei sequerentur: inde se frequenti classe
6 ad hostes iturum. Praeteruecti Ligustinos montes sinumque Gallicum ad diem quam dixerat conuenerunt. Inde Rhodam uentum et praesidium Hispanorum quod in castello erat
7 ui deiectum. Ab Rhoda secundo uento Emporias peruen-

7. 11 arbitrii χ: *om.* *B* filiae *B Mg*: fide χ

8. 2 Brutorum *B Gel.*: tribunorum χ obsederunt $B^1\chi$: obsid -*B* (*cf.* 28. 12. 15 *adn.*) collegarum $B\chi$ *hic*: -gae *Mg post* rog. *ut uid.* est $B\chi$: esset *Mg* 3 Viginti] *hic B*: *post* ann. ψ: *post* post ϕ 4 (prof.) est *B*: *om.* χ 5 edixit χ: dixit *B* 6 dixerat *B*: edix- χ 7 Rhoda χ: -dia *B*

tum: ibi copiae omnes praeter socios nauales in terram
expositae.

Iam tunc Emporiae duo oppida erant muro diuisa. Vnum 9
Graeci habebant, a Phocaea, unde et Massilienses, oriundi,
alterum Hispani; sed Graecum oppidum in mare expositum 2
totum orbem muri minus quadringentos passus patentem
habebat, Hispanis retractior a mari trium milium passuum in
circuitu murus erat. Tertium genus Romani coloni ab diuo 3
Caesare post deuictos Pompei liberos adiecti. Nunc in corpus
unum confusi omnes Hispanis prius, postremo et Graecis in
ciuitatem Romanam adscitis. Miraretur qui tum cerneret, 4
aperto mari ab altera parte, ab altera Hispanis tam fera et
bellicosa gente obiectis, quae res eos tutaretur. Disciplina
erat custos infirmitatis, quam inter ualidiores optime timor
continet. Partem muri uersam in agros egregie munitam 5
habebant, una tantum in eam regionem porta imposita,
cuius adsiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat.
Nocte pars tertia ciuium in muris excubabat; neque moris 6
causa tantum aut legis sed quanta si hostis ad portas esset et
seruabant uigilias et circumibant cura. Hispanum neminem 7
in urbem recipiebant: ne ipsi quidem temere urbe excede-
bant. Ad mare patebat omnibus exitus. Porta ad Hispanorum 8
oppidum uersa nunquam nisi frequentes, pars tertia fere cuius
proxima nocte uigiliae in muris fuerant, egrediebantur. Causa 9
exeundi haec erat: commercio eorum Hispani imprudentes
maris gaudebant mercarique et ipsi ea quae externa nauibus
inueherentur et agrorum exigere fructus uolebant. Huius
mutui usus desiderium ut Hispana urbs Graecis pateret

9. 3 adiecti *B MgA*^{x}: abiecti ϕ, -iecit ψ 4 fera . . . obiectis] *sic* *B*χ, *sed pro* bellicosa gente *scr.* bellicos agenti esse *B*: ferae et bellicosae genti obiectos *Frob. 2; sed potius de mari Hispanisque 'obiectis' ut 'ex aduerso sitis'* 5 Partem] *ante add.* et *Mg* cuius *B Mg*: cui uel ϕ: ciuilis ψ semper *Mg*: *om. B*χ 6 excubabat] -bat *B*: -bant χ causa] *hic Mg*: *post* legis *B*χ et (seru.) χ: *om. B*

10 faciebat. Erant etiam eo tutiores quod sub umbra Romanae amicitiae latebant, quam sicut minoribus uiribus quam Massilienses pari colebant fide. Tum quoque consulem exer-
11 citumque comiter ac benigne acceperunt. Paucos ibi moratus dies Cato, dum exploraret ubi et quantae hostium copiae essent, ut ne mora quidem segnis esset, omne id tempus
12 exercendis militibus consumpsit. Id erat forte tempus anni ut frumentum in areis Hispani haberent; itaque redemptoribus uetitis frumentum parare ac Romam dimissis 'Bellum'
13 inquit 'se ipsum alet'. Profectus ab Emporiis agros hostium urit uastatque, omnia fuga et terrore complet.

10 Eodem tempore M. Heluio decedenti ex ulteriore Hispania cum praesidio sex milium dato ab Ap. Claudio praetore Celtiberi agmine ingenti ad oppidum Iliturgi occurrunt.
2 Viginti milia armatorum fuisse Valerius scribit, duodecim milia ex iis caesa, oppidum Iliturgi receptum et puberes
3 omnes interfectos. Inde ad castra Catonis Heluius peruenit et, quia tuta iam ab hostibus regio erat, praesidio in ulteriorem Hispaniam remisso Romam est profectus et ob rem feliciter
4 gestam ouans urbem est ingressus. Argenti infecti tulit in aerarium quattuordecim milia pondo septingenta triginta

9. 9 faciebat χ: -bant *B* 10 pari] *ante add.* ita *Dett. Wesenberg, non necess.* Tum *B*: tunc χ ac benigne χ: *om. B* 11 dies] *hic* $B\chi$: *post* paucos *Mg* Cato] *ante add.* cos. *Mg* 12 Hispani *B Mg*: *om.* χ parare ψA: parere $B\phi$

10. 1 M. (Hel.) *Mg*: *om.* $B\chi$ ex χ: *om. B* Iliturgi *Frob. 2*: liturgī *B*, -gim χ, -gum *L*, -gi L^x; *de* i *omisso cf. c.* 12. 7 (*B*); *ad Accus.* -i *cf.* § 2 *adn.*, *u. Neue-Wagener i, p. 948* (*sed* -in 28. 19. 4); *de nomine oppidi tamquam in Hisp. cit. cf.* 23. 49. 12, 24. 41. 8, 26. 17. 4, *sic fort. corrupto nomine* (*e.g.* 28. 19. 1, *ut uid.*, *pro* Ilurci), *u. Fontes Hisp. Ant. iii, pp. 80, 181*; *sed potius in Hisp. ult.*, *ut de 'Celtiberorum agmine' apparet* (*c.* 17. 4); *u.* 33. 44. 4 *adn.* occurrunt *Dett.*: acc- *B*: occurrerunt χ 2 Viginti χ: *om. B* duodecim milia χ: XII *B*; *sic etiam om.* milia § 4 $B\chi$ *post* septemdecim, § 7 $B\chi$ *post* quattuor, *B post* tria Iliturgi ϕ (ill-*A*): liturgi BL^x, -gim ψ, -gum *L*; *u.* § 1 *adn.* 4 quattuordecim] decem quattuor $B\chi$; *u.* 26. 49. 3 *adn.* septingenta] -ta *Dett.*: -tum $B\chi$ (*cf.* 30. 21. 4 *adn.*)

duo et signati bigatorum septemdecim milia uiginti tres et
Oscensis argenti centum undeuiginti milia quadringentos un-
dequadraginta. Causa triumphi negandi senatui fuit quod 5
alieno auspicio et in aliena prouincia pugnasset; ceterum
biennio post redierat, cum prouincia successori Q. Minucio
tradita annum insequentem retentus ibi longo et graui fuisset
morbo. Itaque duobus modo mensibus ante Heluius ouans 6
urbem est ingressus quam successor eius Q. Minucius trium-
pharet. Hic quoque tulit argenti pondo triginta quattuor 7
milia octingenta et bigatorum septuaginta tria milia et
Oscensis argenti ducenta septuaginta octo milia.

In Hispania interim consul haud procul Emporiis castra **11**
habebat. Eo legati tres ab Ilergetum regulo Bilistage, in 2
quibus unus filius eius erat, uenerunt querentes castella sua
oppugnari nec spem ullam esse resistendi nisi praesidium
Romanus misisset: tria milia militum satis esse nec hostes, si 3
tanta manus uenisset, mansuros. Ad ea consul moueri quidem
se uel periculo eorum uel metu dicere, sed sibi nequaquam 4
tantum copiarum esse ut, cum magna uis hostium haud procul
absit et quam mox signis conlatis dimicandum sit in dies ex-
pectet, diuidendo exercitum minuere tuto uires possit. Legati 5
ubi haec audierunt flentes ad genua consulis prouoluuntur,
orant ne se in rebus tam trepidis deserat: quo enim se, re- 6
pulsos ab Romanis, ituros? nullos se socios, nihil usquam in
terris aliud spei habere. potuisse se extra id periculum esse, si 7

4 bigatorum] big- *Dett.*: pig- *B*: bic- χ undeuiginti milia] XIX *B*: XX χ, *suppl.* milia *Dett.* 5 Q. (Min.) *B Mg*: quoque χ; *de Minucio u.* 33. 44. 4 *adn.* insequentem *B Frob. 2*: seq- χ 7 octo] VIII *B*ϕ: VIIII ψ

11. 2 uenerunt *Frob. 2*: conuen- *B*χ: Con⟨. . .⟩ uen- *Rossbach* (*ut nomen supplens*) praesidium Romanus misisset *L Bekker*: praesidium *inde* Romanis missis et *B*, -nis misisset ψ, -ni misisset ϕ: praesidio Romanus miles esset *Mg*; *cf. c.* 14. 2, 9 3 tria *B Mg*: quina χ 4 quam *B*ψ: qua ϕ possit *Voss*: posset *B*χ; *neque enim de temporum uariatione agitur, cf.* 29. 24. 6 *adn.* 5 audierunt *Mg* χ: -iuerunt *B Frob. 2* orant χ: -tes *B*

decedere fide, si coniurare cum ceteris uoluissent. nullis minis, nullis terriculis se motos, sperantes satis opis et auxilii sibi
8 in Romanis esse. id si nullum sit, si sibi a consule negetur, deos hominesque se testes facere inuitos et coactos se, ne eadem quae Saguntini passi sint patiantur, defecturos et cum ceteris potius Hispanis quam solos perituros esse.

12 Et illo quidem die sic sine responso dimissi. Consulem
2 nocte quae insecuta est anceps cura agitare: nolle deserere socios, nolle minuere exercitum, quod aut moram sibi ad dimicandum aut in dimicando periculum adferre posset.
3 Stat sententia non minuere copias, ne quid interim hostes inferant ignominiae; sociis spem pro re ostentandam censet:
4 saepe uana pro ueris, maxime in bello, ualuisse et credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia
5 et sperando atque audendo seruatum. Postero die legatis respondet, quamquam uereatur ne suas uires aliis eas commodando minuat, tamen se illorum temporis ac periculi magis
6 quam sui rationem habere. Denuntiari militum parti tertiae ex omnibus cohortibus iubet ut cibum quem in naues imponant mature coquant nauesque in diem tertium expediri
7 [iussit]. Duos ex legatis Bilistagi atque Ilergetibus nuntiare ea iubet; filium reguli comiter habendo et muneribus apud
8 se retinet. Legati non ante profecti quam impositos in naues milites uiderunt: id pro haud dubio iam nuntiantes non suos modo sed etiam hostes fama Romani auxilii aduentantis impleuerunt.

13 Consul ubi satis quod in speciem fuit ostentatum est,
2 reuocari ex nauibus milites iubet: ipse, cum iam id tempus

11. 8 sint $B\phi$: sunt ψ

12. 1 sic χ: *om.* B: sicut *Weidner* Consulem B: -ul χ 5 respondet *Siesbye*: -dit $B\chi$ 6 iubet . . . [iussit]] iussit *secl. Madv.*: [iubet] . . . iussit *uel* iussisse (*ut Catonis uerba*, *cf.* respondet) *Perizonius*; *neque pertinet* 31. 11. 7–9 iussi *ter* 7 Ilergetibus χ: lerg- B (*cf. c.* 10. 1 *adn.*) iubet χ: iussit B 8 uiderunt B: -erint χ

anni appeteret quo geri res possent, castra hiberna tria milia
passuum ab Emporiis posuit. Inde per occasiones nunc hac
parte, nunc illa modico praesidio castris relicto praedatum
milites in hostium agros ducebat; nocte ferme proficisce- 3
bantur ut et quam longissime a castris procederent et in-
opinantes opprimerent. Et exercebat ea res nouos milites et
hostium magna uis excipiebatur, nec iam egredi extra muni-
menta castellorum audebant. Vbi [satis] admodum et suorum 4
et hostium animos est expertus, conuocari tribunos praefe-
ctosque et equites omnes et centuriones iussit. 'Tempus' inquit 5
'quod saepe optastis uenit, quo uobis potestas fieret uirtutem
uestram ostendendi. Adhuc praedonum magis quam bellan-
tium militastis more: nunc iusta pugna hostes cum hostibus 6
conferetis manus; non agros inde populari sed urbium opes
exhaurire licebit. Patres nostri, cum ⟨in⟩ Hispania Car- 7
thaginiensium et imperatores [ibi] et exercitus essent, ipsi
nullum in ea militem haberent, tamen addi hoc in foedere
uoluerunt ut imperii sui Hiberus fluuius esset finis. Nunc cum 8
duo praetores, cum consul, cum tres exercitus Romani
Hispaniam obtineant, Carthaginiensium decem iam prope
annis nemo in his prouinciis sit, imperium nobis citra Hiberum
amissum est. Hoc armis et uirtute reciperetis oportet et natio- 9
nem rebellantem magis temere quam constanter bellantem

13. 2 hiberna $B\chi$: secl. *Weissenb.* (*ut coni. Drak. conl. c.* 9. 12); *sed cf. Or. Rom. Fr.*[2] (*Malc.*), '*Cato*' *fr.* 35 castra hiberna (*sc.* '*statiua*', *De Sanctis, St. Rom. iv. 1, p. 388*) tria milia *B* (III) *Mg*: mille χ (*sc.* M) ducebat *B*: educ- χ 4 admodum *B*: *ante add.* satis χ, *inde* satis ad ⟨hunc⟩ modum *Duker; sed cf.* 1. 10. 1, 23. 28. 1; *potius* satis *ex gloss. ortum; neque modeste de Catone scriptum est* 5 ostendendi] -endi χ; -ere *B* 6 conferetis manus *Dett.*, -fertis manus $B\chi$: conseretis manum *Mg; cf.* 26. 48. 11 exhaurire *B Mg*: hau- χ 7 ⟨in⟩ Hispania . . .[ibi]] *sic Edd. uet.*, *sed* ibi, *secl. Madv. optime* (*ut iam del.* in *uel* ibi *Gron.*), *pro* ibi *coni.* duo *Rossbach*: Hispania . . . ibi $B\chi$, *Hertz* (*ante* et imp. *suppl. alt.* Carthag.), *Harant* (*pro* et *ante* imp. *coni.* esset), *sed cf.* 33. 43. 2 militem BA^x: -es χ (*sed post* nullum *add.* imperatorem nullos ψ) addi *Madv.*: addere $B\chi$ 8 Hispaniam *B*: *om.* χ

10 iugum quo se exuit accipere rursus cogatis.' In hunc modum maxime adhortatus pronuntiat se nocte ad castra hostium ducturum. Ita ad corpora curanda dimissi.

14 Nocte media, cum auspicio operam dedisset, profectus ut locum quem uellet priusquam hostes sentirent caperet, praeter castra hostium circumducit et prima luce acie in-
2 structa sub ipsum uallum tres cohortes mittit. Mirantes barbari ab tergo apparuisse Romanum, discurrere ⟨et⟩ ipsi
3 ad arma. Interim consul apud suos 'Nusquam nisi in uirtute
4 spes est, milites', inquit 'et ego sedulo ne esset feci. Inter castra nostra et nos medii hostes et ab tergo hostium ager est. Quod pulcherrimum, idem tutissimum: in uirtute spem positam habere'. Sub haec cohortes recipi iubet, ut barbaros
5 simulatione fugae eliceret. Id quod crediderat euenit. Pertimuisse et cedere rati Romanos porta erumpunt et quantum inter castra sua et aciem hostium relictum erat loci armatis
6 complent. Dum trepidant acie instruenda, consul iam paratis ordinatisque omnibus incompositos adgreditur. Equites primos ab utroque cornu in pugnam induxit; sed in dextro extemplo pulsi cedentesque trepidi etiam pediti terrorem
7 intulere. Quod ubi consul uidit, duas cohortes delectas ab dextro latere hostium circumduci iubet et ab tergo se osten-
8 dere priusquam concurrerent peditum acies. Is terror obiectus hosti rem metu Romanorum equitum inclinatam aequauit; tamen adeo turbati erant dextrae alae pedites equitesque ut quosdam consul manu ipse reprenderit uerterit-
9 que in hostem. Ita et quamdiu missilibus pugnatum est.

13. 9 accipere χ: -ret *B*

14. 2 ⟨et⟩ ipsi] ipsi χ, -se *B*: *suppl.* et *Duker* 3–4 esset feci. Inter χ, *sed* essent, *corr.* P^x *Dett.*: essent [*spat. viii litt.*] *B* 4 tutissimum] *post add.* est χ, *non necess.* 6 induxit *Mg*: educit *B*χ; sed *cf. c.* 15. 1 7 se ostendere *B Mg*: eos tendere χ 8 obiectus] ob- *B*: ab- χ turbati] -ti *B* (*sed* erat): -tae χ uerteritque in hostem *B*χ: et aduersos in hostem uerterit *Mg*, *sic corr.* auersos *Gron.* 9 Ita *Mg*: *om.* *B*χ

anceps pugna erat et iam ab dextra parte, unde terror et fuga
coeperat, aegre Romanus restabat; ab sinistro cornu et a 10
fronte urgebantur barbari et cohortes a tergo instantes pauidi
respiciebant. Vt emissis soliferreis phalaricisque gladios 11
strinxerunt, tum uelut redintegrata est pugna: non caecis
ictibus procul ex improuiso uolnerabantur, sed pede conlato
tota in uirtute ac uiribus spes erat.

Fessos iam suos consul ex secunda acie subsidiariis cohorti- **15**
bus in pugnam inductis accendit. Noua acies facta. Integri 2
recentibus telis fatigatos adorti hostes primum acri impetu
uelut cuneo perculerunt, deinde dissipatos in fugam auer-
terunt; effuso per agros cursu castra repetebantur. Vbi omnia 3
fuga completa uidit Cato, ipse ad secundam legionem, quae in
subsidio posita erat, reuehitur et signa prae se ferri plenoque
gradu ad castra hostium oppugnanda succedere iubet. Si quis 4
extra ordinem auidius procurrit, et ipse interequitans sparo
percutit et tribunos centurionesque castigare iubet. Iam 5
castra oppugnabantur, saxisque et sudibus et omni genere
telorum submouebantur a uallo Romani. Vbi recens admota
legio est, tum et oppugnantibus animus creuit et infensius
hostes pro uallo pugnabant. Consul omnia oculis perlustrat 6
ut qua minima ui resistatur ea parte inrumpat. Ad sinistram
portam infrequentes uidet: eo secundae legionis principes
hastatosque inducit. Non sustinuit impetum eorum statio 7

10 a (terg.) *Mg* χ: *om. B* 11 soliferreis] -eis *Mg*: -is *B*χ caecis *B*: cesis ϕ, -im ψ

15. 2 perculerunt *Edd. uet.*: -lserunt *B*χ castra *B*: *om.* χ 3 reuehitur] *ante add.* equo *Mg.*, *non necess.* prae se ferri *B*χ: proferri *Seyffert*: propere ferri *Madv.; de legione quidem usitate* signa proferri *in acie* (*cf.* 22. 42. 3), praeferri *in triumpho* (cf. 3. 29. 4), *hic uero de Catone utpote qui totam ipse rem gereret, sc. 'signa prae Catone ferri' tamquam ipso legionem ducente* (*cf.* § 4) 4 interequitans *B Gel.*: inter equites χ 5 castra] *post add.* hostium *Mg; sed cf. iam* § 3 oppugnabantur *B Mg*: -pugnantur χ submouebantur χ: -bant *B* 6 resistatur *Mg V* -sistitur ψ: restatur *B*ϕ eo *Edd. uet.*: ea χ: eam *B*

quae portae apposita erat; et ceteri, postquam intra uallum
8 hostem uident, ipsi castris exuti signa armaque abiciunt. Caeduntur in portis, suomet ipsi agmine in arto haerentes. Secun-
9 dani terga hostium caedunt, ceteri castra diripiunt. Valerius Antias supra quadraginta milia hostium caesa eo die scribit; Cato ipse, haud sane detractator laudum suarum, multos caesos ait, numerum non adscribit.

16 Tria eo die laudabilia fecisse putatur: unum, quod circumducto exercitu procul nauibus suis castrisque, ubi spem ⟨nusquam⟩ nisi in uirtute haberent, inter medios hostes proe-
2 lium commisit; alterum, quod cohortes ab tergo hostibus obiecit; tertium, quod secundam legionem ceteris omnibus effusis ad sequendos hostes pleno gradu sub signis compositam
3 instructamque subire ad portam castrorum iussit. Nihil deinde a uictoria cessatum. Cum receptui signo dato suos spoliis onustos in castra reduxisset, paucis horis noctis ad
4 quietem datis ad praedandum in agros duxit: effusius, ut sparsis hostibus fuga, praedati sunt. Quae res non minus quam pugna pridie aduersa Emporitanos Hispanos accolasque
5 eorum in deditionem compulit. Multi et aliarum ciuitatium, qui Emporias perfugerant, dediderunt se; quos omnes appel-
6 latos benigne uinoque et cibo curatos domos dimisit. Confestim inde castra mouit; et quacumque incedebat agmen

15. 7 apposita] ad- *Doujat*: op- *Bχ*; *cf.* 23. 29. 4 *adn.* hostem *Bφ*: -es *ψ* ipsi castris *χ*: ipsi *B* (*dein* exsutis): ipsis castris *Gel.* 8 ceteri . . . diripiunt *χ*: *om. B* 9 detractator *B*: detractor *χ*: *cf.* 3. 69. 2 *adn.*, 42. 22. 3 adscribit *Bφ*: scr- *ψ Edd. uet. Mg ut uid.*

16. 1–2 Tria . . . iussit *Mg*: *om. Bχ Weissenb.* (*ut ex adnotatione additum*); *neque tamen ad Liuium* procul nauibus *adnotandum erat, ut quod ipse omiserit, sed hoc loco ita ut in cetera narratione Liuius* (*uel potius eius auctor*) *orationem Catonis 'dierum dictarum de consulatu suo' secutus, cum iam Valerium Catonemque citasset, ipse Catonem 'sui laudatorem' adnotauit* 1 putatur *Mg*: *coni.* ⟨se⟩ putat *Madv.; sed cf. uerba Catonis 'laudant me'* (*fr.* 28 *Malc.*) ⟨nusquam⟩ *suppl. Ussing, iam* non *Gron.* (*hic*) *et Crévier* (*ante* haberent) 3 suos *χ*: suis *B*: milites *Mg* 5 uinoque . . . curatos *Mg*: *om. Bχ* dimisit] de- *Bχ*: re- *Mg*

legati dedentium ciuitates suas occurrebant, et cum Tarraconem uenit iam omnis cis Hiberum Hispania perdomita erat, captiuique et Romani et socium ac Latini nominis uariis 7 casibus in Hispania oppressi donum consuli a barbaris reducebantur. Fama deinde uolgatur consulem in Turdetaniam 8 exercitum ducturum, et ad deuios montanos 'profectum etiam' falso perlatum est. Ad hunc uanum et sine auctore 9 ullo rumorem Bergistanorum ciuitatis septem castella defecerunt: eos deducto exercitu consul sine memorando proelio in potestatem redegit. Haud ita multo post eidem, regresso 10 Tarraconem consule, priusquam inde quoquam procederet, defecerunt. Iterum subacti; sed non eadem uenia uictis fuit: sub corona ueniere omnes, ne saepius pacem sollicitarent.

Interim P. Manlius praetor exercitu uetere a Q. Minucio, 17 cui successerat, accepto, adiuncto et Ap. Claudi Neronis ex ulteriore Hispania uetere item exercitu, in Turdetaniam proficiscitur. Omnium Hispanorum maxime imbelles habentur 2 Turdetani; freti tamen multitudine sua obuiam ierunt agmini Romano. Eques immissus turbauit extemplo aciem eorum. 3 Pedestre proelium nullius ferme certaminis fuit: milites ueteres, periti hostium bellique, haud dubiam pugnam fecerunt. Nec tamen ea pugna debellatum est: decem milia 4 Celtiberum mercede Turduli conducunt alienisque armis

6 perdomita χ: dom- *B* 7 in Hispania χ: *om. B* a (barb.) χ: *om. B* 8 profectum *B*: -turum χ 9 ullo] *post add.* ortum *Koch*, *uix necess.* Bergistanorum *B*χ, *sed cf. c.* 17. 5 *adn.*; *u. c.* 21. 1–2, 6 *adnn.; de gente cf.* 21. 19. 7, 23. 2 Bargusii ciuitatis septem *B*: -ates septem et χ eos deducto *B*χ: eo deducto *Mg*, *sed necess.* eos *uidetur*: eos educto *Gron.*, *ut ex usu* (*sed cf.* 3. 62. 5); *uerum apte ex ipsa re* deducto *scriptum est*, *quamuis dure* eo *omisso; nam in Bergistanos tamquam ab ordine per prouinciam 'procedendi'* (§§ 6, 10) *exercitus 'deductus' est; cf. Caes. B.G.* 5. 27. 9 eductos ex hibernis milites . . . ad Labienum deducere consul sine *B Mg*: compulsos ne χ (*postea pro* proelio (*N*, *P u.l.*) *scr.* periculo χ) redegit χ, -gat *B*: redigit *Mg* 10 eidem *B*: eodem χ

17. 1 a (Q.) *B*: *om.* χ Claudi Neronis *B Gel.*: -dio Nerone χ 4 conducunt χ: -dunt *B*

5 parabant bellum. Consul interim rebellione Bergistanorum ictus, ceteras quoque ciuitates ratus per occasionem idem
6 facturas, arma omnibus cis Hiberum Hispanis adimit; quam rem adeo aegre passi ut multi mortem sibimet ipsi consciscerent, ferox genus, nullam uitam rati sine armis esse.
7 Quod ubi consuli renuntiatum est, senatores omnium ciuitatium ad se uocari iussit atque iis 'Non nostra' inquit 'magis
8 quam uestra refert uos non rebellare, siquidem id maiore Hispanorum malo quam exercitus Romani labore semper adhuc factum est. Id ut ne fiat, uno modo arbitror caueri
9 posse, si effectum erit ne possitis rebellare. Volo id quam mollissima uia consequi. Vos quoque in ea re consilio me adiuuate: nullum libentius sequar quam quod uosmet ipsi
10 attuleritis.' Tacentibus spatium se ad deliberandum dierum
11 paucorum dare dixit. Cum reuocati secundo quoque concilio tacuissent, uno die muris omnium dirutis, ad eos qui nondum parebant profectus, ut in quamque regionem uenerat, omnes
12 qui circa incolebant populos in dicionem accepit. Segesticam tantum, grauem atque opulentam ciuitatem, uineis et pluteis cepit.

18 Eo maiorem habebat difficultatem in subigendis hostibus quam qui primi uenerant in Hispaniam, quod ad illos taedio
2 imperii Carthaginiensium Hispani deficiebant, huic ex usurpata libertate in seruitutem uelut adserendi erant; et ita mota omnia accepit ut alii in armis essent, alii obsidione ad defe-

17. 4 parabant *Bχ*: *coni.* parant *Ussing* 5 Bergistanorum] bergust- *Bχ*, *corr. Dett.*; *cf. c.* 16. 9 6 passi] *post coni.* ⟨sunt⟩ *Weissenb.* genus *Mg*: gens *Bχ* 7 renuntiatum *Mg*: nunt- *Bχ* 8 labore *χ* (-rare *P*): -res *B* adhuc] *hic χ*: *post* est *B* possitis *Bχ*: possetis *Mg* 9 Vos *χ*: eos *B* 11 concilio *Asc.*: consilio *Bχ* omnium *χ*: -ibus *B* parebant *χ*: pate- *B* dicionem *Bχ*: deditionem *Edd. uet.*; *sed cf.* 32. 31. 4–5 11–12 accepit. Segesticam *Frob. 2*: acceptis egestioam *B*: accepit segestiam *χ*; *fort. de Segeda*: *u. Hist. de España* (*ed. Menéndez Pidal*) *ii*, *p. 84 n. 41*

18. 1 primi uenerant *Bχ*: primo uenerunt *Mg*

ctionem cogerentur nec, nisi in tempore subuentum foret,
ultra sustentaturi fuerint. Sed in consule ea uis animi atque 3
ingenii fuit ut omnia maxima minimaque per se adiret atque
ageret, nec cogitaret modo imperaretque quae in rem essent
sed pleraque ipse per se transigeret, nec in quemquam omnium 4
grauius seueriusque quam in semet ipsum imperium exer-
ceret, parsimonia et uigiliis et labore cum ultimis militum 5
certaret, nec quicquam in exercitu suo praecipui praeter
honorem atque imperium haberet.

Difficilius bellum in Turdetania praetori P. Manlio Celti- **19**
beri mercede exciti ab hostibus, sicut ante dictum est, facie-
bant; itaque eo consul accersitus litteris praetoris legiones
duxit. Vbi eo uenit, castra separatim Celtiberi et Turdetani 2
habebant. Cum Turdetanis extemplo leuia proelia incur-
santes in stationes eorum Romani facere semperque uictores
ex quamuis temere coepto certamine abire. Ad Celtiberos in 3
conloquium tribunos militum ire consul atque iis trium con-
dicionum electionem ferre iubet: primam, si transire ad 4
Romanos uelint et duplex stipendium accipere quam quan-
tum a Turdetanis pepigissent; alteram, si domos abire, 5
publica fide accepta nihil eam rem noxiae futuram quod
hostibus se Romanorum iunxissent; tertiam, si utique bellum 6
placeat, diem locumque constituant ubi secum armis de-
cernant. A Celtiberis dies ad consultandum petita. Concilium 7
immixtis Turdetanis habitum magno cum tumultu; eo minus
decerni quicquam potuit. Cum incerta bellum an pax cum 8
Celtiberis essent, commeatus tamen haud secus quam in
pace ex agris castellisque hostium Romani portabant, deni
saepe munimenta eorum, uelut communi pacto commercio,

3 adiret] *coni.* obiret *Madv.*, *sed cf.* 26. 20. 4

19. 2 facere . . . abire *Mg*: faciebant . . . abibant $B\chi$ 4 primam] -am χ: -um *B* et (dupl.) χ: *om. B* 5 abire] ab- χ: ad- *B* noxiae $B\chi$: noxae *Mg; u.* 10. 19. 2, 31. 13. 4 *adnn.* 8 deni $B\psi$: dein ϕ (diem *E*) *Frob. 2*: deinde *L*

9 priuatis indutiis ingredientes. Consul ubi hostes ad pugnam elicere nequit, primum praedatum sub signis aliquot expeditas
10 cohortes in agrum integrae regionis ducit, deinde audito Seguntiae Celtiberum omnes sarcinas impedimentaque re-
11 licta, eo pergit ducere ad oppugnandum. Postquam nulla mouentur re, persoluto stipendio non suis modo sed etiam praetoris militibus relictoque omni exercitu in castris praetoris ipse cum septem cohortibus ad Hiberum est regressus.

20 Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. Defecere ad eum
2 Sedetani Ausetani Suessetani. Lacetanos, deuiam et siluestrem gentem, cum insita feritas continebat in armis, tum conscientia, dum consul exercitusque Turdulo bello esset occupa-
3 tus, depopulatorum subitis incursionibus sociorum. Igitur ad oppidum eorum oppugnandum consul ducit non Romanas modo cohortes sed iuuentutem etiam merito infensorum iis
4 sociorum. Oppidum longum, in latitudinem haudquaquam tantundem patens habebant. Quadringentos inde ferme passus
5 constituit signa. Ibi delectarum cohortium stationem relinquens praecepit iis ne se ex eo loco ante mouerent quam ipse ad eos uenisset; ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit. Maximum ex omnibus auxiliis numerum Suessetanae iuuentutis habebat: eos ad murum oppugnandum
6 subire iubet. Quorum ubi arma signaque Lacetani cognouere, memores quam saepe in agro eorum impune persultassent,

19. 9 elicere χ: lic- *B* 10 Seguntiae] secuntiae χ: sagu- *B; unde correxi, ut iam docuit Götzfried, sc. ap. Areuacos, cf. Schulten, Numantia i, pp. 133, 320 n. 6; nam hac regione Numantiae erat Cato* (*cf. fr.* 17 *Malc.*) 11 (castris) praetoris] -is *B*χ: -ianis *Mg*: -iis *Drak.* (*iam Sig. ut ex 'uet. lib.'*) regressus] re- ϕ: pro- *B*: in- ψ

20. 2 Lacetanos *B*χ, *sic etiam* §§ 6, 9: Iacetanos *Hübner*, Laeetanos *De Sanctis, cf.* 21. 60. 3 *adn.; sed cf.* 21. 23. 2 *et* 61. 8, 28. 24. 4 *adnn.; u. Fontes Hisp. Ant. iii, p.* 50, *G. Barbieri, Athen. n.s. xxi* (*1943*), *p. 113* esset *Madv.*: est *B*χ 4 habebant *Frob. 1* (*iam ed. 1471*): -ebat *B*χ 5 Ibi delectarum *B Mg*: ibidem lectaturum χ (*sic corr.* lectarum *L*) 6 persultassent] per- χ: in- *B*

quotiens ipsos signis conlatis fudissent fugassentque, patefacta repente porta uniuersi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum, 7 nedum impetum Suessetani tulere. Quod postquam sicut futurum ratus erat consul fieri etiam uidit, equo citato subter 8 murum hostium ad cohortes auehitur atque eas arreptas, effusis omnibus ad sequendos Suessetanos, qua silentium ac solitudo erat in urbem inducit priusque omnia cepit quam se reci- 9 perent Lacetani. Mox ipsos nihil praeter arma habentes in deditionem accepit.

Confestim inde uictor ad Bergium castrum ducit. Re- **21** ceptaculum id maxime praedonum erat et inde incursiones in agros pacatos prouinciae eius fiebant. Transfugit inde ad 2 consulem princeps Bergistanus et purgare se ac populares coepit: non esse in manu ipsis rem publicam; praedones receptos totum suae potestatis id castrum fecisse. Consul eum 3 domum redire conficta aliqua probabili cur afuisset causa iussit: cum se muros subisse cerneret intentosque praedones 4 ad tuenda moenia esse, tum uti cum suae factionis hominibus meminisset arcem occupare. Id uti praeceperat factum; re- 5 pente anceps terror hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta barbaros circumuasit. Huius potitus loci consul eos qui arcem tenuerant liberos esse cum cognatis suaque habere iussit, Bergistanos ceteros quaestori ut uenderet imperauit, 6 de praedonibus supplicium sumpsit. Pacata prouincia uecti- 7 galia magna instituit ex ferrariis argentariisque, quibus tum institutis locupletior in dies prouincia fuit. Ob has res gestas 8 in Hispania supplicationem in triduum patres decreuerunt.

6 ipsos χ: ipsis *B* 7 tulere χ: -runt *B* sicut *B Frob. 2*: *om.* χ 8 auehitur] a- *B*: ad- χ 9 accepit χ: *om. B*

21. 1 Bergium] Vergium *Mg*, *corr. Hertz*: regium $B\chi$, *sc.* R *pro* B *uncial.*; *cf.* § 6 castrum] *hic Mg*: *post* ducit $B\chi$ 2 Bergistanus *Dett.*, bergest- L^x: uergestanus χ, -nos *B*; *cf.* § 6 5 potitus *Sabell.*: potius $B\chi$ 6 Bergistanos] bergust- $B\chi$ (*ut c.* 17. 5), *corr. Dett.; sic cf. c.* 16. 9 8 in Hispania *Mg*: *om.* $B\chi$ supplicationem *B Mg A*: -es χ

22 Eadem aestate alter consul L. Valerius Flaccus in Gallia cum Boiorum manu propter Litanam siluam signis conlatis
2 secundo proelio conflixit. Octo milia Gallorum caesa traduntur; ceteri omisso bello in uicos suos atque agros dilapsi.
3 Consul reliquum aestatis circa Padum Placentiae et Cremonae exercitum habuit restituitque quae in iis oppidis bello diruta fuerant.

4 Cum hic status rerum in Italia Hispaniaque esset, T. Quinctio in Graecia ita hibernis actis ut exceptis Aetolis, quibus nec pro spe uictoriae praemia contigerant nec diu quies placere poterat, uniuersa Graecia simul pacis libertatisque perfruens bonis egregie statu suo gauderet nec magis
5 in bello uirtutem Romani ducis quam in uictoria temperantiam iustitiamque et moderationem miraretur, senatus consultum quo bellum aduersus Nabim Lacedaemonium
6 decretum erat adfertur. Quo lecto Quinctius conuentum Corinthum omnium sociarum ciuitatium legationibus in diem certam edicit; ad quam ubi frequentes undique principes conuenerunt, ita uti ne Aetoli quidem abessent, tali oratione
7 est usus: 'Bellum aduersus Philippum non magis communi animo consilioque Romani et Graeci gesserunt quam utrique
8 suas causas belli habuerunt. Nam et Romanorum amicitiam nunc Carthaginienses hostes eorum iuuando, nunc hic sociis
9 nostris oppugnandis uiolauerat et in uos talis fuit ut nobis, etiamsi nostrarum obliuisceremur iniuriarum, uestrae iniuriae
10 satis digna causa belli fuerit. Hodierna consultatio tota ex uobis pendet. Refero enim ad uos utrum Argos, sicut scitis

22. 1 L. (Val.) *Mg*: *om.* $B\chi$ manu ϕ, -um *B*, -us ψ: exercitu *Mg* (*ut ex gloss.?*) 2 omisso bello *Mg*: misso *B*: omnes χ 3 circa $B\chi$: circum *Mg* Placentiae *Edd. uet.*: -ia $B\phi$: -iam ψ 4 Quinctio *Aldus*: -tius $B\chi$ 6 conuentum . . . edicit; ad quam $B\chi$: -tu . . . edicto *Gel.* (*del.* ad quam) uti ne *Kreyssig*: ut in ea *B* (*sc.* a *ob* Aet-), *sic sed add.* nec χ, *corr.* ut ne *Gel.* 7 belli $B\chi$: bellandi *Gron.* 9 et (in) χ: *om.* *B* fuerit $B\psi$: -erint ϕ 10 Argos χ: agros *B*, *sic c.* 23. 6, 10, 11 *et saepe*

ipsi, ab Nabide occupatos pati uelitis sub dicione eius esse an 11
aequum censeatis nobilissimam uetustissimamque ciuitatem,
in media Graecia sitam, repeti in libertatem et eodem statu
quo ceteras urbes Peloponnesi et Graeciae esse. Haec con- 12
sultatio, ut uidetis, tota de re pertinente ad uos est: Romanos
nihil contingit, nisi quatenus liberatae Graeciae unius ciuitatis
seruitus non plenam nec integram gloriam esse sinit. Ceterum 13
si uos nec cura eius ciuitatis nec exemplum nec periculum
mouet ne serpat latius contagio eius mali, nos aequi bonique
facimus. De hac re uos consulo, staturus eo quod plures
censueritis.'

Post orationem Romani imperatoris percenseri aliorum **23**
sententiae coeptae sunt. Cum legatus Atheniensium quantum 2
poterat gratiis agendis Romanorum in Graeciam merita ex-
tulisset—imploratos [auxilium] aduersus Philippum tulisse
opem, non rogatos ultro aduersus tyrannum Nabim offerre 3
auxilium—indignatusque esset haec tanta merita sermonibus
tamen aliquorum carpi futura calumniantium cum fateri 4
potius praeteritorum gratiam deberent, apparebat incessi
Aetolos. Igitur Alexander princeps gentis, inuectus primum 5
in Athenienses, libertatis quondam duces et auctores, ad-
sentationis propriae gratia communem causam prodentes,
questus deinde [est] Achaeos, Philippi quondam milites, ad 6
postremum inclinata fortuna eius transfugas, et Corinthum
recepisse et id agere ut Argos habeant, Aetolos, primos 7
hostes Philippi, semper socios Romanorum, pactos in foedere
suas urbes agrosque fore deuicto Philippo fraudari Echino et
Pharsalo, insimulauit fraudis Romanos quod uano titulo 8

12 liberatae *Gel.*: libertate *B*, -atem χ

23. 2 [auxilium]] *secl.* auxilium *hic Voss*, *infra* § 3 *Gron.*: *defendit Seyffert*, *sed pro* opem *corr.* regem; *u. Madv. Em. p. 500* 4 incessi *B*: incensos χ 5 propriae gratia χ: -ia graecia *B* 6 [est] *secl. Aldus* inclinata *B*: adinquinata χ, ab inclinata *Dett.* recepisse et χ: -sset *B* 7 Echino *Asc.*: -neo *B*χ

libertatis ostentato Chalcidem et Demetriadem praesidiis
tenerent, qui Philippo cunctanti deducere inde praesidia
9 obicere semper soliti sint, nunquam donec Demetrias Chal-
cisque et Corinthus tenerentur liberam Graeciam fore,
10 postremo quia manendi in Graecia retinendique exercitus
Argos et Nabim causam facerent. deportarent legiones in
11 Italiam: Aetolos polliceri aut condicionibus et uoluntate sua
Nabim praesidium Argis deducturum, aut ui atque armis
coacturos in potestate consentientis Graeciae esse.

24 Haec uaniloquentia primum Aristaenum praetorem
2 Achaeorum excitauit. 'Ne istuc' inquit 'Iuppiter optimus
maximus sirit Iunoque regina cuius in tutela Argi sunt, ut
illa ciuitas inter tyrannum Lacedaemonium et latrones
Aetolos praemium sit posita in eo discrimine ut miserius a
3 uobis recipiatur quam ab illo capta est. Mare interiectum ab
istis praedonibus non tuetur nos, T. Quincti: quid si in media
Peloponneso arcem sibi fecerint futurum nobis est? Linguam
4 tantum Graecorum habent sicut speciem hominum: moribus
ritibusque efferatioribus quam ulli barbari, immo quam
immanes beluae uiuunt. Itaque uos rogamus, Romani, ut et
ab Nabide Argos reciperetis et ita res Graeciae constituatis
ut ab latrocinio quoque Aetolorum satis pacata haec re-
5 linquatis.' Romanus cunctis undique increpantibus Aetolos
responsurum se fuisse iis dixit, nisi ita infensos omnes in eos
6 uideret ut sedandi potius quam inritandi essent. Contentum
itaque opinione ea quae de Romanis Aetolisque esset referre
se dixit quid de Nabidis bello placeret, nisi redderet Achaeis.

23. 8 sint *Dett. Perizonius*: sunt $B\chi$ 9 donec χ: *om. B* Chalcisque *Dett.*: *om.* que $B\chi$ 10 manendi $B\psi$ *Frob. 2*: reman- ϕL

24. 1 Haec *B*: hac χ 2 sirit *B*: siria χ: sinat *Edd. uet.*: siuerit *Frob. 2* 4 immo quam *B Gel.* ('*in ms. exempl.*'): *om.* χ immanes . . . uiuunt $B\chi$: rapacissimae . . . utuntur *Gel.* (*ut supra: ex Mg?*) ut et *Edd. uet.*: et $B\chi$: ut *Dett.* pacata haec χ: *om.* haec *B*: *coni.* pacatam *Madv.*, -tas *Damsté* 6 Nabidis *Dett.*: nabis *B*, nauis χ

Argos. Cum omnes bellum decressent, auxilia ut pro uiribus 7
suis quaeque ciuitates mitterent est hortatus. Ad Aetolos
legatum etiam misit, magis ut nudaret animos, id quod euenit,
quam spe impetrari posse.

Tribunis militum ut exercitum ab Elatia arcesserent im- 25
perauit. Per eosdem dies et Antiochi legatis de societate agen- 2
tibus respondit nihil se absentibus decem legatis sententiae
habere: Romam eundum ad senatum iis esse. Ipse copias 3
adductas ab Elatia ducere Argos pergit; atque ei circa Cleonas
Aristaenus praetor cum decem milibus Achaeorum, equitibus
mille occurrit, et haud procul inde iunctis exercitibus posue-
runt castra. Postero die in campum Argiuorum descenderunt 4
et quattuor ferme milia ab Argis locum castris capiunt.
Praefectus praesidii Laconum erat Pythagoras, gener idem 5
tyranni et uxoris eius frater, qui sub aduentum Romanorum
et utrasque arces—nam duas habent Argi—et loca alia quae
aut opportuna aut suspecta erant ualidis praesidiis firmauit;
sed inter haec agenda pauorem iniectum aduentu Romanorum 6
dissimulare haudquaquam poterat.

Et ad externum terrorem intestina etiam seditio accessit.
Damocles erat Argiuus, adulescens maioris animi quam con- 7
silii, qui primo iure iurando interposito de praesidio ex-
pellendo cum idoneis conlocutus, dum uires adicere
coniurationi studet incautior fidei aestimator fuit. Con- 8
loquentem eum cum suis satelles a praefecto missus cum
accerseret, sensit proditum consilium esse hortatusque ⟨est⟩
coniuratos qui aderant ut potius quam extorti morerentur
arma secum caperent. Atque ita cum paucis in forum pergit 9
ire clamitans ut qui saluam rem publicam uellent auctorem

7 decressent *B Mg*: -creuissent χ legatum . . . misit $B\chi$: misit legatum *Mg*

25. 3 equitibus mille *B Mg*: equi militibus χ 4 ferme *Mg L*: fere $B\chi$ 5 praesidii *B* (-di): -dio χ aut (opp.) *Mg*: *om.* $B\chi$ 7 Argiuus *Mg Dett. L*^{x}: argius $B\chi$ dum $B\chi$: cum *Mg* 8 ⟨est⟩ *suppl. Kreyssig*

10 et ducem se libertatis sequerentur. Haud sane mouit quem-
quam, quia nihil usquam spei propinquae nedum satis firmi
11 praesidii cernebant. Haec uociferantem eum Lacedaemonii
circumuentum cum suis interfecerunt. Comprensi deinde
12 quidam et alii; ex iis occisi plures, pauci in custodiam
coniecti; ⟨alii⟩ proxima nocte funibus per murum demissi ad
Romanos perfugerunt.

26 Quinctius adfirmantibus iis, si ad portas exercitus Romanus
2 fuisset, non sine effectu motum eum futurum fuisse et, si
propius castra admouerentur, non quieturos Argiuos, misit
expeditos pedites equitesque, qui circa Cylarabim—gymna-
3 sium id est minus trecentos passus ab urbe—cum erum-
pentibus a porta Lacedaemoniis proelium commiserunt atque
eos haud magno certamine compulerunt in urbem. Et castra
eo ipso loco ubi pugnatum erat imperator Romanus posuit;
4 diem inde unum in speculis fuit, si quid noui motus oreretur.
Postquam oppressam metu ciuitatem uidit, aduocat consilium
5 de oppugnandis Argis. Omnium principum Graeciae praeter
Aristaenum eadem sententia erat, cum causa belli non alia
6 esset, inde potissimum ordiendi bellum. Quinctio id nequa-
quam placebat, et Aristaenum contra omnium consensum
7 disserentem cum haud dubia adprobatione audiuit; et ipse
adiecit, cum pro Argiuis aduersus tyrannum bellum suscep-
tum sit, quid minus conueniens esse quam omisso hoste

25. 12 ⟨alii⟩ *suppl. ego*, ⟨multi⟩ *Asc. Edd.* perfugerunt] per- *B*: trans- χ

26. 1 motum . . . futurum $B\chi$: futurum . . . motum *Mg*: *dein* esse *B* (*pro* fuisse) et *B Frob. 2*: *om.* χ 2 Argiuos *Edd. uet.*: argos $B\chi$ 3 a (port.) $B\chi$: ea *Weidner*; *sed cf. c.* 28. 9 4 inde *B*: *om.* χ consilium $B\chi$, *sic* § 8 consilio: concil- *Gron.* (*cf.* 33. 13. 1–2 *adn.*, *de sociis*); *sed cf. c.* 30. 5 *ut de 'consilio' militari imperatoris* 5 inde] *hic B*: *ante* esset χ (*post* esset *add.* de ψ, dein ϕ) ordiendi bellum *Mg* (-iundi): -iendi belli *B*, *sic sed* -inendi ψ, -inandi ϕL: -iendum bellum *Gel. bene* (*cf. c.* 33. 6); *sed stat* ordiendi, *ut ap. B Mg*, *sc. ad* sententia, *inde potius* bellum 7 pro *B*: *om.* χ

Argos oppugnari? se uero caput belli Lacedaemonem et 8
tyrannum petiturum. Et dimisso consilio frumentatum expeditas cohortes misit. Quod maturi erat circa, demessum et conuectum est: uiride, ne hostes mox haberent, protritum et corruptum. Castra deinde mouit et Parthenio superato 9
monte praeter Tegeam tertio die ad Caryas posuit castra. Ibi priusquam hostium intraret agrum, sociorum auxilia expectauit. Venerunt Macedones a Philippo mille et quingenti et 10
Thessalorum equites quadringenti. Nec iam auxilia, quorum adfatim erat, sed commeatus finitumis urbibus imperati morabantur Romanum. Nauales quoque magnae copiae 11
conueniebant: iam ab Leucade L. Quinctius quadraginta nauibus uenerat, iam Rhodiae duodeuiginti tectae naues, iam Eumenes rex circa Cycladas insulas erat cum decem tectis nauibus, triginta lembis mixtisque aliis minoris formae nauigiis. Ipsorum quoque Lacedaemoniorum exules per- 12
multi, tyrannorum iniuria pulsi, spe reciperandae patriae in castra Romana conuenerunt; multi autem erant iam per 13
aliquot aetates ex quo tyranni tenebant Lacedaemonem, alii ab aliis expulsi. Princeps erat exulum Agesipolis, cuius iure 14
gentis regnum Lacedaemone erat, pulsus infans ab Lycurgo tyranno post mortem Cleomenis qui primus tyrannus Lacedaemone fuit.

Cum terra marique tantum belli circumstaret tyrannum **27**
et prope nulla spes esset uere suas hostiumque aestimanti uires, non tamen omisit bellum sed et a Creta mille delectos 2

8 erat ϕ: erant $B\psi$ 9 Parthenio *Mg*: phartenio $B\psi$, phant- ϕ monte] -e *Mg* ϕ: -em *B*: -es ψ Caryas $B\phi$: carrias ψ: Carilas *Mg* intraret agrum $B\chi$ (*sed* -arent ψ): introiret agros *Mg* 10 mille et quingenti $B\psi$ ([*spat.*]*N*) *Frob. 2* (*om.* et): cc et dcc ϕ 11 ab (Leuc.) ϕ: ad $B\psi$ nauigiis *B Mg*: naui ψ (*sic*): nauibus ϕ 12 reciperandae χ (recup-): -piendae *B* conuenerunt] con- $B\chi$: per- *Mg* 14 Lacedaemone] -e $B\chi$: -ium *Mg* (*cf.* 35. 22. 2); *sed cf. c.* 32. 2

27. 1 belli *Mg*: bellum $B\chi$ uere *Mg*: *om.* $B\chi$; *tum* uires $B\chi$, *post* aest. *Mg melius*

iuuentutis eorum exciuit, cum mille iam haberet, et tria milia mercennariorum militum, decem milia popularium
3 cum castellanis agrestibus in armis habuit et fossa ualloque urbem communiuit; et ne quid intestini motus oreretur, metu et acerbitate poenarum tenebat animos, quoniam ut saluum
4 uellent tyrannum sperare non poterat. Cum suspectos quosdam ciuium haberet, eductis in campum omnibus copiis—
5 Dromon ipsi uocant—positis armis ad contionem uocari iubet Lacedaemonios atque eorum contioni satellites armatos
6 circumdedit. Et pauca praefatus cur sibi omnia timenti cauentique ignoscendum in tali tempore foret, et ipsorum referre si quos suspectos status praesens rerum faceret prohiberi
7 potius ne quid moliri possint quam puniri molientes; itaque quosdam se in custodia habiturum donec ea quae instet tempestas praetereat: hostibus repulsis—a quibus, si modo proditio intestina satis caueatur, minus periculi esse—extemplo
8 eos emissurum; sub haec citari nomina octoginta ferme principum iuuentutis iussit atque eos, ut quisque ad nomen responderat, in custodiam tradidit: nocte insequenti omnes
9 interfecti. Ilotarum deinde quidam—hi sunt iam inde antiquitus castellani, agreste genus—transfugere uoluisse insimulati per omnes uicos sub uerberibus acti necantur. Hoc terrore obstipuerant multitudinis animi ab omni conatu
10 nouorum consiliorum. Intra munitiones copias continebat nec parem se ratus, si dimicare acie uellet, et urbem relinquere tam suspensis et incertis omnium animis metuens.

28 Quinctius satis iam omnibus paratis profectus ab statiuis die altero ad Sellasiam super Oenunta fluuium peruenit, quo in loco Antigonus Macedonum rex cum Cleomene Lacedae-

27. 4 Dromon . . . uocant *Mg*: *om.* $B\chi$; *post* campum *transp. Meursius* 5 iubet $B\chi$: iussit *Mg* 7 custodia ϕL: -iam $B\psi$ instet $B\psi$ *Frob. 2*: -stat ϕ caueatur *Mg*: -etur $B\chi$; *de Infin.* esse *cf.* 30. 42. 3 8 citari χ: *om. B* interfecti $B\chi$: interfecit *Mg* (*iam* et *ante* nocte *addito*) 10 si χ: *om. B* suspensis *B Mg* (*Carb. et Gel.*.) ψ: -pectis ϕ

moniorum tyranno signis conlatis dimicasse dicebatur. Inde 2
cum audisset descensum difficilis et artae uiae esse, breui per
montes circuitu praemissis qui munirent uiam, lato satis et
patenti limite ad Eurotam amnem, sub ipsis prope fluentem
moenibus, peruenit. Vbi castra metantes Romanos Quincti- 3
umque ipsum cum equitibus atque expeditis praegressum
auxiliares tyranni adorti in terrorem ac tumultum coniecerunt
nihil tale expectantes quia nemo iis obuius toto itinere fuerat
ac ueluti pacato agro transierant. Aliquamdiu peditibus 4
equites, equitibus pedites uocantibus, cum in se cuique mini-
mum fiduciae esset, trepidatum est; tandem signa legionum
superuenerunt et, cum primi agminis cohortes inductae in 5
proelium essent, qui modo terrori fuerant trepidantes in
urbem compulsi sunt. Romani cum tantum a muro recessissent 6
ut extra ictum teli essent, acie derecta paulisper steterunt;
postquam nemo hostium contra exibat, redierunt in castra.
Postero die Quinctius prope flumen praeter urbem sub ipsas 7
Menelai montis radices ducere copias instructas pergit: pri-
mae legionariae cohortes ibant, leuis armatura et equites
agmen cogebant. Nabis intra murum instructos paratosque 8
sub signis habebat mercennarios milites, in quibus omnis
fiducia erat, ut ab tergo hostem adgrederetur. Postquam ex- 9
tremum agmen praeteriit, tum ab oppido eodem quo pridie
eruperant tumultu pluribus simul locis erumpunt. Ap. 10
Claudius agmen cogebat; qui ad id quod futurum erat, ne
inopinatum accideret, praeparatis suorum animis signa ex-
templo conuertit totumque in hostem agmen circumegit.

28. 2 descensum *B Mg*: asc- χ: esc- *Gron.*; *de itinere u. De Sanctis, op. cit. iv. 1, p. 107 n. 220* esse *Mg* ϕ: esset *B* ψ 3 auxiliares *B Mg* ψ: -liis ϕ in (terr.) *B* ψ *Gel.* (*'iuxta fidem archetyporum'*): ingentem ϕ ueluti *Mg*: uelut *B* χ 6 derecta χ: decreta *B*: erecta *Mg*; *u.* 31. 24. 9 *adn.* 7 ducere *B Frob. 2*: -ret χ (*ante add.* cum ϕ) 8 hostem χ: *om. B* 9 extremum χ: postr- *B* 10 qui ad *B*: quia χ inopinatum] in- *B* χ: nec- *Mg*

11 Itaque, uelut rectae acies concurrissent, iustum aliquamdiu proelium fuit. Tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt; quae minus infesta ac trepida fuisset ni Achaei locorum prudentes institissent. Ii et caedem ingentem ediderunt et di-
12 spersos passim fuga plerosque armis exuerunt. Quinctius prope Amyclas posuit castra; unde cum perpopulatus omnia circumiecta urbi frequentis et amoeni agri loca esset, nullo iam hostium porta excedente castra mouit ad fluuium Eurotam. Inde uallem Taygeto subiectam agrosque ad mare pertinentes euastat.

29 Eodem fere tempore L. Quinctius maritimae orae oppida
2 partim uoluntate, partim metu aut ui recepit. Certior deinde factus Gytheum oppidum omnium maritimarum rerum Lacedaemoniis receptaculum esse nec procul a mari castra
3 Romana abesse, omnibus id copiis adgredi constituit. Erat eo tempore ualida urbs et multitudine ciuium incolarumque et
4 omni bellico apparatu instructa. In tempore Quinctio rem haud facilem adgredienti rex Eumenes et classis Rhodiorum
5 superuenerunt. Ingens multitudo naualium sociorum e tribus contracta classibus intra paucos dies omnia quae ad oppugnationem urbis terra marique munitae faciunda opera erant
6 effecit. Iam testudinibus admotis murus subruebatur, iam arietibus quatiebatur. Itaque una crebris ictibus euersa est
7 turris quodque circa muri erat casu eius prostratum; et

28. 11 infesta ac *M. Müller*, *iam* effusa ac *Crévier*: infida ac *Gel.* ('infida *interciderat*': *ex* '*archetypis*', *ut* § 3 *adn.*, *potius ex Mg*): *om. Bχ; sed uix ut gloss. delendum; neque ualet* infida *ut de fuga* '*quae spem salutis fallat*' (*ut olim Madv.*), *sed potius de fuga* '*Parthica*'; *melius* infesta (*cf.* 10. 44. 4) *de fuga ex proelio facta* institissent] *ante add.* ei *Mg*, eis *Modius*, *uix necess.* caedem ingentem *B Mg ψ Frob. 2*: -des -tes *φ* 12 porta *Mg φ*: -am *Bψ A* (*postea* excedentem *Bψ*); *u.* 1. 29. 6 *adn.* castra] *hic B*: *post* mouit *χ* Eurotam *Asc.*: aranta *Bχ*; *cf.* 35. 29. 9 *adn.*

29. 1 fere *Mg*: *om. Bχ* 2 Gytheum] gythium *Bχ*, *corr. Edd. uet.*: Aegium *Mg*; *cf.* § 14, *cc.* 30. 2, 33. 10 4 facilem *Dett.*: -e *Bχ* 5 contracta *Bψ Gel.*: concitata *φ*; *postea* clausibus *Bψ* 6 subruebatur] sub- *χ*: ob- *B* eius *χ*: [*spat. iv litt.*] *B*

Romani simul a portu, unde aditus planior erat, ut distenderent ab apertiore loco hostes, simul per patefactum ruina iter inrumpere conabantur. Nec multum afuit quin qua in- 8
tenderant penetrarent; sed tardauit impetum eorum spes obiecta dedendae urbis, mox deinde eadem turbata. Dexagoridas et Gorgopas pari imperio praeerant urbi. Dexagoridas 9
miserat ad legatum Romanum traditurum se urbem; et cum ad eam rem tempus et ratio conuenisset, a Gorgopa proditor interficitur intentiusque ab uno urbs defendebatur. Et diffi- 10
cilior facta oppugnatio erat ni T. Quinctius cum quattuor milibus delectorum militum superuenisset. Is cum supercilio 11
haud procul distantis tumuli ab urbe instructam aciem ostendisset et ex altera parte L. Quinctius ab operibus suis terra marique instaret, tum uero desperatio Gorgopan quoque 12
coegit id consilii quod in altero morte uindicauerat capere, et pactus ut abducere inde milites quos praesidii causa habe- 13
bat liceret, tradidit Quinctio urbem. Priusquam Gytheum 14
traderetur Pythagoras, praefectus Argis relictus, tradita custodia urbis Timocrati Pellenensi cum mille mercennariis militibus et duobus milibus Argiuorum Lacedaemonem ad Nabim uenit.

Nabis sicut primo aduentu Romanae classis et traditione **30**
oppidorum maritimae orae conterritus erat, sic parua spe cum acquieuisset Gytheo ab suis retento, postquam id quoque 2
traditum Romanis audiuit esse ⟨et⟩, cum ab terra omnibus

7 ut *B Gel.*: et *Mg* distenderent *Mg Gel.*: descend- *B*, discend- ψ, disced- ϕ conabantur *Mg*: conantur $B\chi$ 8 intenderant *Edd. uet.*: -rent $B\chi$ Dexagoridas *Frob. 2*: -des $B\chi$; *cf.* § 9 -das $B\chi$, -des *Mg L* 9 miserat] *post add.* eum *Mg*, *coni.* clam *M. Müller* traditurum se *Mg*: -urusē *B* (*sic*): -urus χ [11–14 *Hic exstant frag. F*: *Praef.* § 101 iii] 11 supercilio] *ante coni.* in *Wesenberg; sed cf.* 33. 9. 3 12 uero *Dett.*: uera $B\chi$ coegit *Mg*: cogit $B\chi$ 13 tradidit *Dett.*: tradit $B\chi$ 14 traderetur *Dett.*: -eret $B\chi$

30. 2 esse ⟨et⟩ *Drak.*: esse $B\chi$: et *Damsté*: et se *Harant*, *infra* se *delens*

circa hosti⟨li⟩bus nihil spei esset, a mari quoque toto se inter-
3 clusum, cedendum fortunae ratus caduceatorem primum in castra misit ad explorandum si paterentur legatos ad se mitti.
4 Qua impetrata re Pythagoras ad imperatorem uenit nullis cum aliis mandatis quam ut tyranno conloqui cum im-
5 peratore liceret. Consilio aduocato cum omnes dandum
6 conloquium censuissent, dies locusque constituitur. In mediae regionis tumulos modicis copiis sequentibus cum uenissent,
7 relictis ibi in statione conspecta utrimque cohortibus Nabis cum delectis custodibus corporis, Quinctius cum fratre et Eumene rege et Sosila Rhodio et Aristaeno Achaeorum praetore tribunisque militum paucis descendit.

31 Ibi permisso [ut] seu dicere prius seu audire mallet, ita coepit tyrannus: 'Si ipse per me, T. Quincti uosque qui adestis, causam excogitare cur mihi aut indixissetis bellum aut inferretis possem, tacitus euentum fortunae meae expe-
2 ctassem: nunc imperare animo nequiui quin, priusquam
3 perirem, cur periturus essem scirem. Et hercules, si tales essetis quales esse Carthaginienses fama est, apud quos nihil societatis fides sancti haberet, in me quoque uobis quid
4 faceretis minus pensi esse non mirarer. Nunc cum uos intueor, Romanos esse uideo, qui rerum diuinarum foedera, huma-
5 narum fidem socialem sanctissimam habeatis; cum me ipse respexi, eum ⟨me⟩ esse spero cui et publice, sicut ceteris Lacedaemoniis, uobiscum uetustissimum foedus sit et meo

30. 2 hosti⟨li⟩bus *Gron.*: hostibus $B\chi$ interclusum] *post coni.* ⟨uideret⟩ *Duker*, *sic uel* ⟨cerneret⟩ *Drak.*, ⟨cernens⟩ *Buettner*: *ante* ⟨sensit⟩ *M. Müller*; *bene quidem sed uix necess.* 4 cum (aliis) *B Mg*: *om.* χ 5 Consilio] *u. c.* 26. 4 *adn.* 7 Sosila *Edd. uet.*: -lia $B\chi$: -lao *Mg* Achaeorum praetore *Dett.*: achaeo $B\psi$ (*add.* tribunis *V*): achaeorum tribunis ϕ; *cf. c.* 24. 1

31. 1 [ut] $B\chi$, *secl. Duker* T. (Quinct.) *B Mg*: *om.* χ 2 nunc *Dett.*: num $B\chi$ nequiui *Frob. 2*: nequeo $B\chi$ perirem χ: repper- *B*, *coni.* deper- *Rossbach* 4 uideo *Mg*: *om.* $B\chi$ 5 respexi, eum $B\chi$: -xissem *Mg* ⟨me⟩ *suppl. Siesbye*

nomine priuatim amicitia ac societas, nuper Philippi bello
renouata. At enim ego eam uiolaui et euerti, quod Argiuorum 6
ciuitatem teneo. Quomodo hoc tuear? Re an tempore? Res 7
mihi duplicem defensionem praebet; nam et ipsis uocantibus
ac tradentibus urbem eam accepi, non occupaui, et accepi
urbem cum Philippi partium non in uestra societate esset.
Tempus autem eo me liberat quod, cum iam Argos haberem, 8
societas mihi uobiscum conuenit et ut uobis mitterem ad
bellum auxilia, non ut Argis praesidium deducerem pepigistis.
At hercule in ea controuersia quae de Argis est superior sum 9
et aequitate rei, quod non uestram urbem sed hostium, quod
uolentem non ui coactam accepi, et uestra confessione, quod 10
in condicionibus societatis Argos mihi reliquistis. Ceterum 11
nomen tyranni et facta me premunt, quod seruos ad liberta-
tem uoco, quod in agros inopem plebem deduco. De nomine 12
hoc respondere possum me, qualiscumque sum, eundem esse
qui fui cum tu ipse mecum, T. Quincti, societatem pepigisti.
Tum me regem appellari a uobis memini: nunc tyrannum 13
uocari uideo. Itaque si ego nomen imperii mutassem, mihi
meae inconstantiae, cum uos mutetis, uobis uestrae reddenda
ratio est. Quod ad multitudinem seruis liberandis auctam 14
et egentibus diuisum agrum attinet, possum quidem et in
hoc me iure temporis tutari: iam feceram haec, qualiacumque 15
sunt, cum societatem mecum pepigistis et auxilia in bello
aduersus Philippum accepistis; sed si nunc ea fecissem, non 16
dico "Quid in eo uos laesissem aut uestram amicitiam uiolas-
sem?" sed illud, me more atque instituto maiorum fecisse.
Nolite ad uestras leges atque instituta exigere ea quae 17

6 eam *Mg*: *om.* $B\chi$ 7 (accepi) urbem $B\chi$: *del. Gel.*; *sed iterum ad 'duplicem defensionem' scriptum est* 8 eo me *B* ψ *Gel.*: *om.* eo ϕ: *om.* me *Mg* iam *Mg*: *om.* $B\chi$ 10 condicionibus *Dett.*: dic- $B\chi$ 11 me *B Mg*: *om.* χ 12 eundem *Mg*: eum $B\chi$ 13 mihi] *hic Asc.*: *ante* nomen $B\chi$; *sed cf. infra* uobis uestrae 14 liberandis $B\chi$: -atis *Mg* (*cf. c.* 32. 9); *sed ualet* auctam 15 iam *B Gel.*: nam χ

Lacedaemone fiunt. Nihil comparare singula necesse est. Vos a censu equitem, a censu peditem legitis et paucos excellere
18 opibus, plebem subiectam esse illis uultis: noster legum lator non in paucorum manu rem publicam esse uoluit, quem uos senatum appellatis, nec excellere unum aut alterum ordinem in ciuitate, sed per aequationem fortunae ac dignitatis fore
19 credidit ut multi essent qui arma pro patria ferrent. Pluribus me ipse egisse quam pro patria sermonis breuitate fateor; et breuiter peroratum esse potuit nihil me, postquam uobiscum institui amicitiam, cur eius uos paeniteret commisisse.'

32 Ad haec imperator Romanus: 'Amicitia et societas nobis nulla tecum sed cum Pelope, rege Lacedaemoniorum iusto
2 ac legitimo, facta est, cuius ius tyranni quoque qui postea per uim tenuerunt Lacedaemone imperium, quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupauerant, usur-
3 parunt, sicut tu quoque hoc Macedonico bello fecisti. Nam quid minus conueniret quam eos qui pro libertate Graeciae aduersus Philippum gereremus bellum cum tyranno instituere amicitiam? Et tyranno quam qui unquam fuit saeuissimo et

31. 17 Laced.] *ante add.* in *Mg* Nihil χ: *om. B* excellere χ: extollere *B* illis $B\chi$: *om. Mg* 18 fortunae *Mg Gel.*: fore $B\chi$ ac (dign.) *Gel.*: ad *B Mg* χ (*inde* dignitates *Mg NLP*) fore $B\psi$: *om.* ϕ (*ob* fore χ *supra*) [18–**32.** 2 *Hic exstant frag. F*: *u. c.* 29. 11 *adn.*] 19 me ipse *Gel.*: met ipse *FB*χ: me et (*uel* memet) ipse *Weissenb.* patria sermonis breuitate *Madv.*, *iam sic sed* patrii *Roëllius*: patrio ⟨. . .⟩uitatis *F*, patrio sermone breuitatis *B*χ, *inde corr.* patriae *Edd. uet.*, *secl.* breuitatis *Kreyssig* peroratum χ: -ornatum *B*

32. 3 eos *B*χ: nos *Edd. uet.*, *H. J. Müller; sed uniuerse scriptum* (*cf.* 6. 18. 8) *ut de liberatoribus*, *adstricte quidem* (*aliter* § 13), *ad orationis summam apte* quam qui . . . fuit saeuissimo] *sic B*: *om.* fuit χ *Edd. uet.*: *de* quam (*iam Mog. ex Edd. uet.*) *silet Carb.*, *cetera ut ex Mg citat*: *secl.* fuit *Gron.*, *sed cf. B Mg*: *secl.* quam *Madv.* (*Em. p. 503*), *eadem ratione pro* quam *coni.* quidem *Weissenb.*, etiam *Harant*, omnium (*inde* qui . . . fuerunt) *M. Müller*: *ante* quam *coni.* ⟨crudeliore⟩ *Novák*, ⟨tam saeuo⟩ (*sic postea* saeuissimus) *H. J. Müller uiolenter*; *sed Liuius ut de libertate Graeciae et tyrannide sententiam adstricte scripsit*, *primo de 'tyranno quam*

uiolentissimo in suos? Nobis uero, etiamsi Argos nec cepisses 4
per fraudem nec teneres, liberantibus omnem Graeciam
Lacedaemon quoque uindicanda in antiquam libertatem erat
atque in leges suas, quarum modo tamquam aemulus Lycurgi
mentionem fecisti. An ut ab Iaso et Bargyliis praesidia Philippi 5
deducantur curae erit nobis, Argos et Lacedaemonem, duas
clarissimas urbes, lumina quondam Graeciae, sub pedibus
tuis relinquemus quae titulum nobis liberatae Graeciae
seruientes deforment? At enim cum Philippo Argiui sen- 6
serunt. Remittimus hoc tibi ne nostram uicem irascaris. Satis
compertum habemus duorum aut summum trium in ea re,
non ciuitatis culpam esse, tam hercule quam in te tuoque 7
praesidio accersendo accipiendoque in arcem nihil esse publico
consilio actum. Thessalos et Phocenses et Locrenses consensu 8
omnium scimus partium Philippi fuisse, tamen cum cetera
liberauimus Graecia: quid tandem censes in Argiuis, qui
insontes publici consilii sint, facturos? Seruorum ad liberta- 9
tem uocatorum et egentibus hominibus agri diuisi crimina
tibi obici dicebas, non quidem nec ipsa mediocria; sed quid
ista sunt prae iis quae a te tuisque cotidie alia super alia
facinora eduntur? Exhibe liberam contionem uel Argis vel 10
Lacedaemone, si audire iuuat uera dominationis impotentis-
simae crimina. Vt alia omnia uetustiora omittam, quam cae- 11
dem Argis Pythagoras iste, gener tuus, paene in oculis meis

potest saeuissimo' concepit, dein tamquam tyrannis prioribus conlatis (*cf.* § 2, *iam* 33. 44. 8) *suppleuit* qui (*satis apte post* quam *pro* si qui) . . . fuit, *qua in re* quam *a Superl. distraxit* 5 Iaso *B*: Iasso *Mg*: naso χ liberatae *B*: libertate ψ, -atis ϕ 6 Remittimus] -imus *B*χ: -emus *Mg* non ciuitatis *Gel.* ('*sincera lectio': ex Mg?*): nouitatis *B*χ 7 esse *Asc.*: si in *B*, sit χ: est *Hertz*: fuit *Harant*; *fort. aptius ad* compertum 8 cetera . . . Graecia] -a . . . -iam *B*ψ: -am . . . -iam ϕN: *corr. Crévier* (*ut iam Ed. 1472*), *recte distinguendo* 9 ad (lib.) *B*χ: in *Mg* eduntur χ: [*spat. vii litt.*] *B* 10 Exhibe *B* (*bis*) *Mg*: exhibe ex ψ, -beres ϕ uera *Asc.*: uerba *B*χ 11 alia] *hic B*: *post* omnia χ

edidit? Quam tu ipse, cum iam prope in finibus Lacedae-
12 moniorum essem? Agedum, quos in contione comprehensos
omnibus audientibus ciuibus tuis te in custodia habiturum
esse pronuntiasti, iube uinctos produci: miseri parentes quos
13 falso lugent uiuere sciant. At enim, ut iam ita sint haec, quid
ad uos, Romani? Hoc tu dicas liberantibus Graeciam? Hoc
iis qui ut liberare possent mare traiecerunt, terra marique
14 gesserunt bellum? "Vos tamen" inquis "uestramque amici-
tiam ac societatem proprie non uiolaui." Quotiens uis te id
arguam fecisse? Sed nolo pluribus: summam rem complectar.
15 Quibus igitur rebus amicitia uiolatur? Nempe his maxime
duabus, si socios meos pro hostibus habeas, si cum hostibus
16 te coniungas. Vtrumque a te factum est; nam et Messenen,
uno atque eodem iure foederis quo et Lacedaemonem in
amicitiam nostram acceptam, socius ipse sociam nobis urbem
17 ui atque armis cepisti et cum Philippo, hoste nostro, non
societatem solum sed, si diis placet, adfinitatem etiam per
18 Philoclen praefectum eius pepigisti et, ⟨ut⟩ bellum aduersus
nos gerens, mare circa Maleum infestum nauibus piraticis
fecisti et plures prope ciues Romanos quam Philippus cepisti
19 atque occidisti, tutiorque Macedoniae ora quam promun-
turium Maleae commeatus ad exercitus nostros portantibus
20 nauibus fuit. Proinde parce, sis, fidem ac iura societatis iactare
et omissa populari oratione tamquam tyrannus et hostis
loquere.'

33 Sub haec Aristaenus nunc monere Nabim, nunc etiam

32. 12 in (cont.) *Mog.*: *om.* $B\chi$ ciuibus *Mg*: *om.* $B\chi$ te] *hic B*: *post* cust. χ miseri] *ante suppl.* ut *Edd. uet. Madv.*, *uix necess.* 13 At *B Mg*: *om.* χ (Hoc) iis $B\psi$ *Gel.*: sociis ϕ 15 Quibus *Mg* χ: *om. B* habeas ϕ: habe *B*: habeat ψ 16 Vtrumque *B Gel.*: utrum nam ψ, utrum non ϕ Messenen, uno atque *Dett. Edd. uet.*: me esse nudo atque χ: esse *B* socius *Edd. uet.*: -ios $B\chi$ 18 ⟨ut⟩ *suppl. Duker* 19 Maleae $B\chi$: Malei *Madv.*; *sed 'promunturium Maleae' est, quod ipsum* (*ut* § 18) *'Maleum' uocatur; u.* 31. 44. 1 *adn. et* 47. 2, 32. 16. 4–5, 42. 56.1

orare ut dum liceret, dum occasio esset, sibi ac fortunis suis consuleret; referre deinde nominatim tyrannos ciuitatium 2 finitimarum coepit, qui deposito imperio restitutaque libertate suis non tutam modo sed etiam honoratam inter ciues senectutem egissent. His dictis in uicem auditisque nox prope 3 diremit conloquium. Postero die Nabis Argis se cedere ac deducere praesidium, quando ita Romanis placeret, et captiuos et perfugas redditurum dixit; aliud si quid postu- 4 larent, scriptum ut ederent petiit, ut deliberare cum amicis posset. Ita et tyranno tempus datum ad consultandum est et 5 Quinctius sociorum etiam principibus adhibitis habuit consilium. Maximae partis sententia erat perseuerandum in 6 bello esse et tollendum tyrannum: nunquam aliter tutam libertatem Graeciae fore; satius multo fuisse non moueri 7 bellum aduersus eum quam omitti motum; et ipsum uelut 8 comprobata dominatione firmiorem futurum auctore iniusti imperii adsumpto populo Romano et exemplo multos in aliis ciuitatibus ad insidiandum libertati ciuium suorum incitaturum. Ipsius imperatoris animus ad pacem inclinatior erat. 9 Videbat enim compulso intra moenia hoste nihil praeter obsidionem restare, eam autem fore [et] diuturnam; non 10 enim Gytheum, quod ipsum tamen traditum, non expugnatum esset, sed Lacedaemonem, ualidissimam urbem uiris armisque, oppugnaturos. unam spem fuisse si qua admouen- 11 tibus exercitum dissensio inter ipsos ac seditio excitari posset: cum signa portis prope inferri cernerent, neminem se

33. 1 consuleret] -ret et ϕ, *secl.* et *Frob. 2*: -re et ψ: -re *B* 3 die ϕ: *om.* $B\psi$ se cedere χ (sec- ψ): se cred- *B* redditurum] -turum ϕ: -turum q ψ: -t tria ∞ *B* 5 Ita et *Mg Frob. 2*: ita ut $B\psi E$: itaque ut ϕ 7 non χ: *om. B* 8 comprobata *Mg*: comparata $B\psi$, -tam ϕ (*inde* dominationem) exemplo *Mg*: extemplo $B\chi$ 9 enim *Edd. uet.*: in $B\chi$ 10 [et]] et $B\chi$, *secl. Edd. uet. optime*: *ante* fore *coni. lac.* (*fort.* ⟨lentam⟩) *Weissenb.*, ⟨ancipitem⟩ *M. Müller*, ⟨saeuam⟩ *Rossbach; sed de 'diuturnitate' agitur, cf.* §§ 12–14, *c.* 34. 2 11 inferri *Edd. uet.*: -ferre $B\chi$

12 mouisse. Adiciebat et cum Antiocho infidam pacem Villium legatum inde redeuntem nuntiare: multo maioribus quam ante terrestribus naualibusque copiis in Europam eum trans-
13 isse. si occupasset obsidio Lacedaemonis exercitum, quibus aliis copiis aduersus regem tam ualidum ac potentem bellum
14 gesturos? Haec propalam dicebat: illa tacita suberat cura ne nouus consul Graeciam prouinciam sortiretur et incohata belli uictoria successori tradenda esset.

34 Cum aduersus tendendo nihil moueret socios, simulando se transire in eorum sententiam omnes in adsensum consilii
2 sui traduxit. 'Bene uertat' inquit, 'obsideamus Lacedaemonem, quando ita placet. Illud modo ne fallat: [ceterum] cum res tam lenta quam ipsi scitis oppugnatio urbium sit et obsidentibus prius saepe quam obsessis taedium adferat, iam nunc hoc ita proponere uos animis oportet hibernandum
3 circa Lacedaemonis moenia esse. Quae mora si laborem tantum ac periculum haberet, ut et animis et corporibus ad
4 sustinenda ea parati essetis hortarer uos; nunc impensa quoque magna eget in opera, in machinationes et tormenta quibus tanta urbs oppugnanda est, in commeatus uobis
5 nobisque in hiemem expediendos. Itaque, ne aut repente trepidetis aut rem incohatam turpiter destituatis, scribendum ante uestris ciuitatibus censeo explorandumque quid
6 quaeque animi, quid uirium habeat. Auxiliorum satis superque habeo; sed quo plures sumus, pluribus rebus egebimus. Nihil iam praeter nudum solum ager hostium habet: ad hoc

33. 12 (Adic.) et *Bχ*: etiam *Mg* eum *B Mg*: *om.* χ 14 incohata] -ta *B*: -ti χ

34. 1 se χ:(-do)s et *B* 2 obsideamus Laced.] *hic Bχ*: *post* placet *Mg* Illud . . . fallat *Mg*: *om. Bχ* [ceterum] *Bχ Mg ut uid.*, *secl. Madv. bene; nam suppl. Bχ*, *ut uidetur*, *iam* illud . . . fallat *omissis*, *sic ap. Edd. uet. et Mog.*, *unde add. Carb. in lemmate ut de contextu* 4 nunc] *hic Bχ*: *ante* uos *Mg* uobis nobisque in *Mg*: uobis quae *B*: uobis χ 5 destituatis] de- χ: in- *B* explorandumque] *suppl.* que *Edd. uet.*

hiems accedet ad comportandum ex longinquo difficilis.'
Haec oratio primum animos omnium ad respicienda ⟨sua⟩ 7
cui⟨us⟩que domestica mala conuertit, segnitiam, inuidiam
et obtrectationem domi manentium aduersus militantes,
libertatem difficilem ad consensum, inopiam publicam, 8
malignitatem conferendi ex priuato. Versis itaque subito 9
uoluntatibus faceret quod e re publica populi Romani
sociorumque esse crederet imperatori permiserunt.

Inde Quinctius adhibitis legatis tantum tribunisque mili- 35
tum condiciones in quas pax cum tyranno fieret has con-
scripsit: sex mensium indutiae ut essent Nabidi Romanisque 2
et Eumeni regi et Rhodiis; legatos extemplo mitterent
Romam T. Quinctius et Nabis, ut pax [ex] auctoritate senatus
confirmaretur; et qua die scriptae condiciones pacis editae 3
Nabidi forent, ea dies ut indutiarum principium esset, et ut
ex ea die intra decimum diem ab Argis ceterisque oppidis
quae in Argiuorum agro essent praesidia omnia deducerentur
uacuaque et libera traderentur Romanis, et ne quod inde 4
mancipium regium publicumue aut priuatum educeretur: si
qua dolo malo publice aut priuatim ante educta forent, do-
minis recte restituerentur; naues quas ciuitatibus maritimis 5
ademisset redderet neue ipse nauem ullam praeter duos
lembos, qui non plus quam sedecim remis agerentur, haberet;

7 ⟨sua⟩ cui⟨us⟩que] cuique *Bχ*, *suppl.* sua *Ussing*, *dein corr.* cuiusque *H. J. Müller*: utique *Harant* 8 ad *χ*: a *B* (*dein* consensu *Bψ*) 9 subito *Edd. uet.*: subit *Bψ*, sub id *φ* faceret] -ret *B*: -re *χ*

35. 2 [ex] *Bχ*, *secl. Duker; cf. c.* 57. 1 3 et (qua) *Mg*: ex *Bχ* ceterisque *χ*: *om.* que *B* agro *Bχ*: agris *Mg* 4 si qua dolo . . . priuatim] *sic scripsi*: sine dolo malo si qua publice aut priuatim *Mg Madv.* (*infra secl.* recte): si qua *B*, et si qua *χ*, *ceteris omissis; quae uero pleraque ad condicionem pertinent seruorum priuatorum quales 'dolo malo'* (*cf.* 42. 21. 5; *sic M. Müller*, *sed ad* educeretur) *'ante educti' erant seu* publice *a Nabide seu* priuatim *ab aliis*, *unde dominis 'recte' restituendi sunt; nam Mg* si qua *ante* dolo *in* sine *corrupit*, *post* malo *suppleuit; Bχ post* si qua *om.* dolo . . . priuatim (*fort. unum uersum*)

6 perfugas et captiuos omnibus sociis populi Romani ciuitatibus redderet et Messeniis omnia quae comparerent quaeque
7 domini cognossent; exulibus quoque Lacedaemoniis liberos coniuges restitueret quae earum uiros sequi uoluissent, inuita
8 ne qua exulis comes esset; mercennariorum militum Nabidis qui aut in ciuitates suas aut ad Romanos transissent, iis res
9 suae omnes recte redderentur; in Creta insula ne quam urbem haberet, quas habuisset redderet Romanis; ne quam societatem cum ullo Cretensium aut quoquam alio institueret neu
10 bellum gereret; ciuitatibus omnibus, quasque [et] ipse restituisset quaeque se suaque in fidem ac dicionem populi Romani tradidissent, omnia praesidia deduceret seque ipse
11 suosque ab iis abstineret; ne quod oppidum neu quod castellum in suo alienoue agro conderet; obsides ea ita futura daret quinque quos imperatori Romano placuisset et filium in iis suum, et talenta centum argenti in praesenti et quinquaginta talenta in singulos annos per annos octo.

36 Haec conscripta castris propius urbem motis Lacedaemonem mittuntur. Nec sane quicquam eorum satis placebat
2 tyranno, nisi quod praeter spem reducendorum exulum mentio nulla facta erat; maxime autem omnium ea res offendebat quod et naues et maritimae ciuitates ademptae erant.
3 Fuerat autem ei magno fructui mare omnem oram ⟨a⟩ Maleo praedatoriis nauibus infestam habenti; iuuentutem praeterea ciuitatium earum ad supplementum longe optimi generis

35. 6 et (Mess.) *B Mg L*: *om.* χ cognossent *B*ϕ: -noscerent ψ 7 coniuges] *ante add.* et *Dett.*; *sed cf. c.* 5. 12, *neque matres 'inuitae' diiunctae sunt*; *ante* liberos *coni.* ⟨bona⟩ *Crévier* (*cf. c.* 36. 5) exulis *Frob. 1*: exillis *B*χ (ex ill-): exul *Mg* 8 ad (Rom.) *BL*: *om.* χ 10 quasque [et] *B*χ: *secl.* et *Bekker*: quas *Frob. 2* deduceret χ: duc- *B* 11 neu quod *B*: ne quod ϕ*L*: neque ψ et (fil.) *B*: *om.* χ praesenti et *B*χ: *coni.* praesentia *Seyffert* (*cf. Madv. Em. p. 489*), praesens et *Hertz* (*cf.* 33. 30. 8)

36. 2 offendebat] -bat *B*χ: -rat *Mg* 3 ⟨a⟩ Maleo] *B*χ, *suppl.* a *Frob. 2* (*sed* Malea): Maleae *Mg; u. c.* 32. 19 *adn.* praedatoriis *Mg*: *om.* *B*χ

militum habebat. Has condiciones quamquam ipse in secreto 4
uolutauerat cum amicis, uolgo tamen omnes fama ferebant,
uanis ut ad ceteram fidem sic ad secreta tegenda satellitum
regiorum ingeniis. Non tam omnia uniuersi quam ea quae ad 5
quemque pertinerent singuli carpebant. Qui exulum coniuges
in matrimonio habebant aut ex bonis eorum aliquid pos-
sederant, tamquam amissuri, non reddituri indignabantur.
Seruis liberatis a tyranno non inrita modo futura libertas sed 6
multo foedior quam fuisset ante seruitus redeuntibus in
iratorum dominorum potestatem ante oculos obuersabatur.
Mercennarii milites et pretia militiae casura in pace aegre 7
ferebant et reditum sibi nullum esse in ciuitates uidebant
infensas non tyrannis magis quam satellitibus eorum.

Haec inter se primo circulos serentes fremere; deinde subito **37**
ad arma discurrerunt. Quo tumultu cum per se satis inritatam 2
multitudinem cerneret tyrannus, contionem aduocari iussit.
Vbi cum ea quae imperarentur ab Romanis exposuisset et 3
grauiora atque indigniora quaedam falso adfinxisset, et ad
singula nunc ab uniuersis nunc a partibus contionis ac-
clamaretur, interrogauit quid se respondere ad ea aut quid
facere uellent. Prope una uoce omnes nihil responderi 4

4 ut ad ceteram *Bχ*: sicut ad ceterorum *Mg* tegenda *Bϕ*: agenda *ψ* 5 tam *χ*: tamen *B* uniuersi *χ*: -sa *B* habebant *χ*: -erent *B* 6 liberatis a *ϕmg*: *om.* a *ψ*: libertatis *BϕN* non inrita] *Hinc ad c.* 39. 2 *exstat R*: *Praef.* § 119 sed *Bχ*: *om. R* seruitus *Bχ*: -tutis *R* iratorum *BϕL*: ira totum *ψ*: iritatorum *Mg*: priorum *R Vattasso*, *sed potius ex gloss.* obuersabatur] obuers- *Bχ*: obseru- *R* 7 aegre *χR*: agere *B* esse *χR*: *om. B* tyrannis] -is *Mg R*: -o *Bχ* (*sed* a tyr- *ϕ*)

37. 1 circulos *BχR*, *sc.* '*circulos serere*' (*Madv. Em. p.* 505: ⟨per⟩ circulos *coni. Weissenb.*, in circulis *Edd. uet.*, *sc.* '*haec serentes*' (*cf.* 7. 39. 6); *neque tamen* '*seruntur*' *conloquia* (24. 31. 3) *neque sermones* (3. 17. 10, 28. 25. 5) *in circulis*, *sed ipsi* '*circuli*' *frementium* (*cf.* 7. 12. 14) *in tumultu*, *unde* '*ad arma discurritur*' 2 cerneret] -ret *Bχ*: -rent *R* 3 Vbi *Mg R*: ibi *Bχ* ea quae *Mg Bχ*: ex eaque *R* adfinxisset *Mg P²L*: adfix- *R*: adinfix- *Bχ* nunc a partibus *Bχ*: nuncupatoribus *R* uellent *Bχ*: uellet *R* 4 responderi *Bψ*: -re *ϕR*

et bellum geri iusserunt; et pro se quisque, qualia multitudo solet, bonum animum habere et bene sperare iubentes, fortes
5 fortunam adiuuare aiebant. His uocibus incitatus tyrannus et Antiochum Aetolosque adiuturos pronuntiat et sibi ad
6 obsidionem sustinendam copiarum adfatim esse. Exciderat pacis mentio ex omnium animis, et in stationes non ultra quieturi discurrunt. Paucorum excursio lacessentium et emissa iacula extemplo et Romanis dubitationem quin
7 bellandum esset exemerunt. Leuia inde proelia per quadri-
8 duum primum sine ullo satis certo euentu commissa. Quinto die prope iusta pugna adeo pauentes in oppidum Lacedaemonii compulsi sunt ut quidam milites Romani terga fugientium caedentes per intermissa, ut tunc erant, moenia urbem intrarint.

38 Et tunc quidem Quinctius satis eo terrore coercitis excursionibus hostium nihil praeter ipsius oppugnationem urbis superesse ratus, missis qui omnes nauales socios a Gytheo accerserent, ipse interim cum tribunis militum ad uisendum
2 urbis situm moenia circumuehitur. Fuerat quondam sine muro Sparta; tyranni nuper locis patentibus planisque obiecerant murum: altiora loca et difficiliora aditu stationibus
3 armatorum pro munimento obiectis tutabantur. Vbi satis omnia inspexit, corona oppugnandum ratus omnibus copiis— erant autem Romanorum sociorumque, simul peditum

37. 4 et (bell.) *Mg* $B\psi R$: *om.* ϕ habere et $B\chi$: -ret et R iubentes, fortes] *sic* $B\chi$, *sed* fortis (-tes A^2): iuuentis portis R fortunam ϕR: -na $B\psi$ aiebant $B\chi$: -bat R 5 pronuntiat $B\chi$: ait R 6 et in $B\chi$: ad R (extemplo) et χR (*sed* exemplo): qui et B (qui *ex* quin *in seq. uersu ?*), *secl. Damsté*, *coni.* Quinctio et *Koch*, *non necess.* 7 primum $B\chi$: *om.* R commissa R *Edd. uet*: emissa $B\chi$ 8 intrarint *Mg* $B\psi RA^x$: intrant ϕ

38. 1 tunc *Mg* BR: nunc χ coercitis $B^1\phi R^1$: coher- $B\psi$: coercuit- R Gytheo BL: Cy- χ: Csthio R accerserent B: access- χ: arcess- R 2 (muro) Sparta *Mg* $BR\psi$ (*sed* (-ros) parta): parata ϕ planisque χR: *om.* que B difficiliora R *Edd. uet.*: -cilia B^1(-cia B) χ; *postea* aditus R

equitumque, simul terrestrium ac naualium copiarum, ad
quinquaginta milia hominum—urbem cinxit. Alii scalas, 4
alii ignem, alii alia quibus non oppugnarent modo sed etiam
terrerent, portabant. Iussi clamore sublato subire undique
omnes, ut qua primum occurrerent quaue opem ferrent ad
omnia simul pauentes Lacedaemonii ignorarent. Quod roboris 5
in exercitu erat, trifariam diuisum: parte una a Phoebeo,
altera a Dictynnaeo, tertia ab eo loco quem Heptagonias
appellant—omnia autem haec aperta sine muro loca sunt—
adgredi iubet. Cum tantus undique terror urbem circumuasis- 6
set, primo tyrannus et ad clamores repentinos et ad nuntios
trepidos motus, ut quisque maxime laboraret locus, aut ipse
occurrebat aut aliquos mittebat; deinde circumfuso undique 7
pauore ita obtorpuit ut nec dicere quod in rem esset nec audire
posset, nec inops modo consilii sed uix mentis compos esset.

Romanos primo sustinebant in angustiis Lacedaemonii, **39**
ternaeque acies tempore uno locis diuersis pugnabant; deinde 2
crescente certamine nequaquam erat proelium par. Missi-
libus enim Lacedaemonii pugnabant, a quibus se et magnitu-
dine scuti perfacile Romanus tuebatur miles et quod alii
uani, alii leues admodum ictus erant. Nam propter angustias 3

3 equitumque χR: *om.* que *B* copiarum *Mg* $B\psi R$: *om.* ϕ quinquaginta *Mg RB* (.l.) ϕ: t.l. ψ (c.l. *L*) 4 alia $B\chi$: *om.* *R* clamore] *hic* χR: *post* sublato *B*; *postea* sublatus ubi redeundique *R* 5 trifariam χR: -faria *B* parte una . . . altera . . . tertia $B\chi R$: partem unam . . . alteram . . . tertiam *Madv. uix necess.* Phoebeo $B\psi$ (-boe *N*): Phebeo ϕLR; *sc. ex* Φοιβεῖον (*Polyb.*); *contra* Φοιβαῖον *Paus.* 3. 20. a a Dictynnaeo *R*: adicit ineo χ: adici tyranno *B* 6 tantus $B\chi$: -um *R* et (ad nunt.) $B\chi$: *om.* *R* quisque] *hic* $B\chi Mg$: *post* max. *R* laboraret *Mg R*: -orabat $B\chi$; *sed cf.* 8. 23. 10 7 pauore χR: *om.* *B* rem $B\chi$: re *R*; *sed cf.* 22. 29. 8 inops $B^1\chi$: inobs *B*: inbos *R*, *hinc* impos *Vattasso; sed uix hic scripsit Liuius antique; cf.* 33. 7. 8, 44. 2. 12 consilii χR: -liis *B*

39. 1 Romanos . . . sustinebant $B^1\chi R$ (*sed* primos): -nus . . . -bat *B* ternaeque $B\chi$ (-na eque ψ): terraeque *R* 2 deinde *RL*: dein χ; deinde . . . pugnabant *om.* *B* a (quib.) $B\chi$: *om.* *R* Romanus] *Hic desinit R; u. c.* 39. 11

loci confertamque turbam non modo ad emittenda cum procursu, quo plurimum concitantur, tela spatium habebant, sed ne ut de gradu quidem libero ac stabili conarentur.
4 Itaque ex aduerso missa tela nulla in corporibus, rara in scutis haerebant; ab circumstantibus ex superioribus locis uol-
5 nerati quidam sunt; mox progressos iam etiam ex tectis non
6 tela modo sed tegulae quoque inopinantes perculerunt. Sublatis deinde supra capita scutis continuatisque ita inter se ut non modo ad caecos ictus sed ne ad inserendum quidem ex propinquo telum loci quicquam esset, testudine facta sub-
7 ibant. Et primae angustiae paulisper sua hostiumque refertae turba tenuerunt: postquam in patentiorem uiam urbis paulatim urgentes hostem processere, non ultra uis eorum atque
8 impetus sustineri poterant. Cum terga uertissent Lacedaemonii et fuga effusa superiora peterent loca, Nabis quidem ut capta urbe trepidans quanam ipse euaderet circumspecta-
9 bat: Pythagoras cum ad cetera animo officioque ducis fungebatur, tunc uero unus ne caperetur urbs causa fuit; succendi
10 enim aedificia proxima muro iussit. Quae cum momento temporis arsissent, ut adiuuantibus ignem qui alias ad extinguen-
11 dum opem ferre solent, ruere in Romanos tecta nec tegularum modo fragmenta sed etiam ambusta tigna ad armatos peruenire et flamma late fundi, fumus terrorem etiam maiorem
12 quam periculum facere. Itaque et qui extra urbem erant Romanorum, tum maxime impetus facientes, recessere a muro et qui iam intrauerant, ne incendio ab tergo oriente
13 intercluderentur ab suis, receperunt sese; et Quinctius post-

39. 3 quo ϕ: quod $B\psi$ conarentur $B\chi$: coniterentur *Novák* 4 ab (circ.)] ad $B\psi$, *corr. Kreyssig*, *iam* a ϕ sunt χ: *om. B* 7 hostem *Mg*: -es $B\chi$ 8 circumspectabat *Mg*: -ctat $B\chi$ 9 tunc $B\chi$: tum *Edd. uet.*; *sed cf.* 8. 32. 10 urbs χ: -bis *B* 11 fragmenta] *Hinc ad c.* 40. 2 oratorem *exstat R*: *u. c.* 36. 6 *adn.* peruenire] -ire *Mg* $B\chi R$: -ere *Dett.* facere $B\chi$: -ret *R* 12 impetus ϕR: -tum $B\psi$; *sed cf. c.* 38. 6

quam quid rei esset uidit, receptui canere iussit. Ita iam capta prope urbe reuocati redierunt in castra.

Quinctius plus ex timore hostium quam ex re ipsa spei **40** nactus per triduum insequens territauit eos nunc proeliis lacessendo, nunc operibus, intersaepiendoque quaedam ne exitus ad fugam esset. His comminationibus compulsus 2 tyrannus Pythagoran rursus oratorem misit; quem Quinctius primo aspernatus excedere castris iussit, dein suppliciter orantem aduolutumque genibus tandem audiuit. Prima 3 oratio fuit omnia permittentis arbitrio Romanorum; dein 4 cum ea uelut uana et sine effectu nihil proficeret, eo deducta est res ut iis condicionibus quae ex scripto paucis ante diebus editae erant indutiae fierent, pecuniaque et obsides accepti.

Dum oppugnatur tyrannus, Argiui nuntiis aliis [prope] 5 super alios adferentibus tantum non iam captam Lacedaemonem esse erecti et ipsi, simul eo quod Pythagoras cum 6 parte ualidissima praesidii excesserat, contempta paucitate eorum qui in arce erant, duce Archippo quodam praesidium expulerunt; Timocratem Pellenensem, quia clementer prae- 7 fuerat, uiuum fide data emiserunt. Huic laetitiae Quinctius superuenit pace data tyranno dimissisque ab Lacedaemone Eumene et Rhodiis et L. Quinctio fratre ad classem.

13 capta] *ante add.* a *Frob. 2* prope] *hic* $B\psi R$ *Frob. 2*: *post* urbe ϕ: *ante* capta *Edd. uet.* redierunt] *hic* χR: *post* castra *B*

40. 1 operibus, intersaepiendoque χR, *sic distinguendo, ut Gron.*: *om.* que *B Edd.*; *sed* '*territauit nunc proeliis, nunc operibus* (*sc. machinis, cf.* 24. 19. 8, 33. 20. 4 *et* 38. 9, 37. 5. 5) *lacessendo*', *tantum semel* '*intersaepsit exitus*', *cf.* 6. 9. 7 2 Pythagoran] -an *R* (*sed* Pyta-): -ā $B\psi A$, -am ϕV, *cf.* 35. 29. 12 *adn.* aspernatus $B\psi$: -um ϕ dein $B\phi V$: deinde ψ 3 permittentis χ: *om. B* 4 proficeret] -ret *Edd. uet.*: -rent $B\chi$ (deducta) est res *B*: (deducta)e res χ: res est *Mg ut uid., sed fort. Carb. de ordine neglegenter; cf.* 4. 6. 8 5 oppugnatur tyrannus $B\phi L$, -antur tyr- ψ: oppugnarent tyrannum *Mg* [prope] $B\chi$, *secl. P. R. Müller, ut falso huic phrasi interpositum* (*cf.* 33. 7. 6, 39. 49. 7), *potius iam ad* tantum non *in seq. uersu adscriptum* 7 emiserunt $B\psi$ (*sed* (data)e mis-): miserunt ϕ: emiserant *Mg*

41 Laeta ciuitas celeberrimum festorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum, die stata propter belli mala praetermissum, in aduentum Romani exercitus ducisque indixerunt
2 praefeceruntque ludis ipsum imperatorem. Multa erant quae gaudium cumularent: reducti ciues ab Lacedaemone erant
3 quos nuper Pythagoras quosque ante Nabis abduxerat; redierant qui post compertam a Pythagora coniurationem et caede iam coepta effugerant; libertatem ex longo interuallo libertatisque auctores Romanos, quibus causa bellandi cum tyranno ipsi fuissent, cernebant. Testata quoque ipso
4 Nemeorum die uoce praeconis libertas est Argiuorum. Achaeis quantum restituti Argi in commune Achaiae concilium laetitiae adferebant, tantum serua Lacedaemon relicta et lateri adhaerens tyrannus non sincerum gaudium praebebant.
5 Aetoli uero eam rem omnibus conciliis lacerare: cum Philippo non ante desitum bellari quam omnibus excederet Graeciae
6 urbibus, tyranno relictam Lacedaemonem; regem autem legitimum, qui in Romanis fuerit castris, ceterosque nobilissimos ciues in exilio uicturos; Nabidis dominationis satellitem
7 factum populum Romanum. Quinctius ab Argis Elatiam, unde ad bellum Spartanum profectus erat, copias reduxit.
8 Sunt qui non ex oppido proficiscentem bellum gessisse tyrannum tradant sed castris aduersus Romana positis castra
9 diuque cunctatum, quia Aetolorum auxilia expectasset, coactum ad extremum acie confligere impetu in pabulatores
10 suos a Romanis facto: eo proelio uictum castrisque exutum

41. 1 ludicrum χ: ludorum *B* ducisque *B*ϕ: ducesque ψ 2 abduxerat A^2: add- *B*χ: abduxerant *Mg* 4 quantum χ: *om. B* in] *ante add.* et *Mg* commune *Mg*: -nem *B*χ et lateri . . . tyrannus *B Gel.* (*Sp?*): (relicta)e latim . . . tyrannus ψ (*om.* e *L*): lateri . . . tyranni ϕ praebebant *B*ψ *Frob. 2*: -bat ϕ 6 fuerit *B*ψ *Gron.*: fuerat ϕ dominationis *B*: -atis ψ: -antis ϕ*L* populum Romanum *B* ($\overline{\text{pr}}$.) *Gel.*: titus romuleus χ (*ex* t.r.) 8 gessisse ϕ: -isset *B*ψ 9 quia *B*: qui ψ: cum ϕ impetu ϕ: -tum *B*ψ

pacem petisse, cum cecidissent quattuordecim milia militum, capta plus quattuor milia essent.

Eodem fere tempore et a T. Quinctio de rebus ad Lace- **42**
daemonem gestis et a M. Porcio consule ex Hispania litterae allatae. Vtriusque nomine in dies ternos supplicatio ab senatu decreta est.

L. Valerius consul, cum post fusos circa Litanam siluam 2
Boios quietam prouinciam habuisset, comitiorum causa Romam rediit et creauit consules P. Cornelium Scipionem 3
Africanum iterum et Ti. Sempronium Longum. Horum patres primo anno secundi Punici belli consules fuerant. Praetoria inde comitia habita: creati P. Cornelius Scipio et 4
duo Cn. Cornelii, Merenda et Blasio, et Cn. Domitius Ahenobarbus et Sex. Digitius et T. Iuuentius Thalna. Comitiis 5
perfectis consul in prouinciam rediit.

Nouum ius eo anno a Ferentinatibus temptatum, ut Latini qui in coloniam Romanam nomina dedissent ciues Romani essent: Puteolos Salernumque et Buxentum adscripti coloni 6
qui nomina dederant, et, cum ob id se pro ciuibus Romanis ferrent, senatus iudicauit non esse eos ciues Romanos.

Principio anni quo P. Scipio Africanus iterum et Ti. **43**
Sempronius Longus consules fuerunt, legati Nabidis tyranni Romam uenerunt. Iis extra urbem in aede Apollinis senatus 2
datus est. Pax quae cum T. Quinctio conuenisset ut rata esset petierunt impetraruntque. De prouinciis cum relatum esset, 3

10 quattuordecim milia] $\overline{\text{XXIIII}}$ *B*, *del.* x B^1: quindecim χ (*suppl.* milia P^3A^2)

42. 2 fusos χ: futuros *B* 3 P. (Corn.) χ: *om. B* Ti. (Semp.) *Sig.*: t. *B*: ualerium χ; *sic cc.* 43. 1, 44. 3 (t. $B\chi$) fuerant $B\chi$: -erunt *Mg* 4 Cn. (Corn.) *B Frob. 2*: c. χ Thalna *Sig.*: halna $B\psi$, al- ϕ: Talua *Mg* 6 Buxentum] -tum *Mg*: -ium $B\chi$ (buse-); *cf. c.* 45. 2 *adn.; de loco u. R.E. Smith, JRS 44 (1954), p. 18* qui *Mg*: *om.* $B\chi$ et (cum) *B Mg* χ: *del. Edd. uet., non necess.*

43. 2 Iis *B Mg*: duo χ

senatus frequens in eam sententiam ibat ut, quoniam in Hispania et Macedonia debellatum foret, consulibus ambobus
4 Italia prouincia esset. Scipio satis esse Italiae unum consulem censebat, alteri Macedoniam decernendam esse: bellum graue ab Antiocho imminere, iam ipsum sua sponte in Europam
5 transgressum. quid deinde facturum censerent, cum hinc Aetoli, haud dubii hostes, uocarent ad bellum, illinc Hanni-
6 bal, Romanis cladibus insignis imperator, stimularet? Dum de prouinciis consulum disceptatur, praetores sortiti sunt: Cn. Domitio urbana iurisdictio, T. Iuuentio peregrina
7 euenit, P. Cornelio Hispania ulterior, Sex. Digitio citerior, duobus Cn. Corneliis, Blasioni Sicilia, Merendae Sardinia.
8 In Macedoniam nouum exercitum transportari non placuit, eum qui esset ibi reduci in Italiam a Quinctio ac dimitti; item eum exercitum dimitti qui cum M. Porcio Catone in
9 Hispania esset; consulibus ambobus Italiam prouinciam esse et duas urbanas scribere eos legiones, ut dimissis quos senatus censuisset exercitibus octo omnino Romanae legiones essent.

44 Ver sacrum factum erat priore anno, M. Porcio et L.
2 Valerio consulibus. Id cum P. Licinius pontifex non esse recte factum collegio primum, deinde ex auctoritate collegii patribus renuntiasset, de integro faciendum arbitratu pontificum censuerunt ludosque magnos qui una uoti essent tanta
3 pecunia quanta adsoleret faciendos: uer sacrum uideri pecus quod natum esset inter kal. Martias et pridie kal. Maias P. Cornelio et Ti. Sempronio consulibus.

4 Censorum inde comitia sunt habita. Creati censores Sex.

43. 3 quoniam *B* (quō) χ; *sic c.* 58. 1; *u.* 33. 2. 9 *adn.* 5 facturum] *post add.* esse *Mg*, *coni.* eum *Weissenb.* dubii *Gron. apte*: dubie *B*χ 6 Cn. (Dom.) *B*: c. χ 9 eos *Gron.*: eo *B*χ censuisset *Mg*: uoluisset *B*χ
44. 2 cum *Dett.*: *om.* *B*χ collegio ϕ: cui legio *B*, cum l- ψ magnos χ: *om.* *B*; *post* magnos *transp.* una *Pighius frustra*, *sed cf.* 22. 9. 10, 33. 44. 1–2 adsoleret *B* (*sed* -soret) χ: sol- *Mg* 3 pridie kal. *Mg* (*Carb.*, *Gel.*): id. *B*ψ, idus ϕ*L*

Aelius Paetus et C. Cornelius Cethegus. ⟨Ii⟩ principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt. Tres omnino senatores, neminem curuli honore usum, praeterierunt. Gratiam quoque ingentem apud eum 5 ordinem pepererunt, quod ludis Romanis aedilibus curulibus imperarunt ut loca senatoria secernerent a populo; nam antea in promiscuo spectarant. Equitibus quoque perpaucis adempti equi, nec in ullum ordinem saeuitum. Atrium Libertatis et uilla publica ab iisdem refecta amplificataque.

Ver sacrum ludique Romani uotiui quos uouerat Ser. Sul- 6 picius Galba consul facti. Cum spectaculo eorum occupati animi hominum essent, Q. Pleminius, qui propter multa in deos hominesque scelera Locris admissa in carcerem coniectus fuerat, comparauerat homines qui pluribus simul locis urbis 7 nocte incendia facerent, ut in consternata nocturno tumultu ciuitate refringi carcer posset. Ea res indicio consciorum 8 palam facta delataque ad senatum est. Pleminius in inferiorem demissus carcerem est necatusque.

Coloniae ciuium Romanorum eo anno deductae sunt **45** Puteolos Volturnum Literum, treceni homines in singulas. Item Salernum Buxentumque coloniae ciuium Romanorum **2** deductae sunt. Deduxere triumuiri Ti. Sempronius Longus, qui tum consul erat, M. Seruilius Q. Minucius Thermus. Ager diuisus est, qui Campanorum fuerat. Sipontum item in **3** agrum qui Arpinorum fuerat coloniam ciuium Romanorum

4 Ii *suppl. H. J. Müller, ante distinxit; cf.* 27. 11. 8, 32. 7. 3 senatus] -us *Dett.*: -orem *B* χ *Mg*: -orum *P Dett.* 5 nam χ: iam *B* spectarant] -rant *Bφ*: -runt ψ (-rent *V*): -bant *Mg*; *de re cf. c.* 54. 4 ullum *B*χ: illum *Mg* publica χ: *om. B* 6 Romani *Mg*: *om. B*χ; *de alia ac* §§ 1–2 *re* Ser.] *sic B*χ: *corr.* P. *Pighius*, (*cf.* 31. 5. 1, 9. 10) *recte; sed fort.* Ser. *ex Liui errore* hominum *B*ψ: omnium φ in carcerem χ: *om. B* 7 pluribus *Dett.*: plurimis *B*χ 8 consciorum] consc- χ: consoc- *B*: soc- *Mg*

45. 1 treceni *B*χ: -nti *Mg* 2 Buxentumque φ (*AP*) *u.l.*: -niumque *B*ψ: -numque φ

alii triumuiri, D. Iunius Brutus M. Baebius Tamphilus M.
4 Heluius deduxerunt. Tempsam item et Crotonem coloniae ciuium Romanorum deductae. Tempsanus ager de Bruttiis captus erat: Bruttii Graecos expulerant; Crotonem Graeci
5 habebant. Triumuiri Cn. Octauius L. Aemilius Paulus C. Laetorius Crotonem, Tempsam L. Cornelius Merula Q. ⟨. . .⟩ C. Salonius deduxerunt.

6 Prodigia quoque alia uisa eo anno Romae sunt, alia nuntiata. In foro et comitio et Capitolio sanguinis guttae uisae
7 sunt; et terra aliquotiens pluuit et caput Volcani arsit. Nuntiatum est Nare amni lac fluxisse, pueros ingenuos Arimini sine oculis ac naso et in Piceno agro non pedes, non manus habentem natum. Ea prodigia ex pontificum decreto procu-
8 rata. Et sacrificium nouemdiale factum est, quod Hadriani nuntiauerant in agro suo lapidibus pluuisse.

46 In Gallia L. Valerius Flaccus proconsul circa Mediolanium cum Gallis Insubribus et Bois, qui Dorulato duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis conlatis
2 depugnauit; decem milia hostium sunt caesa. Per eos dies collega eius M. Porcius Cato ex Hispania triumphauit. Tulit in eo triumpho argenti infecti uiginti quinque milia pondo, bigati centum uiginti tria milia, Oscensis quingenta quadra-
3 ginta, auri pondo mille quadringenta. Militibus ex praeda diuisit in singulos ducenos septuagenos aeris, triplex equiti.

45. 4 habebant] -ebant *Bχ*: -uerunt *Mg*: *coni.* -uerant *Weissenb.* 5 triumuiri] iii- *B*: tertio- χ; *cf*, *supra* §§ 2, 3; *u.* 32. 26. 17 *adn.* Q. ⟨. . .⟩ C. Salonius *Weissenb.*: q; *B* (*sc.* que *ad* Mer.; *cf. c.* 46. 12 *adn.*): *om.* χ (*sed* q̄ *post* dedux.): et C. Salonius *Gel.* (*ex* '*archetypis*', *ex Mg?*: '*tertius collega intercidit*'): Q. et C. Salonius *Hertz frustra* 7 Nare amni *Gron.*: narte amni χ: [*spat. iv litt.*] anni, *om.* lac *B* 8 est *B*: *om.* χ

46. 1 Flaccus *Mg*: *om. Bχ* Mediolanium *BN*: -num χ Dorulato *Bφ*: dur- ψ 2 pondo, bigati . . . quadraginta *Mg* (*Gel.; iam Carb.*, *sed* auri *ex seqq. transp. ante* quingenta): *om. Bχ* mille quadringenta] *hic Mg* (*Gel.*) *Bχ* (*sed* -tos): *post* milit., *sed* quadringenta millia, *Carb.* 3 ex praeda *Mg* (*Carb.*, *Gel.*): *om. Bχ* triplex] *ante coni.* duplex centurioni *Gron.*, *cf. c.* 52. 11; *sed ign. Bχ Mg*; *u.* 33. 23. 7 *adn.*

Ti. Sempronius consul in prouinciam profectus in Boiorum 4
primum agrum legiones duxit. Boiorix tum regulus eorum cum
duobus fratribus tota gente concitata ad rebellandum castra
locis apertis posuit, ut appareret dimicaturos si hostis fines
intrasset. Consul ubi quantae copiae, quanta fiducia esset 5
hosti sensit, nuntium ad collegam mittit ut, si uideretur ei,
maturaret uenire: se tergiuersando in aduentum eius rem
extracturum. Quae causa consuli cunctandi, eadem Gallis, 6
praeterquam quod cunctatio hostium animos faciebat, rei
maturandae erat ut priusquam coniungerentur consulum
copiae rem transigerent. Per biduum tamen nihil aliud quam 7
steterunt parati ad pugnandum, si quis contra egrederetur;
tertio subiere ad uallum castraque simul ab omni parte ad-
gressi sunt. Consul arma extemplo capere milites iussit; 8
armatos inde paulisper continuit, ut et stolidam fiduciam
hosti augeret et disponeret copias quibus quaeque portis
erumperent. Duae legiones duabus principalibus portis signa 9
efferre iussae. Sed in ipso exitu ita conferti obstitere Galli ut
clauderent uiam. Diu in angustiis pugnatum est; nec dextris 10
magis gladiisque gerebatur res quam scutis corporibusque
ipsis obnixi urgebant, Romani ut signa foras efferrent, Galli 11
ut aut in castra ipsi penetrarent aut exire Romanos pro-
hiberent. Nec ante in hanc aut illam partem moueri acies 12
potuerunt quam Q. Victorius primi pili centurio et C.
Atinius tribunus militum, quartae hic, ille secundae legionis,
rem in asperis proeliis saepe temptatam, signa adempta signi-
feris in hostes iniecerunt. Dum repetunt enixe signum, 13
priores secundani se porta eiecerunt.

4 Boiorix B^1 (boiorum rex B, *neque del.* rex B^1) *Gel.*: boiorex χ 5 hosti $B\chi$: -tis *Mg* in (adu.) ϕ: *om.* $B\psi$ 7 pugnandum *Mg*: pugnam $B\chi$ simul] *hic B*: *post* omni χ 12 Q. (Vict.) *Mg* ϕ: que $B\psi$; *dein* Fict- χ pili *Mg B*: *om.* χ Atinius *Mg* χ: antonius *B* tr. mil. *Mg B*: *om.* χ (*spat. AE*) iniecerunt *Mg*: iec- $B\chi$ (*cf.* 3. 70. 10, 26. 5. 15, *sed iam* '*inferre*') 13 enixe χ: *om. B* eiecerunt *B*: -cere χ

47 Iam hi extra uallum pugnabant, quarta legione in porta haerente, cum alius tumultus ex auersa parte castrorum est
2 exortus. In portam quaestoriam inruperant Galli resistentesque pertinacius occiderant L. Postumium quaestorem, cui Tympano fuit cognomen, et M. Atinium et P. Sempronium
3 praefectos socium, et ducentos ferme milites. Capta ab ea parte castra erant, donec cohors extraordinaria, missa a consule ad tuendam quaestoriam portam, et eos qui intra uallum erant partim occidit partim expulit castris et inrumpentibus
4 obstitit. Eodem fere tempore et quarta legio cum duabus extraordinariis cohortibus porta erupit. Ita simul tria proelia circa castra locis distantibus erant clamoresque dissoni ad incertos suorum euentus a praesenti certamine animos pu-
5 gnantium auertebant. Vsque ad meridiem aequis uiribus ac prope pari spe pugnatum est. Labor et aestus mollia et fluida corpora Gallorum et minime patientia sitis cum decedere pugna coegisset, in paucos restantes impetum Romani fecerunt
6 fusosque compulerunt in castra. Signum inde receptui ab consule datum est; ad quod pars maior receperunt sese, pars certaminis studio et spe potiundi castris hostium perstitit
7 ad uallum. Eorum paucitate contempta Galli uniuersi ex castris eruperunt: fusi inde Romani quae imperio consulis noluerant suo pauore ac terrore castra repetunt. Ita uaria
8 hinc atque illinc nunc fuga, nunc uictoria fuit; Gallorum tamen ad undecim milia, Romanorum quinque milia sunt occisa. Galli recepere in intima finium sese, consul Placentiam legiones duxit.

48 Scipionem alii coniuncto exercitu cum collega per Boiorum Ligurumque agros populantem isse, quod progredi siluae

47. 2 P. (Semp.) *Mg*: *om.* $B\chi$ 4 extraordinariis χ: ord- *B* a (praes.) χ: *om.* *B* 5 fluida *A Dett.*: fluuida $B\chi$ 6 perstitit ad uallum $B\chi$: circa uallum morata est *Mg* (*ex gloss.?*) 7 uniuersi $B\chi$: diuersi *Mg* quae *Gel.* ('*uetus lectio*'; *ex Mg?*): qui $B\chi$

48. 1 Ligurumque *Mg*: *om.* $B\chi$ populantem isse χ: -tes misse *B*

paludesque passae sint, scribunt, alii nulla memorabili re gesta Romam comitiorum causa redisse.

Eodem hoc anno T. Quinctius Elatiae, quo in hiberna re- 2
duxerat copias, totum hiemis tempus iure dicundo consumpsit mutandisque iis quae aut ipsius Philippi aut praefectorum eius licentia in ciuitatibus facta erant, cum suae factionis hominum uires augendo ius ac libertatem aliorum deprimerent. Veris initio Corinthum conuentu edicto uenit. 3
Ibi omnium ciuitatium legationes in contionis modum circumfusas est adlocutus, orsus ab inita primum Romanis 4
amicitia cum Graecorum gente et imperatorum qui ante se in Macedonia fuissent suisque rebus gestis. Omnia cum ad- 5
probatione ingenti sunt audita, praeterquam cum ad mentionem Nabidis uentum esset: id minime conueniens liberanti Graeciam uidebatur tyrannum reliquisse non suae solum 6
patriae grauem sed omnibus circa ciuitatibus metuendum, haerentem uisceribus nobilissimae ciuitatis.

Nec ignarus huius habitus animorum Quinctius, si sine **49**
excidio Lacedaemonis fieri potuisset, fatebatur pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuisse: nunc, 2
cum aliter quam ruina grauissimae ciuitatis opprimi non posset, satius uisum esse tyrannum debilitatum ac totis prope uiribus ad nocendum cuiquam ademptis relinqui quam inter- 3
mori uehementioribus quam quae pati possit remediis ciuitatem sinere, in ipsa uindicta libertatis perituram. Praeteritorum 4
commemorationi subiecit proficisci sibi in Italiam atque

1 re] *hic* $B\chi$: *post* gesta *Mg ut uid.* Romam *B Mg*: *om.* χ 2 hoc *Mg*: *om.* $B\chi$; *cf.* 35. 40. 5 Elatiae χ *Mg ut uid.*: latiae *B*; *u.* 32. 19. 1 *adn.* quo $B\chi$: ex quo *Mg* dicundo *Mg*: dicendo $B\chi$ 5 esset $B\chi$: *coni.* est *Madv.* 6 haerentem . . . ciuitatis *Mg* (*Carb.*, *Gel.*): *om.* $B\chi$

49. 2 grauissimae χ: -ma *B*; *sed aptius de ciuitate Laced.*; *sic* clarissimae *Harant* (*cf. cc.* 5. 2 *adn.*, 32. 5), *non necess.*; *cf. c.* 17. 12 3 possit B^1 (posset *B*) χ: posset *Dett. Edd.*; *sed de temporibus in O. O. uariatis u.* 23. 43. 12, 27. 17. 14 *adnn.*, *Conwaii Ed. Libri II App.* (*p. 187*) remediis χ: redemis *B* 4 commemorationi] -is $B\chi$, *corr.* A^xP^x *Dett.*: -em *Mg*

5 omnem exercitum deportare in animo esse: Demetriadis Chalcidisque praesidia intra decimum diem audituros deducta, Acrocorinthum ipsis extemplo uidentibus uacuam Achaeis
6 traditurum, ut omnes scirent utrum Romanis an Aetolis mentiri mos esset, qui male commissam libertatem populo Romano sermonibus distulerint et mutatos pro Macedoni-
7 bus Romanos dominos. sed illis nec quid dicerent nec quid facerent quicquam unquam pensi fuisse; reliquas ciuitates monere ut ⟨ex⟩ factis, non ex dictis amicos pensent intellegantque quibus credendum et a quibus cauendum sit.
8 libertate modice utantur: temperatam eam salubrem et singulis et ciuitatibus esse, nimiam et aliis grauem et ipsis qui
9 habeant praecipitem et effrenatam esse. concordiae in ciuitatibus principes et ordines inter se et in commune omnes ciuitates consulerent. aduersus consentientes nec regem quem-
10 quam satis ualidum nec tyrannum fore: discordiam et seditionem omnia opportuna insidiantibus facere, cum pars quae domestico certamine inferior sit externo potius se adplicet
11 quam ciui cedat. alienis armis partam, externa fide redditam libertatem sua cura custodirent seruarentque ut populus Romanus dignis datam libertatem ac munus suum bene positum sciret.

50 Has uelut parentis uoces cum audirent, manare omnibus gaudio lacrimae, adeo ut ipsum quoque confunderent dicen-
2 tem. Paulisper fremitus adprobantium dicta fuit monentiumque aliorum alios ut eas uoces uelut oraculo missas in pectora

49. 5 Acrocorinthum *Gel.*: ac corinth- $B\chi$; *cf. c.* 50. 8 *adn.* uacuam *Asc.*: -uum $B\chi$ 7 ⟨ex⟩ *suppl. Med. 1505* intellegantque *Edd. uet.*: *om.* que $B\chi$ a (quib.) χ: *om. B* sit χ: *om. B* 8 et (ciu.) *Gel.* (*'restituimus'*: *ex Mg?*): *om.* $B\chi$ (*sed post* salubrem *add.* eis ϕV) et effrenatam] *hic* et effr. $B\chi$: *ante* praec. *sed* effr. et *Mg*: *secl. Madv.*, *ut uix ad malum quod adferatur pertinens; sed Liuius de 'libertatis nimiae' usu laxius scripsit; hoc loco alterutrum* esse *secl. Gron.* 11 ac (mun.) *Gel.* (*Mg?*): hinc $B\chi$

animosque demitterent. Silentio deinde facto petiit ab iis ut 3
ciues Romanos, si qui apud eos in seruitute essent, conquisitos
intra duos menses mitterent ad se in Thessaliam: ne ipsis qui-
dem honestum esse in liberata terra liberatores eius seruire.
Omnes acclamarunt gratias se inter cetera etiam ob hoc agere 4
quod admoniti essent ut tam pio, tam necessario officio fun-
gerentur. Ingens numerus erat bello Punico captorum, quos 5
Hannibal, cum ab suis non redimerentur, uenum dederat.
Multitudinis eorum argumentum sit quod Polybius scribit 6
centum talentis eam rem Achaeis stetisse, cum quingenos
denarios pretium in capita quod redderetur dominis statuis-
sent. Mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit: adice 7
nunc pro portione quot uerisimile sit Graeciam totam
habuisse.

Nondum conuentus dimissus erat, cum respiciunt praesi- 8
dium ab Acrocorintho descendens protinus duci ad portam
atque abire. Quorum agmen imperator secutus prosequenti- 9
bus cunctis, seruatorem liberatoremque acclamantibus, salutatis dimissisque iis eadem qua uenerat uia Elatiam rediit. Inde 10
cum omnibus copiis Ap. Claudium legatum dimittit; per
Thessaliam atque Epirum ducere Oricum iubet atque se ibi
opperiri: inde namque in animo esse exercitum in Italiam 11
traicere. Et L. Quinctio fratri, legato et praefecto classis,
scribit ut onerarias ex omni Graeciae ora eodem contraheret.

Ipse Chalcidem profectus, deductis non a Chalcide solum **51**

50. 3 ne (ips.) *Bχ*: nec *Mg* 4 cetera *φ*: -as *Bψ* tam (necess.) *Mg*: ac *Bχ* 6 argumentum sit *Mg Priscian.*, *de fig.* 12: -tum est *Bχ*: *coni.* -tost *Weissenb.; sed ad* -tum *cf.* 3. 55. 9, 8. 30. 10; *hic uero ap. Liuium suo Marte aestimantem* (*cf. infra* adice) *aptius* sit *uidetur* quingenos *Bχ*: -entos *L Prisc.* redderetur *Dett.*: -rentur *Bχ* 7 ea *Bχ*: in *Mg* quot *φ*: quod *Bψ* 8 Acrocorintho] agro Corinthio *Mg* (*Carb.*), *corr. Gel.*: Corintho *Bχ*; *cf. c.* 49. 5 9 imperator *B* (imp.): -orem *χ* (*inde* secutum *φ*) liberatoremque *Mg*: que *Bχ* acclamantibus *Mg ut uid.*, *Edd. uet.*: cl- *Bχ* 10 se] *hic B*: *post* ibi *χ* 11 L. (Quinct.) *B*: primo *χ*
51. 1 non *χ*: *om. B*

sed etiam ab Oreo atque Eretria praesidiis, conuentum ibi
2 Euboicarum habuit ciuitatium admonitosque in quo statu
3 rerum accepisset eos et in quo relinqueret dimisit. Demetriadem inde proficiscitur deductoque praesidio, prosequentibus cunctis sicut Corinthi et Chalcide, pergit ire in
4 Thessaliam, ubi non liberandae modo ciuitates erant sed ex omni conluuione et confusione in aliquam tolerabilem formam
5 redigendae. Nec enim temporum modo uitiis ac uiolentia et licentia regia turbati erant sed inquieto etiam ingenio gentis nec comitia nec conuentum nec concilium ullum non per seditionem ac tumultum iam inde a principio ad nostram
6 usque aetatem traducentis. A censu maxime et senatum et iudices legit potentioremque eam partem ciuitatium fecit cui salua et tranquilla omnia esse magis expediebat.

52 Ita cum percensuisset Thessaliam, per Epirum Oricum,
2 unde erat traiecturus, uenit. Ab Orico copiae omnes Brundisium transportatae; inde per totam Italiam ad urbem prope triumphantes non minore agmine rerum captarum quam suo
3 prae se acto uenerunt. Postquam Romam uentum est, senatus extra urbem Quinctio ad res gestas edisserendas datus est
4 triumphusque meritus ab lubentibus decretus. Triduum triumphauit. Die primo arma tela signaque aerea et marmorea transtulit, plura Philippo adempta quam quae ex ciuitatibus ceperat; secundo aurum argentumque factum infectumque
5 et signatum. Infecti argenti fuit †decem et octo† milia pondo

51. 1 habuit] *hic B*: *post* ciuit. χ 2 admonitosque] ad- $B\chi$: com- *Mg* 4 modo] *hic* χ: *post* ciuit. *B* 5 uitiis *Asc.*: diuit- $B\chi$ traducentis $B\chi$: -tes *Dett.*

52. 3 edisserendas χ: diss- *B* lubentibus *B Gel.* ('*antiqua lectio*'): luent- χ, *inde* annuent- *Dett.* 4 secundo] *post add.* die χ 5 †decem et octo† *B* (*sed* x) χ: quadraginta tria *Madv.* (*iam coni. Ruperti*) *conl. Plut., Flam.* 14, *fort. recte; nam inter Liuium et Plut. conuenit, tamquam iam apud annales Romanos, et de cetera praeda et de hoc numero cf.* $\overline{\text{XVIII}}$CCLXX $B\chi$, $\overline{\text{XLIII}}$CCLXX *ap. Plut., sic* V *uel* L *mutato; inde aptius uidetur* $\overline{\text{XLIII}}$ *ad praedae rationem* (*cf.* 39. 5. 14–15), *sed maius quam pro ratione constat auri pondus;*

et ducenta septuaginta, facti uasa multa omnis generis,
caelata pleraque, quaedam eximiae artis; et ex aere multa
fabrefacta; ad hoc clipea argentea decem. Signati argenti 6
octoginta quattuor milia fuere Atticorum: tetrachma uocant,
trium fere denariorum in singulis argenti est pondus. Auri 7
pondo fuit tria milia septingenta quattuordecim et clipeum
unum ex auro totum et Philippei nummi aurei quattuor-
decim milia quingenti quattuordecim. Tertio die coronae 8
aureae, dona ciuitatium, tralatae centum quattuordecim; et
hostiae ductae et ante currum multi nobiles captiui obsides- 9
que, inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit et Armenes
Nabidis tyranni filius, Lacedaemonius. Ipse deinde Quinctius 10
in urbem est inuectus. Secuti currum milites frequentes, ut
exercitu omni ex prouincia deportato. His duceni quinqua- 11
geni aeris in pedites diuisi, duplex centurioni, triplex equiti.
Praebuerunt speciem triumpho capitibus rasis secuti qui 12
seruitute exempti fuerant.

Exitu anni huius Q. Aelius Tubero tribunus plebis **53**

quare de argento non correxi. Recte ante facti *distinxit Madv.* (*Em. p. 506*) ducenta] -ta ϕ: -tum *B*ψ; *sic etiam* § 7 *ad* septingenta ad hoc *Mg* χ: *om. B* 6 tetrachma *Bekker* (*cf.* 37. 58. 4): -chiam *B*χ: tetradrachma *Priscian.*, *de fig.* 13 trium *B*χ *Priscian.*: *coni.* quattuor *Budé Gron.* (*cf. c.* 50. 6, *ubi Liuius drachmam denario aequauit*), *sed probat* trium *Priscian.* (*cf. c.* 50. 6 *ad Mg*); *quod uero Liuius uix ipse ad 'tetrachma Attica' neque ad 'quadrigatos' tamquam 'denarios grauiores'* (*ut Mattingly, Roman Coins, ed. 2, p. 96 n.*) *rettulit; neque enim hic de ipsis 'tetrachmis Atticis' scriptum est sed de 'nummis Atticis' ut qui 'tetrachma minoris ponderis' uocarentur, sc. de 'cistophoris'* (*ad 'trium fere denariorum' pondus*); *id iam adnotasse uidetur auctor Liui—aetate autem Sullana tetrachma uaria erant—locumque descripsisse Liuius; neque aliter ex tempore suo, ut uidetur, auctores Liui etiam de 'argento Oscensi'* (*cf. cc.* 10. 4, 46. 2) *et fort. de ipsis 'cistophoris'* (*cf.* 37. 46. 3, 58. 4, 59. 4); *u. Mommsen, Gesch. röm. Münzwesens, pp. 29, 72; R. Thomsen, Early Roman Coinage, ii, pp. 139–48* 7 (sept.) quattuordecim *B* (decem IIII) χ: XIII *ap. Plut.* (*u.* § 5 *adn.*) Philippei] -ei *Edd. uet.*: -i *B*χ 10 ut (exer.) *Bekker, iam Frob. 2*: in *B*ψ*A*, *om. PE Dett.* deportato] de- *Edd. uet.*: re- *B*χ

ex senatus consulto tulit ad plebem plebesque sciuit uti duae Latinae coloniae, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum
2 deducerentur. His deducendis triumuiri creati, quibus in triennium imperium esset, in Bruttios Q. Naeuius M. Minucius Rufus M. Furius Crassipes, in Thurinum agrum A. Manlius Q. Aelius L. Apustius. Ea bina comitia Cn. Domitius praetor urbanus in Capitolio habuit.

3 Aedes eo anno aliquot dedicatae sunt: una Iunonis Matutae in foro holitorio, uota locataque quadriennio ante a C.
4 Cornelio consule Gallico bello: censor idem dedicauit; altera Fauni: aediles eam biennio ante ex multaticio argento faciendam locarant C. Scribonius et Cn. Domitius, qui praetor
5 urbanus eam dedicauit. Et aedem Fortunae Primigeniae in colle Quirinali dedicauit Q. Marcius Ralla, duumuir ad id
6 ipsum creatus: uouerat eam decem annis ante Punico bello
7 P. Sempronius Sophus consul, locauerat idem censor. Et in insula Iouis aedem C. Seruilius duumuir dedicauit: uota erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpurione praetore, ab eodem postea consule locata. Haec eo anno acta.

54 P. Scipio ex prouincia Gallia ad consules subrogandos uenit. Comitia consulum fuere, quibus creati sunt L. Corne-
2 lius Merula et Q. Minucius Thermus. Postero die creati sunt praetores L. Cornelius Scipio M. Fuluius Nobilior C. Scribonius M. Valerius Messalla L. Porcius Licinus et C.

53. 1 ex s.c. *Gel.* (*ut ad c.* 52. 3: *hic Mg?*): sc. *B*: cn̄ χ (cū *AL*), *del. Dett.* 2 triumuiri] trium- φ: IIII *B*: tertio- ψ; *cf. c.* 45. 5 *adn.* in (Br.) φ: *om. Bψ* M. (Fur.) χ: *om. B; postea* Grass- *B*χ Q. Aelius *Sig.*, *iam* P. Aelius *Frob. 2*: P. Aemilius *B*χ; *cf.* § 1, 35. 9. 7, *sc.* '*lege sua*' Capitolio *Edd. uet.*: -lium *B*χ 3 Matutae *B*χ: Sospitae *Glar. Sig.*, *sic* Mat⟨ris Reginae Sosp⟩itae *Latte bene* (*cf.* 32. 30. 10); *sed fort. errauit ipse auctor* 4 locarant] -rant *Mg*: -uerunt *B*χ 5 Ralla *Frob. 1*: ahala *B*, hah- ψ, ach- φ; *cf.* 35. 41. 8 7 Iouis *B*χ; *cf.* 31. 21. 12, 35. 41. 8 *adnn.* acta *Mg*: *om. B*χ

54. 1 P. (Sc.) *B Mg*: *om.* χ uenit *Mg*: rediit *B*χ; *potius ex usu*, *cf.* 25. 41. 9, 31. 49. 8; *u.* 38. 44. 1 *adn.* 2 Licinus *Sig.*: M. Licinius *B*χ (-nus *N*); *cf.* 26. 6. 1 *adn.*, 39. 32. 9

Flaminius. Megalesia ludos scaenicos A. Atilius Serranus L. 3
Scribonius Libo aediles curules primi fecerunt. Horum aedi- 4
lium ludos Romanos primum senatus a populo secretus
spectauit praebuitque sermones, sicut omnis nouitas solet,
aliis tandem quod multo ante debuerit tributum existiman-
tibus amplissimo ordini, aliis demptum ex dignitate populi 5
quidquid maiestati patrum adiectum esset interpretantibus
et omnia discrimina talia quibus ordines discernerentur et
concordiae et libertatis aequae minuendae esse: ad quin- 6
gentesimum ⟨quinquagesimum⟩ octauum annum in promiscuo
spectatum esse; quid repente factum cur immisceri sibi in ca-
uea patres plebem nollent? cur diues pauperem consessorem 7
fastidiret? nouam, superbam libidinem, ab nullius ante gentis
senatu neque desideratam neque institutam. Postremo ipsum 8
quoque Africanum quod consul auctor eius rei fuisset paeni-
tuisse ferunt; adeo nihil motum ex antiquo probabile est:
ueteribus, nisi quae usus euidenter arguit, stari malunt.

Principio anni quo L. Cornelius Q. Minucius consules **55**
fuerunt terrae motus ita crebri nuntiabantur ut non rei
tantum ipsius sed feriarum quoque ob id indictarum homines
taederet; nam neque senatus haberi neque res publica ad- 2
ministrari poterat sacrificando expiandoque occupatis con-
sulibus. Postremo decemuiris adire libros iussis, ex responso 3
eorum supplicatio per triduum fuit. Coronati ad omnia 4
puluinaria supplicauerunt edictumque est ut omnes qui ex
una familia essent supplicarent pariter. Item ex auctoritate

3 A. (At.) *Drak.*: C. *Frob. 2* (*cf.* 39. 23. 2): *om.* $B\chi$; *sed cf.* 35. 10. 11
4 existimantibus $B\chi$: censentibus *Mg* (*cf.* 41. 23. 4; *sed hic ob* tributum *?*); *cf.* 27. 8. 10 5 patrum ψ: parum $B\phi$ discernerentur $B\chi$: -cernuntur *Mg* aequae] aeque $B\chi$ (eq-), *fort. pro* -quae: *corr. Edd. uet. aliq.*, *Crévier; cf.* 4. 5. 1, 5 6 ⟨quinquagesimum⟩ *suppl. Glar.* (*cf.* 31. 5. 1 *adn.*); *de* octauum *u.* 31. 1. 4 *adn.* in promiscuo *Mg*: -scuum ψ, -su con(sp-) ϕ: [*spat. xiv litt.*] *B* factum] *post add.* sit *Mg*
55. 4 pariter] *hic B*: *ante* supplicarent χ

senatus consules edixerunt ne quis, quo die terrae motu nuntiato feriae indictae essent, eo die alium terrae motum
5 nuntiaret. Prouincias deinde consules prius, tum praetores
6 sortiti. Cornelio Gallia, Minucio Ligures euenerunt; sortiti praetores C. Scribonius urbanam, M. Valerius peregrinam, L. Cornelius Siciliam, L. Porcius Sardiniam, C. Flaminius Hispaniam citeriorem, M. Fuluius Hispaniam ulteriorem.

56 Nihil eo anno belli expectantibus consulibus litterae M.
2 Cinci—praefectus is Pisis erat—allatae: Ligurum uiginti milia armatorum coniuratione per omnia conciliabula uniuersae gentis facta Lunensem primum agrum depopulatos, Pisanum deinde finem transgressos omnem oram maris per-
3 agrasse. Itaque Minucius consul, cui Ligures prouincia euenerat, ex auctoritate patrum in rostra escendit et edixit
4 ut legiones duae urbanae quae superiore anno conscriptae essent post diem decimum Arretii adessent: in earum locum
5 se duas legiones urbanas scripturum. Item sociis et Latino nomini, magistratibus legatisque eorum qui milites dare de-
6 bebant, edixit ut in Capitolio se adirent. Iis quindecim milia peditum et quingentos equites pro numero cuiusque iuniorum
7 discripsit et inde ex Capitolio protinus ire ad portam et, ut
8 maturaretur res, proficisci ad dilectum iussit. Fuluio Flaminioque terna milia Romanorum peditum, centeni equites in supplementum et quina milia socium Latini nominis et duceni equites decreti, mandatumque praetoribus ut ueteres
9 dimitterent milites cum in prouinciam uenissent. Cum milites qui in legionibus urbanis erant frequentes tribunos plebei

55. 4 edixerunt χ: dix- *B* 5 Gallia . . . euenerunt] *sic Mg B* (*sed* Galliam): Galliam . . . [*om.* euenerunt] χ, *inde corr.* Cornelius . . . Minucius ϕ (*sc. ad seq.* sortiti; *add.* sunt *Edd. uet.*) praetores *B*: *om.* χ

56. 1 is *Mg*: *om.* *B*χ 2 omnem χ: *om.* *B* 3 patrum *Mg*: senatus *B*χ, *fort. ex gloss.* 4 locum χ (*ante* earum ψ): -co *B* 6 milia ϕ: *om.* *B*ψ cuiusque] *post coni.* ⟨ciuitatis⟩ *Madv.*, *in formula uix necess.* 7 ut (mat.) χ: *om.* *B*

adissent uti causas cognoscerent eorum quibus aut emerita
stipendia aut morbus causae essent quo minus militarent,
eam rem litterae Ti. Semproni discusserunt, in quibus scri- 10
ptum erat Ligurum decem milia in agrum Placentinum
uenisse et eum usque ad ipsa coloniae moenia et Padi ripas
cum caedibus et incendiis perpopulatos esse; Boiorum quoque
gentem ad rebellionem spectare. Ob eas res tumultum esse 11
decreuit senatus: tribunos plebei non placere causas militares
cognoscere quo minus ad edictum conueniretur. Adiecerunt 12
etiam ut socii nominis Latini qui in exercitu P. Corneli Ti.
Semproni fuissent et dimissi ab iis consulibus essent, ut ad
quam diem L. Cornelius consul edixisset et in quem locum
edixisset Etruriae conuenirent, et uti L. Cornelius consul in 13
prouinciam proficiscens in oppidis agrisque qua iturus esset
si quos ei uideretur milites scriberet armaretque et duceret
secum, dimittendique ei quos eorum quandoque uellet ius
esset.

Postquam consules dilectu habito profecti in prouincias **57**
sunt, tum T. Quinctius postulauit ut de iis quae cum decem
legatis ipse statuisset senatus audiret eaque, si uideretur,
auctoritate sua confirmaret: id eos facilius facturos si lega- 2
torum uerba qui ex uniuersa Graecia et magna parte Asiae
quique ab regibus uenissent audissent. Eae legationes a C. 3
Scribonio praetore urbano in senatum introductae sunt be-
nigneque omnibus responsum.

Cum Antiocho quia longior disceptatio erat, decem legatis, 4
quorum pars aut in Asia aut Lysimachiae apud regem fuerant,
delegata est. T. Quinctio mandatum ut adhibitis iis lega- 5
torum regis uerba audiret responderetque iis quae ex digni-

9 Ti. (Semp.) *B*: et *ψ*: t. *φ* (*sic etiam* § 12 *Bχ*) 10 eum *Mg*: cum *B*: *om.* *χ* gentem *B ψ Mg*: -tes *φ* 11 conueniretur *B Mg*: -ire *χ*, *corr.* -irent *Dett.*

57. 1 T. *χ*: *om.* *B*, *sed post* Quinct. *scr. alterum* tum senatus *φ*: *om.* *Bψ*
5 T. (Quinct.) *Mg*: *om.* *Bχ*

tate atque utilitate populi Romani responderi possent.
6 Menippus et Hegesianax principes regiae legationis erant. Ex iis Menippus ignorare se dixit quidnam perplexi sua legatio haberet, cum simpliciter ad amicitiam petendam iungendam-
7 que societatem uenissent. esse autem tria genera foederum quibus inter se paciscerentur amicitias ciuitates regesque: unum, cum bello uictis dicerentur leges; ubi enim omnia ei qui armis plus posset dedita essent, quae ex iis habere uictos, quibus multari eos uelit, ipsius ius atque arbitrium esse;
8 alterum, cum pares bello aequo foedere in pacem atque amicitiam uenirent; tunc enim repeti reddique per conuentionem res et, si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula iuris antiqui aut ex partis utriusque commodo
9 componi; tertium esse genus cum qui nunquam hostes fuerint ad amicitiam sociali foedere inter se iungendam coeant: eos neque dicere nec accipere leges; id enim uictoris
10 et uicti esse. ex eo genere cum Antiochus esset, mirari se quod Romani aequum censeant leges ei dicere quas Asiae urbium liberas et immunes, quas stipendiarias esse uelint,
11 quas intrare praesidia regia regemque uetent; cum Philippo enim hoste pacem, non cum Antiocho amico societatis foedus ita sanciendum esse.

58 Ad ea Quinctius: 'Quoniam uobis distincte agere libet et genera iungendarum amicitiarum enumerare, ego quoque duas condiciones ponam, extra quas nullam esse regi nuntietis
2 amicitiae cum populo Romano iungendae: unam, si nos nihil quod ad urbes Asiae attinet curare uelit, ut et ipse omni
3 Europa abstineat; alteram, si se ille Asiae finibus non contineat et in Europam transcendat, ut et Romanis ius sit

57. 6 uenissent] -ent *Aldus*: -et $B\chi$ 7 inter se $B\psi$: integre ϕ (*sic etiam* § 9) uictos *B*: -tor χ 8 ex formula . . . antiqui *Mg*: ex eo simul a . . . antiqui χ: [*spat. xxv litt.*] *B* ex (part.) *B Mg*: *om.* χ 9 nec (acc.) $B\chi$: neque *Mg* 10 esset] *ante add.* non χ *male* quas (intr.) ϕ: quasdam $B\psi$, *inde* quasnam *Hertz*

Asiae ciuitatium amicitias et tueri quas habeant et nouas
complecti.' Enimuero id auditu etiam dicere indignum esse 4
Hegesianax Thraciae et Chersonesi urbibus arceri Antio-
chum, ⟨cum⟩ quae Seleucus, proauus eius, Lysimacho rege 5
bello uicto et in acie caeso per summum decus parta re-
liquerit, pari cum laude eadem, ab Thracibus possessa, partim
armis receperit Antiochus, partim deserta, sicut ipsam
Lysimachiam, et reuocatis cultoribus frequentauerit et, quae
strata ruinis atque incendiis erant, ingentibus impensis aedi-
ficauerit: quid igitur simile esse ex ea possessione, ita parta, 6
ita recuperata, deduci Antiochum et Romanos abstinere
Asia, quae nunquam eorum fuerit? amicitiam expetere 7
Romanorum Antiochum, sed quae impetrata gloriae sibi, non
pudori sit. Ad haec Quinctius 'Quandoquidem' inquit 'honesta 8
pensamus, sicut aut sola aut prima certe pensari decet principi
orbis terrarum populo et tanto regi, utrum tandem uidetur 9
honestius liberas uelle omnes quae ubique sunt Graeciae
urbes an seruas et uectigales facere? Si sibi Antiochus pul- 10
chrum esse censet, quas urbes proauus belli iure habuerit,
auus paterque nunquam usurpauerint pro suis, eas repetere
in seruitutem, et populus Romanus susceptum patrocinium 11
libertatis Graecorum non deserere fidei constantiaeque suae
ducit esse. Sicut a Philippo Graeciam liberauit, ita et ab 12
Antiocho Asiae urbes quae Graii nominis sint liberare in
animo habet. Neque enim in Aeolidem Ioniamque coloniae in 13

58. 3 habeant χ: -eat *B* 4 auditu ϕ: -tum *B*ψ 5 ⟨cum⟩ quae] quae ϕ: que *B* (*ad* Ant. *adiunct.*): *om.* ψ; *suppl.* cum *Madv. luculenter* (*de toto loco cf. Em. p.* 507) eadem *B Mg*: *om.* χ partim (arm.)] *hic Edd. uet. Mog.*: *ante* poss. *B*ϕ: *ante* ab Thr. ψ; *de* partim *silet Carb. ex Mg* eadem ... possessa *citans* receperit] *add.* ita *B* (*ex dittogr.*) deserta ϕL: -tam *B* 6 parta *Edd. uet.*: parata *B*χ 7 expetere] *hic B*χ: *post* Rom. *Frob. 2* gloriae χ: *om. B* 9 liberas *B*χ: -are *Mg* 11 Romanus] r. χ: *om. B* 12 quae Graii nominis sint *Mg* (*Carb.*, *Gel.*): *om. B*χ, *sed ante* Asiae *scr.* Graecas (*ex gloss.*, *ut uid.*)

seruitutem regiam missae sunt, sed stirpis augendae causa gentisque uetustissimae per orbem terrarum propagandae'.

59 Cum haesitaret Hegesianax nec infitiari posset honestiorem causam libertatis quam seruitutis praetexi titulo, 'Quin mittimus ambages?' inquit P. Sulpicius, qui maximus
2 natu ex decem legatis erat, 'Alteram ex duabus condicionibus
3 quae modo diserte a Quinctio latae sunt legite aut supersedete de amicitia agere'. 'Nos uero' inquit Menippus 'nec uolumus nec possumus pacisci quicquam quo regnum Antiochi minuatur.'

4 Postero die Quinctius legationes uniuersas Graeciae Asiaeque cum in senatum introduxisset, ut scirent quali animo populus Romanus, quali Antiochus erga ciuitates Graeciae
5 essent, postulata et regis et sua exposuit: renuntiarent ciuitatibus suis populum Romanum, qua uirtute quaque fide libertatem eorum a Philippo uindicauerit, eadem ab Antiocho,
6 nisi decedat Europa, uindicaturum. Tum Menippus deprecari et Quinctium et patres institit ne festinarent decernere, quo
7 decreto turbaturi orbem terrarum essent: tempus et sibi sumerent et regi ad cogitandum darent; cogitaturum, cum renuntiatae condiciones essent, et impetraturum aliquid aut
8 pacis causa concessurum. Ita integra dilata res est. Legatos mitti ad regem eosdem qui Lysimachiae apud eum fuerant placuit, P. Sulpicium P. Villium P. Aelium.

60 Vixdum hi profecti erant, cum a Carthagine legati bellum haud dubie parare Antiochum Hannibale ministro attulerunt inieceruntque curam ne simul et Punicum excitaretur bellum.
2 Hannibal patria profugus peruenerat ad Antiochum, sicut ante dictum est, et erat apud regem in magno honore, nulla

59. 2 latae *B Gron.*: datae χ legite ϕ: legit $B\psi$ 4 quali (Ant.) $B\chi$: *add.* que *Mg* 5 fide χ: *om. B* Europa $B\chi$: *ante add.* ab *Mg* 7 cum . . . impetraturum χ: *om. B; ante* impetr. *coni.* ⟨aut⟩ *Wesenberg* concessurum *B*: consess- ψ, consens- ϕ

60. 1 excitaretur] *hic* $B\chi$: *post* bellum *Frob.* 2

alia arte nisi quod uolutanti diu consilia de Romano bello
nemo aptior super tali re particeps esse sermonis poterat.
Sententia eius una atque eadem semper erat, ut in Italia 3
bellum gereretur: Italiam et commeatus et militem prae-
bituram externo hosti; si nihil ibi moueatur liceatque populo 4
Romano uiribus et copiis Italiae extra Italiam bellum gerere,
neque regem neque gentem ullam parem Romanis esse. Sibi 5
centum tectas naues et decem milia peditum, mille equites
deposcebat: ea se classe primum Africam petiturum; magno
opere confidere et Carthaginienses ad rebellandum ab se
compelli posse; si illi cunctentur, se aliqua parte Italiae ex- 6
citaturum Romanis bellum. regem cum ceteris omnibus
transire in Europam debere et in aliqua parte Graeciae copias
continere neque traicientem et, quod in speciem famamque
belli satis sit, paratum traicere.

In hanc sententiam cum adduxisset regem, praeparandos **61**
sibi ad id popularium animos ratus litteras, ne quo casu inter-
ceptae palam facerent conata, scribere non est ausus. Aristo- 2
nem quendam Tyrium nanctus Ephesi expertusque sollertiam
leuioribus ministeriis, partim donis, partim spe praemiorum
oneratum, quibus etiam ipse rex adnuerat, Carthaginem cum
mandatis mittit. Edit nomina eorum quibus conuentis opus 3
esset; instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agno-
scerent sua mandata esse. Hunc Aristonem Carthagine obuer- 4
santem non prius amici quam inimici Hannibalis qua de
causa uenisset cognouerunt. Et primo in circulis conuiuiisque 5

5 et decem *B Mg* ψ: sedecim ϕ mille] ∞ *B*ϕ: om. ψ 6 transire *B Mg*: *om.* χ

61. 1 regem, praeparandos χ: rege . . . -do *B* facerent χ: -ret *B* 2 nanctus] nancius *B*ψ, *corr. Bekker*: nactus *Gel.*: nautum ϕ, natum *PA*^{x} *Dett.* expertusque ψ *Frob. 2*, -umque ϕ: exercitusque *B* 4 Carthagine ϕ: -em *B*ψ*A* obuersantem *B*: obserua- χ quam inimici χ: [*spat. x litt.*] *B* qua de] *coni.* quaque (*uel* quaque de) *Harant*, *sed cf.* 31. 27. 5, 33. 40. 5 *adnn.* (*ad Attract.*) 5 conuiuiisque χ: *om.* que *B*, *hic durius*

6 celebrata sermonibus res est; deinde in senatu quidam nihil actum esse dicere exilio Hannibalis si absens quoque nouas moliri res et sollicitando animos hominum turbare statum
7 ciuitatis posset: Aristonem quendam, Tyrium aduenam, instructum mandatis ab Hannibale et rege Antiocho uenisse; certos homines cotidie cum eo secreta conloquia serere; in occulto concoqui quod mox in omnium perniciem erupturum
8 esset. Conclamare omnes uocari Aristonem debere et quaeri quid uenisset et, nisi expromeret, cum legatis Romam mitti: satis pro temeritate unius hominis suppliciorum pensum esse;
9 priuatos suo periculo peccaturos, rem publicam non extra noxam modo sed etiam extra famam noxae conseruandam
10 esse. Vocatus Ariston purgare sese et firmissimo propugnaculo
11 uti quod litterarum nihil ad quemquam attulisset; ceterum nec causam aduentus satis expediebat et in eo maxime haesitabat quod cum Barcinae solum factionis hominibus con-
12 locutum eum arguebant. Orta inde altercatio est aliis pro speculatore comprehendi iam et custodiri iubentibus, aliis negantibus tumultuandi causam esse: mali rem exempli esse
13 de nihilo hospites corripi; idem Carthaginiensibus et Tyri et in aliis emporiis quo frequenter commeent euenturum.
14 Dilata eo die res est. Ariston Punico ingenio inter Poenos usus tabellas conscriptas celeberrimo loco super sedem cotidianam magistratuum prima uespera suspendit, ipse de tertia uigilia
15 nauem conscendit et profugit. Postero die cum sufetes ad ius dicendum consedissent, conspectae tabellae demptaeque et

61. 7 rege] *ante add.* ab χ in (occ.)] *ante add.* et *Mg* concoqui *Tafel*: conloqui *B*χ *Mg* (coll-): coqui *Crévier Edd.* (*cf.* 3. 36. 2, 8. 3. 2); *sed cf.* mox . . . erupturum, *nam res 'tumida', ut aiunt, 'concoquitur', inde 'erumpit'; sic aptius ex B Mg corrigendum est; u.* 40. 11. 2 *adn.* in omnium χ: *om. B* 8 Conclamare] -are *Mg*: -auere *B*χ 10 Ariston *B*χ: -to *Mg, ut potius ex usu; sed hic Graece uidetur scriptum; sic etiam* § 14 13 Carthaginiensibus et *Edd. uet.*: -si est *B*: -si et χ quo *Dett.*: quae *B*χ, *ante add.* in *Ven. 1498* commeent] -ent *Frob. 2*: -ant *B*χ 14 de (tert.) *B*ψ *Gel.* (*ex 'uetustis codd.'*): deinde ϕ*L*

lectae. Scriptum erat Aristonem priuatim ad neminem, publice ad seniores—ita senatum uocabant—mandata habuisse. Publicato crimine minus intenta de paucis quaestio erat; mitti 16
tamen legatos Romam qui rem ad consules et senatum deferrent placuit, simul qui de iniuriis Masinissae quererentur.

Masinissa postquam et infames Carthaginienses et inter se **62**
ipsos discordes sensit, principibus propter conloquia Aristonis senatui, senatu propter indicium eiusdem Aristonis populo suspecto, locum iniuriae esse ratus agrum maritimum eorum 2
et depopulatus est et quasdam urbes uectigales Carthaginiensium sibi coegit stipendium pendere. Emporia uocant 3
eam regionem: ora est minoris Syrtis et agri uberis; una ciuitas eius Lepcis: ea singula in dies talenta uectigal Carthaginiensibus dedit. Hanc tum regionem et totam infestam Masinissa 4
et ex quadam parte dubiae possessionis, sui regni an Carthaginiensium esset, effecerat. Et quia simul ad purganda crimina 5
et questum de se Romam eos ituros comperit, qui et illa onerarent suspicionibus et de iure uectigalium disceptarent legatos et ipse Romam mittit. Auditi de Tyrio aduena primum 6
Carthaginienses curam iniecere patribus ne cum Antiocho simul et Poenis bellandum esset. Maxime ea suspicio crimen 7
urgebat quod quem comprensum Romam mitti placuisset nec ipsum nec nauem eius custodissent. De agro deinde cum regis 8
legatis disceptari coeptum. Carthaginienses iure finium causam

15 priuatim ϕ: -tam ψ: -ta *B* 16 senatum] *ante add.* ad *Mg ut uid.* deferrent] de- *Mg*: re- *B*χ

62. 1 sensit] *hic Gel.*: *infra pro* senatui *Mog.*: *om.* *B*χ *Edd. uet.*; *de toto* § 1 *citat* '*germanam scripturam*' *Gel.*, *silet Carb.* principibus *B*χ *Gel.*: -pes ϕ*mg Dett. Mog.*, *ob* senatum *infra* senatui *B*χ *Gel.*: sensit *Mog.* (*u. supra*) senatu . . . suspecto *Gel.*: -tum . . . -tum *B*χ *Mog.* 2 locum χ: *om.* *B* Emporia *Frob. 1*: -iam *B*χ; *cf.* 29. 25. 12, *Polyb.* 31. 21. 1 3 ora *B*χ: ⟨in⟩ ora *Harant*; *sed regio ipsa ora erat* Lepcis *B*ψ: leptis ϕ*L* (*cf.* 30. 25. 12); *cf. Tac.*, *Hist.* 4. 50. 4, *Ann.* 3. 74. 2; *Inscr. Rom. Tripol.* 320 ('*Fuluii Lepcitani*', 2 A.C.; *cf.* 328), 301 ('*ciuitas Lepcitana*', *c.* A.D. 6; *cf.* 330, 331) 6 iniecere χ: -icere *B* 7 ea χ: *om.* *B*

9 tutabantur, quod intra eos terminos esset quibus P. Scipio
uictor agrum qui iuris esset Carthaginiensium finisset, et con-
10 fessione regis, qui cum Aphthirem profugum ex regno suo cum
parte Numidarum uagantem circa Cyrenas persequeretur,
precario ab se iter per eum ipsum agrum tamquam haud dubie
11 Carthaginiensium iuris petisset. Numidae et de terminatione
Scipionis mentiri eos arguebant et, si quis ueram originem
iuris exigere uellet, quem proprium agrum Carthaginiensium
12 in Africa esse? aduenis, quantum secto bouis tergo amplecti
loci potuerint, tantum ad urbem communiendam precario
datum: quidquid Bursam, sedem suam, excesserint, ui atque
13 iniuria partum habere. neque eum de quo agatur probare eos
posse non modo semper ex quo ceperint sed ne diu quidem
[eos] possedisse. per opportunitates nunc illos, nunc reges
Numidarum usurpasse ius, semperque penes eum posses-
14 sionem fuisse qui plus armis potuisset. cuius condicionis res
fuerit priusquam hostes Romanis Carthaginienses, socius
atque amicus rex Numidarum esset, eius sinerent esse nec se
15 interponerent quo minus qui posset teneret. Responderi
legatis utriusque partis placuit missuros se in Africam qui
inter populum Carthaginiensem et regem in re praesenti dis-
16 ceptarent. Missi P. Scipio Africanus et C. Cornelius Cethegus
et M. Minucius Rufus audita inspectaque re omnia suspensa
17 neutro inclinatis sententiis reliquere. Id utrum sua sponte
fecerint an quia mandatum ita fuerit non tam certum est

62. 10 Aphthirem] Anthirem *Mg*: amphirem *B*, aph- χ; *corr. Weissenb.*, *conl. Polyb.* 31. 21. 7 Ἀφθῆρα ab se *Edd. uet.*: ad se χ: *om. B* dubie *B*χ: -ii *Gron.* 11 iuris (exig.) χ: *om. B* Africa *Asc.*: -cam *B*χ 12 Bursam *B Mg* χ: bir- $A^{x}Pu.l.$ *Dett.*, byr- *Edd. uet.* 13 agatur *B*χ: agitur *Mg pari iure* ceperint χ: coep- *B* [eos] *B*χ, *del. Madv.*: se *hic Crévier*, *post* posse *Madv.* (*Em. p. 508*) 14 posset teneret *B*: -ent -rent χ (*sed* -re ψ) 16 re χ: *om. B* omnia] *hic B*: *post* susp. χ suspensa] sus- χ : im- *B* inclinatis ψ, -ti ϕ: declinatis *B* sententiis *B*: sequentis ψ, -tibus ϕ (*ut ad* inclinati) reliquere] relinquere *B*χ, *corr. Dett.*

quam uidetur tempori aptum fuisse integro certamine eos relinqui; nam ni ita esset, unus Scipio uel notitia rei uel 18
auctoritate, ita de utrisque meritus, finire nutu disceptationem potuisset.

18 meritus *B*: metr- χ

Subscr.: Titi Liui ab urbe condita liber xxxiiii explicit incipit liber xxxv *BN*: *ex formula* (*cf. ad Lib. 31*): . . . liber quartus incipit *E*: Finis. T. Liuii . . . liber xxxiiii incipit feliciter *L*: . . . (*om.* historiographi) . . . liber iiii' explc̄ incipit liber v' lege feliciter *V*; *deest in AP*

T. LIVI
AB VRBE CONDITA
LIBER XXXV

1 PRINCIPIO anni quo haec gesta sunt, Sex. Digitius praetor
in Hispania citeriore cum ciuitatibus iis quae post profe-
ctionem M. Catonis permultae rebellauerant crebra magis
2 quam digna dictu proelia fecit et adeo pleraque aduersa ut
uix dimidium militum quam quod acceperat successori tra-
3 diderit. Nec dubium est quin omnis Hispania sublatura
animos fuerit, ni alter praetor P. Cornelius Cn. f. Scipio trans
4 Hiberum multa secunda proelia fecisset, quo terrore non
minus quinquaginta oppida ad eum defecerunt. Praetor haec
5 gesserat Scipio: idem pro praetore Lusitanos peruastata
ulteriore prouincia cum ingenti praeda domum redeuntes
in ipso itinere adgressus ab hora tertia diei ad octauam incerto
6 euentu pugnauit, numero militum impar, superior aliis; nam
et acie frequenti armatis aduersus longum et impeditum turba
pecorum agmen et recenti milite aduersus fessos longo itinere
7 concurrerat. Tertia namque uigilia exierant hostes; huic
nocturno itineri tres diurnae horae accesserant, nec ulla
8 quiete data laborem uiae proelium exceperat. Itaque prin-
cipio pugnae uigoris aliquid in corporibus animisque fuit, et
turbauerant primo Romanos; deinde aequata paulisper pugna

1. 1 haec] *hic Mg*: *post* sunt $B\chi$ permultae *Mg*: *om.* $B\chi$ rebellauerant $B\chi$: -runt *Mg* 2 quod $B\chi$: *secl. Gron.*, *sed cf.* 45. 18. 7: *coni.* quot *H. J. Müller* (*conl. c.* 12. 14), *fort. recte*, *sc.* -d *pro* -t *in archetypo* (*u. Praef.* § 102 i; *sic interdum ap.* $B\psi$); *sed cf.* 43. 6. 2; *hic potius* quod ('*militum*') *ut ob* dimidium acceperat $B\chi$: -erit *Mg* 3 (Cn.) f. χ: p. *B* 4 Praetor haec gesserat *Mg*: praecesserat *B*: praegesserant χ 5 pro praetore $B\chi$: propraetor *Mg*

est. In hoc discrimine ludos Ioui, si fudisset cecidissetque
hostes, praetor uouit. Tandem gradum acrius intulere 9
Romani cessitque Lusitanus, deinde prorsus terga dedit; et
cum institissent fugientibus uictores, ad duodecim milia
hostium sunt caesa, capti quingenti quadraginta, omnes 10
ferme equites, et signa militaria capta centum triginta quat-
tuor; de exercitu Romano septuaginta et tres amissi. Pugna- 11
tum haud procul Ilipa urbe est: eo uictorem opulentum
praeda exercitum P. Cornelius reduxit. Ea omnis ante urbem
exposita est potestasque dominis suas res cognoscendi facta 12
est; cetera uendenda quaestori data; quod inde refectum est,
militi diuisum.

Nondum ab Roma profectus erat C. Flaminius praetor 2
cum haec in Hispania gerebantur. Itaque aduersae quam 2
secundae res per ipsum amicosque eius magis sermonibus
celebrabantur; et temptauerat, quoniam bellum ingens in 3
prouincia exarsisset et exiguas reliquias exercitus ab Sex.
Digitio atque eas ipsas plenas pauoris ac fugae accepturus esset,
ut sibi unam ex urbanis legionibus decernerent, ad quam cum 4
militem ab se ipso scriptum ex senatus consulto adiecisset,
eligeret ex omni numero sex milia et ducentos pedites, equites
trecentos: ea se legione—nam in Sex. Digiti exercitu haud 5
multum spei esse—rem gesturum. Seniores negare ad rumores 6
a priuatis temere in gratiam magistratuum confictos senatus

8 Ioui, si *Bφ*: Iouis uisi *ψ* hostes *φ*: -tiis *Bψ* praetor *Bχ*: propr- *Mog.* (*cf.* § 5 *adn.*); *neque emendando opus est, nam Liuius generatim scribebat, sc.* praetor *pro* propr-, *cf.* 23. 40. 1 *adn.*, 39. 21. 10 *et* 30. 1 *sq.*, *sic etiam in contextu, cf.* 40. 47. 1 *et* 5; *cf.* 36. 36. 1 10 quingenti *Mg*: ducenti *Bχ*, *sed postea* quinquaginta *χ*: *coni.* septingenti *Weissenb. frustra* ferme *Bχ*: fere *Mg* triginta *B Mg ψ*: quinquaginta *φ* de (exerc.) *B*: et *χ* (et ex *L*) 11 praeda *B*: -dae *χ* 12 (facta) est *Bχ*: *secl. Frob. 2 Madv.* refectum *Bχ*: effectum *Gel.* est *χ*: *om. B*

2. 3 ipsas *χ*: *om. B* fugae *Edd. uet.*: -a *Bχ* 4 sex *B Mg ψ*: tria *φ* ducentos *Bχ*: quingentos *Mg; sed de legione cf.* 29. 24. 14 5 in (Sex.) *φ*: id *Bψ* 6 a priuatis *Mg*: *om.* a *Bχ*, *inde* priuatos *χ* temere *χ*: *om. B*

consulta facienda esse: nisi quod aut praetores ex prouinciis scriberent aut legati renuntiarent, nihil ratum haberi debere;
7 si tumultus in Hispania esset, placere tumultuarios milites extra Italiam scribi a praetore. Mens ea senatus fuit ut in
8 Hispania tumultuarii milites legerentur. Valerius Antias et in Siciliam nauigasse dilectus causa C. Flaminium scribit et, ex Sicilia Hispaniam petentem, tempestate in Africam delatum uagos milites de exercitu P. Africani sacramento
9 rogasse; his duarum prouinciarum dilectibus tertium in Hispania adiecisse.

3 Nec in Italia segnius Ligurum bellum crescebat. Pisas iam quadraginta milibus hominum, adfluente cotidie multitudine
2 ad famam belli spemque praedae, circumsedebant. Minucius consul Arretium die quam edixerat ad conueniendum militibus uenit. Inde quadrato agmine ad Pisas duxit, et cum hostes non plus mille passuum ab oppido trans fluuium mouissent castra, consul urbem haud dubie seruatam aduentu
3 suo est ingressus. Postero die et ipse trans fluuium quingentos ferme passus ab hoste posuit castra. Inde leuibus proeliis
4 a populationibus agrum sociorum tutabatur: in aciem exire non audebat nouo milite et ex multis generibus hominum conlecto necdum noto satis inter se ut fidere alii aliis possent.
5 Ligures multitudine freti et in aciem exibant, parati de summa

2. 6 aut praetores *Mg*: *om.* $B\chi$ 7 tumultuarios *Mg*: -ri $B\psi$, -rii ϕ scribi . . . milites *Mg*: *om.* $B\chi$ legerentur $B\chi$: eleg- *Mg* 8 et (in) $B\chi$: etiam *Mg* scribit $B\chi$: scripsit *Mg* 9 adiecisse *Mg* (*Carb.*, *Gel.*): adlegisse $B\chi$

3. 1 Italia χ: -iam *B* quadraginta *Edd. uet.*: quadringentis $B\chi$; *postea coni.* milia *Iac. Gron.* cotidie *Mg*: *om.* $B\chi$ circumsedebant *Mog.*: -bat $B\chi$; *sc.* '*Ligures*' 2 quam edixerat] qua edixerat *B*, *corr. Baumgarten-Crusius*: quae dix- ψ, quem dix- ϕ: qua dix- *Mg*, *inde* quam dix- *Drak.*; *cf.* 33. 14. 11, 34. 8. 5–6 *adnn.*, 34. 56. 12 ad Pisas *Mg* χ: ad ipsas B^1 *hic* (*post* duxit *B*) duxit, et *B Mg*: duxisset χ (*add.* cum ϕ *ante* ad Pisas) cum *Mg*: dum $B\chi$ non plus $B\chi$ (*sed om.* mille): *om. Mg* 3 quingentos ferme *B Mg* (*sed* fere): ferme mille ψ: ferme ϕ 4 ex χ: *om. B* ut *B*: ui χ, *inde* ut uix *Edd. uet.*, *secl.* uix *Gel.* 5 freti χ: frequenti *B*

rerum decernere, et abundantes militum numero passim multas manus per extrema finium ad praedandum mittebant, et cum coacta uis magna pecorum praedaeque esset, paratum 6
erat praesidium per quod in castella eorum uicosque ageretur.

Cum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset, consul alter, **4**
L. Cornelius Merula, per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxit, ubi longe alia belli ratio quam cum Liguribus erat. Consul in aciem exibat, hostes pugnam de- 2
tractabant; praedatumque ubi nemo obuiam exiret discurrebant Romani, Boi diripi sua impune quam tuendo ea conserere certamen malebant. Postquam omnia ferro ignique satis 3
euastata erant, consul agro hostium excessit et ad Mutinam agmine incauto, ut inter pacatos, ducebat. Boi ut egressum 4
finibus suis hostem sensere, sequebantur silenti agmine, locum insidiis quaerentes. Nocte praetergressi castra Romana saltum qua transeundum erat Romanis insederunt. Id cum 5
parum occulte fecissent, consul, qui multa nocte solitus erat mouere castra, ne nox terrorem in tumultuario proelio augeret lucem expectauit et, cum luce moueret, tamen turmam equitum exploratum misit. Postquam relatum est 6
quantae copiae et in quo loco essent, totius agminis sarcinas in medium coici iussit et triarios uallum circumicere, cetero exercitu instructo ad hostem accessit. Idem et Galli fecerunt, 7
postquam apertas esse insidias et recto ac iusto proelio, ubi uera uinceret uirtus, dimicandum uiderunt.

Hora secunda ferme concursum est. Sinistra sociorum **5**
[equitum] ala et extraordinarii prima in acie pugnabant;

5 mittebant $B\chi$: em- *Mg* 6 quod *Edd. uet.*: quos $B\chi$
4. 1 constitisset ψ: -stituisset $B\phi$ per *Mg*: praeter $B\chi$ 3 euastata *Mg*: uas- $B\chi$ pacatos] *add.* agros *Mg*, *ut ex gloss.*; *cf.* 21. 34. 4 4 ut *B*: ubi χ finibus suis χ: suis finibus *B*: e finibus suis *Mg*; *sed cf.* 9. 29. 5
5 nocte χ: *om. B* terrorem] *ante add.* in *B* 6 et (in) χ: *om. B*
7 uiderunt $B\chi$: -rent *Mg*
5. 1 est *B Mg*: *om.* χ [equitum] $B\chi$, *secl. Lipsius* ala χ: *om. B*

praeerant duo consulares legati, M. Marcellus et Ti. Sem-
2 pronius prioris anni consul. Nouus consul nunc ad prima signa
erat, nunc legiones continebat in subsidiis, ne certaminis
3 studio prius procurrerent quam datum signum esset. Equites
earum extra aciem in locum patentem Q. et P. Minucios
tribunos militum educere iussit, unde cum signum dedisset
4 impetum ex aperto facerent. Haec agenti nuntius uenit a Ti.
Sempronio Longo non sustinere extraordinarios impetum
5 Gallorum: et caesos permultos esse et qui supersint partim
labore, partim metu remisisse ardorem pugnae; legionem
alteram ex duabus, si uideretur, submitteret, priusquam
6 ignominia acciperetur. Secunda missa est legio et extra-
ordinarii recepti. Tum redintegrata est pugna, cum et recens
miles et frequens ordinibus legio successisset; et sinistra ala
7 ex proelio subducta est, dextra in primam aciem subiit. Sol
ingenti ardore torrebat minime patientia aestus corpora Gal-
lorum; densis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in
scuta incumbentes sustinebant impetus Romanorum.
8 Quod ubi animaduertit consul, ad perturbandos ordines
eorum C. Liuium Salinatorem, qui praeerat alariis equitibus,
quam concitatissimos equos immittere iubet et legionarios
9 equites in subsidiis esse. Haec procella equestris primo con-
fudit et turbauit, deinde dissipauit aciem Gallorum, non
10 tamen ut terga darent. Obstabant duces, hastilibus caedentes
terga trepidantium et redire in ordines cogentes; sed inter-
11 equitantes alarii non patiebantur. Consul obtestabatur

5. 1 Ti. (Semp.) *Sig.*: t. *Bχ*; *sic* § 4 (anni) consul *B* (cos) *A*[2]: -les *χ* 3 Minucios *B*[1] (mimic- *B*): Mucios *φN* unde *Bχ*: inde *Mg* (*sic postea* facere *Gron. pro* facerent) signum *Mg χ*: -na *B* 6 redintegrata *χ*: re[*spat. v litt.*]grata *B* 7 corpora] *hic χ*: *post* Gallorum *B* densis *Mg*: densi *Bχ* 8 ordines *Bχ*: animos *Mg* praeerat *φL*: -erant *Bψ* [10–**6.** 1 *Hic exstant frag. F*: *Praef.* § 101 i] 11 obtestabatur *Mg*: obstabat *B* (*cf.* § 10): orabat *χ*: obtestatus *Gron.* (*sc. ad* § 12 iussit)

milites ut paululum adniterentur: uictoriam in manibus esse;
dum turbatos et trepidantes uiderent, instarent; si restitui
ordines sissent, integro rursus eos proelio et dubio dimica-
turos. Inferre uexillarios iussit signa. Omnes conisi tandem 12
auerterunt hostem. Postquam terga dabant et in fugam
passim effundebantur, tum ad persequendos eos legionarii
equites immissi. Quattuordecim milia Boiorum eo die sunt 13
caesa; uiui capti mille nonaginta duo, equites septingenti
uiginti unus, tres duces eorum, signa militaria ducenta duo-
decim, carpenta sexaginta tria. Nec Romanis incruenta 14
uictoria fuit: supra quinque milia militum, ipsorum aut
sociorum, amissa, centuriones tres et uiginti, praefecti socium
quattuor et M. Genucius et Q. et M. Marcii tribuni militum
secundae legionis.

Eodem fere tempore duorum consulum litterae allatae 6
sunt, L. Corneli de proelio ad Mutinam cum Bois facto et Q.
Minuci a Pisis: comitia suae sortis esse, ceterum adeo suspensa 2
omnia in Liguribus se habere ut abscedi inde sine pernicie
sociorum et damno rei publicae non posset. si ita uideretur 3
patribus, mitterent ad collegam ut is, qui profligatum bellum
haberet, ad comitia Romam rediret; si id facere grauaretur, 4
quod non suae sortis id negotium esset, se quidem facturum
quodcumque senatus censuisset; sed etiam atque etiam

11 paululum adniterentur *Mg*: paulum adnit- *Weissenb. ex usu* (*cf.* 21. 8. 8): paulum nit- *Bχ*; *hic fort.* paululum *aptius* dum *Bχ Mg*: d⟨um⟩ *F*: cum *Gron.* turbatos *Bχ*: perturb- *Mg* (*sed cf.* § 8 *adn.*) sissent *χ*: sini- *B*, *inde* siui- *Weissenb.; sed cf.* 27. 6. 8 proelio et dubio *χ*: *om. B*, *sed post* integro *add.* bello *in marg.* 13 septingenti *B Mg* (ŏcc): ducenti *ϕ*, -tos *ψ*, *sc. om.* ŏ *χ* duodecim *χ Edd. uet. Mog.* (*Mg ? ex silentio Carbachii numeros adnotantis*): ii *B* (*om.* x) sexaginta tria *Mg*: centum duo *B* (cii) *χ* 14 amissa] *ante add.* sunt *χ*: *ign. B*, *uix spat. praebet F* et M. Genucius *B Mg*: *om.* *χ* et Q. et M. Marcii tribuni *Drak. B* (*sed ante* Q. *om.* et): eques et M. Martius tribunus *Mg* (*Carb.*): et M. Marcius tribuni *Gel.* ('*secuti archetypa*'): *om.* et Q. *χ*, *dein* (*post* et M.) Marci tribuni *ψ*, Marcus tribunus *ϕ*

6. 4 se (quid.)] *post add.* id *Mg*

uiderent ne magis e re publica esset interregnum iniri quam
5 ab se in eo statu relinqui prouinciam. Senatus C. Scribonio
negotium dedit ut duos legatos ex ordine senatorio mitteret
ad L. Cornelium consulem, qui litteras collegae ad senatum
6 missas deferrent ad eum et nuntiarent senatum, ni is ad
magistratus subrogandos Romam ueniret, potius quam Q.
Minucium a bello integro auocaret interregnum iniri pas-
7 surum. Missi legati renuntiarunt L. Cornelium ad magistratus
8 subrogandos Romam uenturum. De litteris L. Corneli, quas
scripserat secundum proelium cum Bois factum, disceptatio
in senatu fuit, quia priuatim plerisque senatoribus legatus M.
9 Claudius scripserat fortunae populi Romani et militum uirtuti
gratiam habendam quod res bene gesta esset: consulis opera
et militum aliquantum amissum et hostium exercitum, cuius
10 delendi oblata fortuna fuerit, elapsum. milites eo plures perisse
quod tardius ex subsidiis qui laborantibus opem ferrent succes-
sissent; hostes e manibus emissos quod equitibus legionariis et
tardius datum signum esset et persequi fugientes non licuisset.
7 De ea re nihil temere decerni placuit; ad frequentiores
2 consultatio dilata est. Instabat enim cura alia, quod ciuitas
faenore laborabat et quod, cum multis faenebribus legibus
constricta auaritia esset, uia fraudis inita erat ut in socios, qui
non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent; ita libero
3 faenore obruebantur debitores. Cuius coercendi cum ratio

6. 4 (uid.) ne *B Mg*: se *ψ*: si *φ* 5 mitteret *χ*: -rent *B* 6 ni is *BφL*: in is *ψ*: uelle ut is *Mg*, *sic post* ueniret *coni.* ⟨ni ueniret⟩ *Madv.* (*Em. p. 510 n.*) Q. (Min.) *Mg χ*: *om. B* auocaret *Bψ*: -rent *Mg ut uid.*: -retur *φ* (*ut iam* Minucius) 7 L. (Corn.) *Mg*: *om. Bχ* 8 quas *Bψ*: qui *φ* quia *φ*: qua *Bψ* priuatim *χ*: -tum *B* plerisque *Edd. uet.*: plerumque *Bχ* 9 fuerit, elapsum *Bχ*: fuerat, non deletum *Mg* (*sc. ex gloss.*) 10 (emiss.) quod *φ*: quos *Bψ* et (pers.) *B Mg*: ut *χ*; *post* fug. *coni.* ⟨longius⟩ *Damsté* (*conl.* c. 5. 12)

7. 2 (et) quod *Mg*: *om. Bχ* ita libero *B Gel.* (*Mg uel Sp*): ita liberos *Mg* (*Carb.*): itali uero *χ* obruebantur *Bχ*: -bant *Mg* 3 coercendi *B Mg*: cernendi *χ*

quaereretur, diem finiri placuit Feralia quae proxime fuissent, ut qui post eam diem socii ciuibus Romanis credidissent pecunias profiterentur, et ex ea die pecuniae creditae quibus debitor uellet legibus ius creditori diceretur. Inde postquam 4 professionibus detecta est magnitudo aeris alieni per hanc fraudem contracti, M. Sempronius tribunus plebis ex auctoritate patrum plebem rogauit plebesque sciuit ut cum sociis 5 ac nomine Latino creditae pecuniae ius idem quod cum ciuibus Romanis esset.

Haec in Italia domi militiaeque acta. In Hispania nequa- 6 quam tantum belli fuit quantum auxerat fama. C. Flaminius 7 in citeriore Hispania oppidum Illuciam in Oretanis cepit, deinde in hibernacula milites deduxit; et per hiemem proelia aliquot nulla memoria digna aduersus latronum magis quam hostium excursiones, uario tamen euentu nec sine militum iactura sunt facta. Maiores gestae res a M. Fuluio. Is apud 8 Toletum oppidum cum Vaccaeis Vettonibusque et Celtiberis signis conlatis dimicauit, exercitum earum gentium fudit fugauitque, regem Hilernum uiuum cepit.

Cum haec in Hispania gerebantur, comitorum iam appete- 8 bat dies. Itaque L. Cornelius consul relicto ad exercitum M. Claudio legato Romam uenit. Is in senatu cum de rebus ab 2 se gestis disseruisset quoque statu prouincia esset, questus est 3 cum patribus conscriptis quod tanto bello una secunda pugna tam feliciter perfecto non esset habitus diis immortalibus honos; postulauit deinde, supplicationem simul trium-

3 finiri $B\chi$: inire *Mg* ius *Mg* χ: *om. B* diceretur *Mg*: redder- $B\chi$ (*ob praec.* -ri) 4 Inde $B\chi$: deinde *Mg* 5 sciuit χ: *om. B* cum (ciu.) $B\chi$: *om. Mg* 6 auxerat *Edd. uet.*: -rant $B\chi$ 7 Illuciam] Inluciam $B\chi$; *potius* Ill- *ut nomen Hispanum*, Inl- *ex orthogr.* hibernacula *Edd. uet.*: -na loca *B*: -nala ψ, -nalia ϕ, -na *L* milites χ: *om. B* magis χ: *om. B*

8. 1 gerebantur *Mg*: agerentur $B\chi$; *cf. c.* 2. 1 M. (Cl.) *Mg*: *om.* $B\chi$ 2 Is χ: *om. B* statu] *ante add.* in ϕ 3 tam *B*: iam χ deinde] *post add.* ut *Mg*; *sed cf.* 21. 12. 5, 43. 15. 5

4 phumque decernerent. Prius tamen quam relatio fieret, Q. Metellus, qui consul dictatorque fuerat, litteras eodem tempore dixit et consulis L. Corneli ad senatum et M. Marcelli ad magnam partem senatorum allatas esse inter se pugnantes,
5 eoque dilatam esse consultationem ut praesentibus auctoribus earum litterarum disceptaretur. itaque expectasse sese ut consul, qui sciret ab legato suo aduersus se scriptum aliquid, cum ipsi ueniendum esset, deduceret eum secum Romam,
6 cum etiam uerius esset Ti. Sempronio imperium habenti
7 tradi exercitum quam legato: nunc uideri amotum de industria qui, ⟨si⟩ ea quae scripsisset praesens diceret, arguere coram et, si quid uani adferret, argui posset, donec ad liquidum
8 ueritas explorata esset; itaque nihil eorum quae postularet
9 consul decernendum in praesentia censere. Cum pergeret nihilo segnius referre ut supplicationes decernerentur triumphantique sibi urbem inuehi liceret, M. et C. Titinii tribuni plebis se intercessuros si de ea re fieret senatus consultum dixerunt.

9 Censores erant priore anno creati Sex. Aelius Paetus et
2 C. Cornelius Cethegus. Cornelius lustrum condidit. Censa

8. [4–9 *Hic exstant frag. F*: *u. c.* 5. 10 *adn.*] 5 auctoribus χ: auribus *B* deduceret *FB*χ: duceret *Mg* 6 Ti. (Semp.)] T. *FB*χ; *cf. c.* 5. 1. *adn.* 7 uideri amotum *Novák*, *iam* uideri esse amotum *Frob. 2*: uidere sese amotum *Edd. uet.*: uidere se admonitum *B*χ, uidere ⟨. . . .⟩ mon ⟨. . .⟩ *F*; *ut* amotum *scribi*, *ita* esse *deleri debet*, *si ex* se *ad* sese, *inde ad* esse *emendatum est; nam* se (*sc. pro* si) *fort. ex seq. uersu inrepserat; u. infra*; *cf.* c. 26. 2 *adn.* qui ⟨si⟩ ea . . . diceret, arguere] qui ea . . . diceret arguere *B*χ (*sed* eque *pro* ea quae): qui e⟨.⟩ . . . ⟨. . .⟩eret a⟨. . .⟩ere *F*: *post* qui *suppl.* ⟨si⟩ *M. Müller optime* (iam ⟨cum⟩ *H. J. Müller*), *sic uero* ⟨et⟩ *ante* arguere (*ut M. Müller*) *uix necess.*: qui ea . . . diceret argueretque *Edd. uet.*: qui ea . . . dicere et arguere *Weissenb.* (*sc. ad* posset): ne ea . . . (diceret *Mog.*) aut argueret *Mg*, *sic ante* aut *suppl.* ⟨et⟩, *infra ante* si *pro* et (*B*χ) *corr.* aut *Madv.* (*Em. p.* 509), *ut iam Crévier; sed potius legitur* qui, *ut docuit Gron.*, *inde emendandum* 9 supplicationes decernerentur *B*χ: ⟨. . .⟩ones ⟨. . .⟩ *F*: -tio decerneretur *Mg*

9. 1 Cethegus. Cornelius χ: *om. B*

sunt ciuium capita ⟨C⟩CXLIIIDCCIV. Aquae ingentes eo anno
fuerunt et Tiberis loca plana urbis inundauit; circa portam 3
Flumentanam etiam conlapsa quaedam ruinis sunt. Et porta
Caelimontana fulmine icta est murusque circa multis locis
de caelo tactus; et Ariciae et Lanuuii et in Auentino lapidibus 4
pluit; et a Capua nuntiatum est examen uesparum ingens in
forum aduolasse et in Martis aede consedisse: eas conlectas
cum cura et igni crematas esse. Horum prodigiorum causa 5
decemuiri libros adire iussi, et nouemdiale sacrum factum et
supplicatio indicta est atque urbs lustrata. Iisdem diebus 6
aediculam Victoriae Virginis prope aedem Victoriae M.
Porcius Cato dedicauit biennio post quam uouit.

Eodem anno coloniam Latinam in castrum Frentinum 7
triumuiri deduxerunt A. Manlius Volso L. Apustius Fullo
Q. Aelius Tubero, cuius lege deducebatur. Tria milia pedi-
tum iere, trecenti equites, numerus exiguus pro copia agri.
Dari potuere tricena iugera in pedites, sexagena in equites: 8
Apustio auctore tertia pars agri dempta est, quo postea, si
uellent, nouos colonos adscribere possent; vicena iugera
pedites, quadragena equites acceperunt.

In exitu iam annus erat, et ambitio magis quam unquam **10**
alias exarserat consularibus comitiis. Multi et potentes 2
petebant patricii plebeique: P. Cornelius Cn. filius Scipio,

2 ⟨C⟩CXLIIIDCCIV] CXLIIIDCCIIII *Bχ*, *ante suppl.* ⟨C⟩ *Pighius*: *pro* DCCIIII *scr.* septuaginta quattuor *Mg*; *cf.* 29. 37. 6 (A.C. 204) CCXIV, 38. 36. 10 (A.C. 188) CCLVIIICCCVIII, *unde satis liquet* C *omissum esse; uix pertinet* 27. 36. 7 (*ut ad an.* A.C. 208) fuerunt *Edd. uet.*: -rant *Bχ* 3 ruinis *Bχ*: *coni.* -na *Zingerle* (*conl.* 29. 18. 17) murusque *Mg*: *om.* que Bχ 4 Lanuuii] -i *Edd. uet.*: -o *Bχ* in (Auent.) *Mog.*: *om.* *Bχ* cura et *B Mg*: cure *ψ*: cura *φ* 7 Frentinum *BA*: fer- χA^x: Thurinum *Gron.* (*iam Sig.*, *sed* agrum Thur.): *coni.* Terinaeum *Madv.*, Traentinum *Unger*; *cf.* 34. 53. 1–2, *sed uix emendandum* triumuiri *φ*: III- *B*: tertio- *ψ*; *u.* 34. 45. 5, 53. 2 *adnn.* A. (Manl.) *Bψ*: t. *φ* Q. (Ael.) *Sig.*: p. *Bχ* iere *Bφmg*: gere *χ* 8 tricena *Glar.*: XL *Bψ*: quadragena *φ*; *sed pro ratione ut infra* quadragena *φ*: XL *B*

10. 1 consularibus *χ*: -iis *B*

qui ex Hispania prouincia nuper decesserat magnis rebus gestis, et L. Quinctius Flamininus, qui classi in Graecia prae-
3 fuerat, et Cn. Manlius Volso, hi patricii; plebei autem C.
4 Laelius Cn. Domitius C. Liuius Salinator M'. Acilius. Sed omnium oculi in Quinctium Corneliumque coniecti; nam et in unum locum petebant patricii ambo et rei militaris gloria
5 recens utrumque commendabat. Ceterum ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum, duo clarissimi aetatis suae imperatores. Maior gloria Scipionis et quo maior eo propior inuidiam, Quincti recentior ut qui eo anno trium-
6 phasset. Accedebat quod alter decimum iam prope annum adsiduus in oculis hominum fuerat, quae res minus uerendos magnos homines ipsa satietate facit: consul iterum post
7 deuictum Hannibalem censorque fuerat; in Quinctio noua et recentia omnia ad gratiam erant, nihil nec petierat a populo
8 post triumphum nec adeptus erat. Pro fratre germano, non patrueli se petere aiebat, pro legato et participe admini-
9 strandi belli: se terra, fratrem mari rem gessisse. His obtinuit ut praeferretur candidato quem Africanus frater ducebat, quem Cornelia gens Cornelio consule comitia habente, quem tantum praeiudicium senatus, uirum e ciuitate optimum iudicatum qui matrem Idaeam Pessinunte uenientem in urbem acciperet.

10 L. Quinctius et Cn. Domitius Ahenobarbus consules facti: adeo ne in plebeio quidem consule, cum pro C. Laelio niterе-
11 tur, Africanus ualuit. Postero die praetores creati L. Scri-

10. 2 nuper *Mg* χ: *om. B* decesserat] de- *Mg*: re- χ: ex- *B* Flamininus χ: -minius *BL* 3 M'. *Sig.*: m. *B*χ 4 Quinctium Corneliumque *Mg*: q. cornelium *B*χ, p. corn- *L* petebant χ: *om. B* 5 Scipionis *B*χ: in P. Scipione *Mg* et (quo) *B*χ: *coni.* sed *Drak.*; *sed ex gloria inuidia* 6 Accedebat *A*: accend- *B*χ 7 adeptus χ: -emptus *B* 8 patrueli] i- *B*χ; *cf.* -e, 29. 30. 10 *adn.* aiebat *B*: agebat χ (*cf. c.* 9. 7 *ad* iere) legato *Mg*: collega *B*χ administrandi *B*ψ: -ati φ *Mg ut uid.* (*sic Edd. uet.*, *Mog.*) 9 Pessinunte] *ante coni.* ⟨a⟩ *Weissenb.*, *cf.* 34. 3. 8 *adn.* 11 creati *Mg*: facti creati *B*χ

bonius Libo M. Fuluius Centumalus A. Atilius Serranus M. Baebius Tamphilus L. Valerius Tappo Q. Salonius Sarra. Aedilitas insignis eo anno fuit M. Aemilii Lepidi et L. Aemilii Pauli: multos pecuarios damnarunt; ex ea pecunia 12 clupea inaurata in fastigio Iouis aedis posuerunt, porticum unam extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adiecto, alteram ab porta Fontinali ad Martis aram qua in Campum iter esset perduxerunt.

Diu nihil in Liguribus dignum memoria gestum erat: **11** extremo eius anni bis in magnum periculum res adducta est; nam et castra consulis oppugnata aegre sunt defensa et non ita 2 multo post per saltum angustum cum duceretur agmen Romanum, ipsas fauces exercitus Ligurum insedit. Qua cum 3 exitus non pateret, conuerso agmine redire institit consul. Et ab tergo fauces saltus occupatae a parte hostium erant Caudinaeque cladis memoria non animis modo sed prope oculis obuersabatur. Numidas octingentos ferme equites 4 inter auxilia habebat. Eorum praefectus consuli pollicetur se parte utra uellet cum suis erupturum, tantum uti diceret utra pars frequentior uicis esset: in eos se impetum facturum 5 et nihil prius quam flammam tectis iniecturum, ut is pauor cogeret Ligures excedere saltu quem obsiderent et discurrere ad opem ferendam suis. Conlaudatum eum consul spe prae- 6 miorum onerat. Numidae equos conscendunt et obequitare stationibus hostium, neminem lacessentes, coeperunt. Nihil 7 primo adspectu contemptius: equi hominesque paululi et

11 Tamphilus $B\chi$: Pam- *Mg* Tappo $B\psi$: Tappus *Mg*: taphilus ϕ L. (Aem.) *Mg*: p. $B\chi$ 12 clupea χ: clipea *B*; *cf. c.* 41. 10; *u.* 9. 19. 7 *adn.* ab porta Fontinali] *sic sed* a *L* (-nal) *Frob. 1*, *corr.* ab *Weissenb.*: ad portam fontinalem *B*, -l ψ, -lam ϕ perduxerunt] per- χ: re- *B* **11.** 2 multo B^1 ϕ: -tum $B\psi$ exercitus χ: *om. B* 3 Et ab] *coni.* sed et a *Gron. non necess.* 4 uicis esset ϕ: uicisset $B\psi$ 5 in eos χ: *om. B* ut is χ: *om. B* 6 Conlaudatum *Mg*: laud- $B\chi$ spe *B*: per χ onerat *B*: onerum ad ψ, -m at ϕ hostium *Mg*: *om.* $B\chi$ 7 et (grac.) χ: *om. B*

graciles, discinctus et inermis eques, praeterquam quod iacula
8 secum portat, equi sine frenis, deformis ipse cursus rigida ceruice et extento capite currentium. Hunc contemptum de industria augentes labi ex equis et per ludibrium spectaculo
9 esse. Itaque qui primo intenti paratique si lacesserentur in stationibus fuerant, iam inermes sedentesque pars maxima
10 spectabant. Numidae adequitare, dein refugere, sed propius saltum paulatim euehi, uelut quos impotentes regendi equi inuitos efferrent. Postremo subditis calcaribus per medias
11 stationes hostium erupere et in agrum latiorem euecti omnia propinqua uiae tecta incendunt. Proximo deinde uico in-
12 ferunt ignem, ferro flammaque omnia peruastant. Fumus primo conspectus, deinde clamor trepidantium in uicis auditus, postremo seniores puerique refugientes tumultum
13 in castris fecerunt. Itaque sine consilio, sine imperio pro se quisque currere ad sua tutanda; momentoque temporis castra relicta erant, et obsidione liberatus consul quo intenderat peruenit.

12 Sed neque Boi neque Hispani, cum quibus eo anno bellatum erat, tam inimice infesti erant Romanis quam Aeto-
2 lorum gens. Ii post deportatos ex Graecia exercitus primo in spe fuerant et Antiochum in uacuam Europae possessionem
3 uenturum nec Philippum aut Nabim quieturos. Vbi nihil usquam moueri uiderunt, agitandum aliquid miscendumque rati ne cunctando senescerent consilia, concilium Naupactum
4 indixerunt. Ibi Thoas praetor eorum conquestus iniurias

11. 7 eques] *ante add.* et $B\chi$, *del.* P^x *Dett.* 10 adequitare *Mg* χ: [*spat. ix litt.*] *B* regendi equi *Gel.*: regendi equos *B Dett.*: gerendi equos χ per medias $B\chi$: inter medias *Mg* (*cf.* 25. 34. 13): per intermissas *Oudendorp; sed cf.* 22. 50. 8, 60. 27 hostium χ: *om. B* 11 propinqua . . . omnia *Mg*: *om.* $B\chi$

12. 1 Boi] *ante suppl.* ⟨Ligures neque⟩ *Heusinger* inimice infesti $B\chi$: inimici infestique *Dett. Asc. ex usu*; *sed hic* inimice (*cf.* 28. 29. 8) *ut praecipue de Aetolorum animo* 3 agitandum *B Mg* ψ: cogit ϕ 4 Thoas *Edd. uet.*: -ans $B\chi$; *cf. c.* 33. 7 *adn.*

Romanorum statumque Aetoliae, quod omnium Graeciae
gentium ciuitatiumque inhonoratissimi post eam uictoriam
essent cuius causa ipsi fuissent, legatos censuit circa reges 5
mittendos, qui non solum temptarent animos eorum sed suis
quemque stimulis mouerent ad Romanum bellum. Damo- 6
critus ad Nabim, Nicander ad Philippum, Dicaearchus frater
praetoris ad Antiochum est missus. Tyranno Lacedaemonio 7
Damocritus ademptis maritimis ciuitatibus eneruatam tyran-
nidem dicere: inde militem, inde naues naualesque socios
habuisse; inclusum suis prope muris Achaeos uidere do-
minantes in Peloponneso; nunquam habiturum reciperandi 8
sua occasionem si eam quae tum esset praetermisisset. [et]
nullum exercitum Romanum in Graecia esse nec [propter]
Gytheum aut maritimos alios Laconas dignam causam ex-
istimaturos Romanos cur legiones rursus in Graeciam trans-
mittant. Haec ad incitandum animum tyranni dicebantur ut, 9
cum Antiochus in Graeciam traiecisset, conscientia uiolatae
per sociorum iniurias Romanae amicitiae coniungeret se cum
Antiocho. Et Philippum Nicander haud dissimili oratione in- 10
citabat; erat etiam maior orationis materia, quo ex altiore
fastigio rex quam tyrannus detractus erat, quoque plures
ademptae res. Ad hoc uetusta regum Macedoniae fama per- 11
agratusque orbis terrarum uictoriis eius gentis referebatur: et
tutum uel incepto uel euentu se consilium adferre; nam neque 12

4 ciuitatiumque χ: *om.* que *B* ipsi χ: -sis *B* 6 Nicander *Mg*: nauigat *B*χ, *sed post* Phil. *suppl.* Nicander ϕ 7 ademptis ϕ: -eptis *B*ψ 8 reciperandi] -cip- *B*: -cup- χ (*sic* § 17 ϕ); *u.* 29. 30. 7 *adn.* [et] *B*χ, *del. Frob. 2* [propter] *B*χ, *secl. Madv.* (*ut coni. Gron.*): profecto *Ruperti*: *coni.* repetitum (*uel* praereptum) *M. Müller conl.* c. 18. 5; *sed potius ex supplemento, cf.* 24. 8. 5 *adn.* (ob) Gytheum] cithelum *B*, cyth- χ, *corr. Dett. Edd. uet.; cf. c.*13. 3 citheum *B*, cyth- χ; *u.* 34. 29. 2 *adn.*, *et infra c.* 25. 2 *adn.* transmittant] -ant *B*ϕ: -ans ψ: -erent Dušánek *non necess.* 9 conscientia *Dett.*: -ae *B*χ Romanae amicitiae *Sabell.*: romae amicitias *B*χ coniungeret se *Mg*: iungerent *B*χ, -ret *Dett.* 10 orationis *B*χ: -ni *Mg* 12 nam neque *Mg*: namque Bχ: neque *Dett. Edd. uet.*

ut ante se moueat Philippus quam Antiochus cum exercitu
13 transierit in Graeciam suadere et, qui sine Antiocho aduersus Romanos Aetolosque tam diu sustinuerit bellum, ei adiuncto Antiocho, sociis Aetolis qui tum grauiores hostes quam Romani fuerint, quibus tandem uiribus resistere Ro-
14 manos posse? Adiciebat de duce Hannibale, nato aduersus Romanos hoste, qui plures et duces et milites eorum occidis-
15 set quam quot superessent. Haec Philippo Nicander: alia Dicaearchus Antiocho; et omnium primum praedam de Philippo Romanorum esse dicere, uictoriam Aetolorum, et aditum in Graeciam Romanis nullos alios quam Aetolos
16 dedisse et ad uincendum uires eosdem praebuisse; deinde quantas peditum equitumque copias praebituri Antiocho ad bellum essent, quae loca terrestribus copiis, quos portus
17 maritimis. Tum de Philippo et Nabide libero mendacio abutebatur: paratum utrumque ad rebellandum esse et primam quamque occasionem reciperandi ea quae bello amisissent
18 arrepturos. Ita per totum simul orbem terrarum Aetoli Romanis concitabant bellum.

13 Et reges tamen aut non moti aut tardius moti sunt. Nabis extemplo circa omnes maritimos uicos dimisit ad seditiones in iis miscendas et alios principum donis ad suam causam perduxit, alios pertinaciter in societate Romana manentes
2 occidit. Achaeis omnium maritimorum Laconum tuendorum a T. Quinctio cura mandata erat. Itaque extemplo et ad
3 tyrannum legatos miserunt qui admonerent foederis Romani denuntiarentque ne pacem quam tantopere petisset turbaret,

12. 13 ei *Gel.*: et *Bχ*: *om. Edd. uet.* quam Romani fuerint] *sic Mg*, *sed* fuerant, *corr. Carb.* (*Mog.*): cum Romanis fuerunt *Bχ*, *corr.* fuerint *Edd. uet.* 14 Adiciebat *φ*: -bant *Bψ* quot *φ*: quod *BψA*: *susp. Drak.* (*conl. c.* 1. 2 *Gron.*) 15 eosdem *φP*^{x}: eodem *BψP* 17 et (Nab.) *φ*: *om. Bψ* abutebatur *Mog.*: -bantur *Bχ* 18 Et (reg.) *Bχ*: *del. Frob. 2 Madv.*

13. 1 maritimos] *hic* Bχ: *post* uicos *Mg* 2 et (ad) *Bψ Frob. 2*: *om. φ* 3 foederis] *post add.* eum *Mg*

et auxilia ad Gytheum, quod iam oppugnabatur ab tyranno, et Romam qui ea nuntiarent legatos miserunt.

Antiochus rex, ea hieme Raphiae in Phoenice Ptolomaeo 4
regi Aegypti filia in matrimonium data, cum Antiochiam se recepisset, per Ciliciam Tauro monte superato extremo iam hiemis Ephesum peruenit. Inde principio ueris, Antiocho 5
filio misso in Syriam ad custodiam ultimarum partium regni, ne quid absente se ab tergo moueretur, ipse cum omnibus terrestribus copiis ad Pisidas, qui circa Sidam incolunt, oppugnandos est profectus. Eo tempore legati Romani P. 6
Sulpicius et P. Villius, qui ad Antiochum, sicut ante dictum est, missi erant, iussi prius Eumenem adire Elaeam uenere; inde Pergamum—ibi regia Eumenis fuit—escenderunt. Cupidus belli aduersus Antiochum Eumenes erat, grauem, 7
si pax esset, accolam tanto potentiorem regem credens, eundem, si motum bellum esset, non magis parem Romanis fore quam Philippus fuisset et aut funditus sublatum iri aut, si 8
pax uicto daretur, multa illi detracta sibi accessura, ut facile deinde se ab eo sine ullo auxilio Romano tueri posset: etiam 9
si quid aduersi casurum foret, satius esse Romanis sociis quamcumque fortunam subire quam solum aut imperium pati Antiochi aut abnuentem ui atque armis cogi. Ob haec quan- 10
tum auctoritate, quantum consilio ualebat, incitabat Romanos ad bellum.

Sulpicius aeger Pergami substitit; Villius cum Pisidiae **14**
bello occupatum esse regem audisset, Ephesum profectus, dum paucos ibi moratur dies, dedit operam ut cum Hannibale, 2

4 Raphiae *Mog.*: raphae *B*: raphei χ filia ϕ: -ae *B*ψ 5 Sidam *Glar.*: sicam *B*χ: Selgam *Gel.*: Sindam *Jac. Gron.; sed potius ex belli ratione 'circa Sidam' agitur* (*cf.* 37. 23. 3), *sc. 'supra Sidam aduersus Pisidas finitimos', ut auctore Polybio, cf. Pol.* 5. 73. 3 incolunt] *post add.* et *B*, *suppl.* ⟨Oroanda⟩ *Rossbach* 6 escenderunt] e- A^x, ex- ϕ: de- *B*ψ: a- *Gel.*; cf. c. 43. 3 *adn.* 7 Antiochum $B^1\phi L$: -us *B*ψ tanto χ: *om. B* 8 auxilio] *hic B*: *post* Rom. χ 9 abnuentem] ab- *Edd. uet.*: ann- *B*χ

3 qui tum ibi forte erat, saepe congrederetur, ut animum eius temptaret et, si qua posset, metum demeret periculi quic-
4 quam ei ab Romanis esse. Iis conloquiis aliud quidem actum nihil est, secutum tamen sua sponte est, uelut consilio petitum esset, ut uilior ob ea regi Hannibal et suspectior ad omnia fieret.

5 Claudius, secutus Graecos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione tradit eumque Ephesi conlocutum cum
6 Hannibale, et sermonem unum etiam refert: quaerenti Africano quem fuisse maximum imperatorem Hannibal cre-
7 deret, respondisse Alexandrum Macedonum regem, quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset quod⟨que⟩ ultimas oras, quas uisere supra spem humanam esset, peragrasset.
8 quaerenti deinde quem secundum poneret, Pyrrhum dixisse:
9 castra metari primum docuisse, ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse; artem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse ut Italicae gentes regis externi quam populi Romani, tam diu principis in ea terra, imperium
10 esse mallent. exsequenti quem tertium duceret, haud dubie semet ipsum dixisse. tum risum obortum Scipioni et subiecisse
11 'Quidnam tu diceres, si me uicisses?' 'Tum uero me' inquit 'et ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante alios omnes
12 imperatores esse.' et perplexum Punico astu responsum et improuisum adsentationis genus Scipionem mouisse, quod e grege se imperatorum uelut inaestimabilem secreuisset.

15 Villius ab Epheso Apameam processit. Eo et Antiochus

14. 3 eius] *post add.* et χ et, (si) *B*: *om.* χ; *postea ante* metum *add.* et χ ei χ: et *B* 4 aliud quidem *Frob. 2*: alii ut qui t(act.) *B*: aliud qui t(act.) ψ: aliud quid ϕ et (susp.) *Frob. 2*: *om.* $B\chi$: (suspectior)que *Dett.* 6 quaerenti] *ante add.* quo ψ, quem ϕ 7 quod⟨que⟩ *Dett.*: quod $B\chi$ *Mg ut uid.*: *coni.* ⟨et⟩ quod *Drak.*; *postea om.* ultimas *Mg ut uid.*, *fort. ipse Carb. neglegenter* quas uisere *Mg*: *om.* $B\chi$ esset *Mg*: *om.* $B\chi$ 10 Scipioni et] -ni et *Mg*: -ni *B*: -nis ψ: -nem ϕ 12 e grege se *Edd. uet.*: egre se *B*: egresse χ, *inde* egrege ϕmg

audito legatorum Romanorum aduentu occurrit. Apameae 2
congressis disceptatio eadem ferme fuit quae Romae inter
Quinctium et legatos regis fuerat. Mors nuntiata Antiochi
filii regis, quem missum paulo ante dixeram in Syriam, diremit
conloquia. Magnus luctus in regia fuit magnumque eius 3
iuuenis desiderium; id enim iam specimen sui dederat uti, si
uita longior contigisset, magni iustique regis in eo indolem
fuisse appareret. Quo carior acceptiorque omnibus erat, eo 4
mors eius suspectior fuit: grauem successorem eum instare
senectuti suae patrem credentem per spadones quosdam,
talium ministeriis facinorum acceptos regibus, ueneno sus-
tulisse. Eam quoque causam clandestino facinori adiciebant 5
quod Seleuco filio Lysimachiam dedisset, Antiocho quam
similem daret sedem, ut procul ab se honore eum quoque ab-
legaret, non habuisset. Magni tamen luctus species per 6
aliquot dies regiam tenuit, legatusque Romanus ne alieno
tempore incommodus obuersaretur Pergamum concessit; rex
Ephesum omisso quod incohauerat bello redit. Ibi per luctum 7
regia clausa cum Minnione quodam, qui princeps amicorum
eius erat, secreta consilia agitauit. Minnio, ignarus omnium 8
externorum uiresque aestimans regis ex rebus in Syria aut
Asia gestis, non causa modo superiorem esse Antiochum quod
nihil aequi postularent Romani sed bello quoque super-
aturum credebat. Fugienti regi disceptationem cum legatis, 9
seu iam experto eam minus prosperam seu maerore recenti
confuso, professus Minnio se quae pro causa essent dicturum
persuasit ut a Pergamo accerserentur legati.

15. 2 Antiochi χ: *om. B* diremit *Edd. uet.*: dirimit $B\chi$ 3 sui *Edd. uet.*: suum χ: (-men)sum *B* 4 fuit χ: *om. B* senectuti χ: -utis *B* ministeriis *Mg*: -rio $B\chi$; *cf.* 42. 41. 4 5 quod] *post add.* cum *Edd. uet.* honore *B*: -em χ: per honorem *Gel.* 7 Minnione] Mimnione *Mg*: minione $B\chi$; *u.* § 8 *adn.* 8 Minnio B^1 (-nnius *B*): Mimnio *Mg*: minio ϕ: minucio ψ; *sed constat* Minnio *apud* § 9 ($B\chi$), *c.* 16. 1($B\psi$: mimn- *Mg*) et 2 ($B\chi$); *cf.* 37. 41. 1 *adn.* 9 professus] -us ϕ: -um *B*: -os ψ accerserentur *B*: access- χ: arcess- *Mg*

16 Iam conualuerat Sulpicius; itaque ambo Ephesum uenerunt. Rex a Minnione excusatus et absente eo agi res coepta
2 est. Ibi praeparata oratione Minnio 'Specioso titulo' inquit 'uti uos, Romani, Graecarum ciuitatium liberandarum uideo; sed facta uestra orationi non conueniunt, et aliud Antiocho
3 iuris statuitis, alio ipsi utimini. Qui enim magis Zmyrnaei Lampsacenique Graeci sunt quam Neapolitani et Regini et Tarentini, a quibus stipendium, a quibus naues ex foedere
4 exigitis? Cur Syracusas atque in alias Siciliae Graecas urbes praetorem quotannis cum imperio et uirgis et securibus mittitis? Nihil aliud profecto dicatis quam armis superatis
5 uos iis has leges imposuisse. Eandem de Zmyrna, Lampsaco ciuitatibusque quae Ioniae aut Aeolidis sunt causam ab
6 Antiocho accipite. Bello superatas a maioribus et stipendiarias ac uectigales factas in antiquum ius repetit. Itaque ad haec ei responderi uelim, si ex aequo disceptatur et non belli causa
7 quaeritur.' Ad ea Sulpicius 'Fecit uerecunde' inquit 'Antiochus, qui, si alia pro causa eius non erant quae dicerentur,
8 quemlibet ista quam se dicere maluit. Quid enim simile habet ciuitatium earum quas comparasti causa? Ab Reginis et Neapolitanis et Tarentinis, ex quo in nostram uenerunt potestatem, uno et perpetuo tenore iuris, semper usurpato, nunquam intermisso, quae ex foedere debent exigimus.
9 Potesne tandem dicere ut ii populi non per se, non per alium
10 quemquam foedus mutauerint, sic Asiae ciuitates, ut semel uenere in maiorum Antiochi potestatem, in perpetua possessione regni uestri mansisse et non alias earum in Philippi,

16. 2 uestra χ: -ae *B* statuitis *Jac. Gron.*: -uistis *B*χ 3 Zmyrnaei] -aei *Edd. uet.*: -ae *B*χ 5 Zmyrna] *post add.* et *Edd. uet.* 6 et (stip.) *Mg*: *om.* *B*χ; *sed etiam de belli iure agitur* in antiquum ius *Gel.* ('*lege*'): antiochum *B*, -us χ ei *Edd. uet.*: ego *B*: eo χ disceptatur et *Mg*: -uri *B*χ 9 mutauerint *B*χ: -erunt *Duker Madv.*, *ut ab ipso Sulpicio adfirmatum; sed potius ut in proposito sic uerbo* dicere *subiungitur* 10 uenere *B*ψ: -ret ϕ: -runt P^x *Dett.*: -rint *Dett. Madv.*

alias in Ptolomaei fuisse potestate, alias per multos annos
nullo ambigente libertatem usurpasse? Nam si quod aliquando 11
seruierunt, temporum iniquitate pressi, ius post tot saecula
adserendi eos in seruitutem faciet, quid abest quin actum 12
nobis nihil sit, quod a Philippo liberauimus Graeciam, et
repetant posteri eius Corinthum, Chalcidem, Demetriadem
et Thessalorum totam gentem? Sed quid ego causam ciuita- 13
tium ago quam ipsis agentibus et nos et regem ipsum
cognoscere aequius est?'

Vocari deinde ciuitatium legationes iussit, praeparatas iam **17**
ante et instructas ab Eumene, qui quantumcumque uirium
Antiocho decessisset, suo id accessurum regno ducebat.
Admissi plures, dum suas quisque nunc querellas, nunc postula- 2
tiones inserit et aequa iniquis miscent, ex disceptatione alter-
cationem fecerunt. Itaque nec remissa ulla re nec impetrata,
aeque ac uenerant omnium incerti legati Romam redierunt.

Rex dimissis iis consilium de bello Romano habuit. Ibi alius 3
alio ferocius, quia quo quisque asperius aduersus Romanos
locutus esset, eo spes gratiae maior erat, alius superbiam 4
postulatorum increpare, tamquam Nabidi uicto, sic Antiocho,
maximo Asiae regum, imponentium leges: quamquam Nabidi 5
tamen dominationem in patria sua et patria Lacedaemone
remissam, Antiocho si Zmyrna et Lampsacus imperata faciant 6
indignum uideri; alii paruas et uix dictu dignas belli causas 7
tanto regi eas ciuitates esse, sed initium semper a paruis

11 quod ϕ: qui *B*: quin ψ: *coni.* quia *Weissenb.* 12 nobis] *hic* χ *Mg*: *post* nihil *B*

17. 2 postulationes *B*χ: expost- *Mg; neque ualet* 42. 42. 9 et (aeq.) *B Mg* ψ: *om.* ϕ miscent *B Mg*: -tes χ, *sed om. seq.* ex 3 esset χ: *om. B* 4 spes *B*χ *Gel.*: spe *Mg* alius *B*χ: *secl. Crévier eleganter* (*sc.* alius alio ferocius . . . increpare); *sed de tota sententia sic constat*: alius alio ferocius (*sc.* '*omnes*'), *inde* alius . . . (§§ 4–6), alii . . . (§§ 7–9), *cf.* 9. 45. 11; *quod plerumque dure scriptum est* (uicto), sic *B Mg*: -s ψ: *om.* ϕ 5 patria Lacedaemone] -a . . .-e *Madv.*: -am . . .-em *B*χ (*inde supra corr.* patriam suam *Edd. uet.*) remissam ϕ: -a *B*ψ 7 a (par.) *Dett. Rubens*: *om. B*χ

iniusta imperandi fieri, nisi crederent Persas, cum aquam terramque ab Lacedaemoniis petierint, gleba terrae et haustu
8 aquae eguisse. per similem temptationem ⟨a⟩ Romanis de duabus ciuitatibus agi, et alias ciuitates, simul duas iugum
9 exuisse uidissent, ad liberatorem populum defecturas. si non libertas seruitute potior sit, tamen omni praesenti statu spem cuique nouandi res suas blandiorem esse.

18 Alexander Acarnan in consilio erat: Philippi quondam amicus, nuper relicto eo secutus opulentiorem regiam Anti-
2 ochi et, tamquam peritus Graeciae nec ignarus Romanorum, in eum gradum amicitiae regis ut consiliis quoque arcanis
3 interesset acceptus erat. Is tamquam non utrum bellandum esset necne consuleretur sed ubi et qua ratione bellum gereretur, uictoriam se haud dubiam proponere animo adfirmabat, si in Europam transisset rex et in aliqua Graeciae
4 parte sedem bello cepisset: iam primum Aetolos, qui umbilicum Graeciae incolerent, in armis eum inuenturum,
5 antesignanos ad asperrima quaeque belli paratos; in duobus uelut cornibus Graeciae Nabim a Peloponneso concitaturum omnia, repetentem Argiuorum urbem, repetentem maritimas ciuitates quibus eum depulsum Romani Lacedaemonis muris
6 inclusissent, a Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audisset, arma capturum; nosse se spiritus eius, nosse animum; scire ferarum modo quae claustris aut uinculis
7 teneantur, ingentes iam diu iras eum in pectore uoluere. memi-

17. 7 iniusta imperandi] *hic* $B\chi$: *ante* semper *transp. Novák* ab ϕL: ob $B\psi$ petierint B *Mg* ψ: -runt ϕL: -rant P 8 ⟨a⟩ *suppl. Gron.* et $B\chi$: sed *Crévier* (*cf.* § 7); *sed ad rationem additur* 9 seruitute] -e ϕL: -i $B\psi$ omni *Gel.* ('*sincera lectio*'): -nem $B\phi L$: -ne ψ; *infra ante* statu *add.* in ϕL cuique *Asc.*: cuiusque $B\chi$

18. 1 Acarnan] -an *Asc.*: -as $B\chi$ Philippi] -i *Mg*: -o $B\chi$ 2 erat $B\chi$: *secl. Duker* 3 dubiam χ: dubie B adfirmabat χ: *om.* ad B 6 bellicum *Edd. uet.*: bellum $B\chi$ ferarum] *ante add.* ferum $B\chi$, *inde infra om.* eum: *pro* ferum *corr.* eum *Asc.*, se eum *Harant; sed hic ex dittogr.; cf. Mg infra* teneantur $B\chi$: tenentur *Mg ut uid.* eum *Mg*: *om.* $B\chi$

nisse etiam se quotiens in bello precari omnes deos solitus sit
ut Antiochum sibi darent adiutorem; cuius uoti si compos
nunc fiat, nullam moram rebellandi facturum. tantum non 8
cunctandum nec cessandum esse; in eo enim uictoriam uerti
si et loca opportuna et socii praeoccuparentur. Hannibalem
quoque sine mora mittendum in Africam esse ad distrin-
gendos Romanos.

Hannibal non adhibitus est in consilium, propter conloquia **19**
cum Villio suspectus regi et in nullo postea honore habitus.
Primo eam contumeliam tacitus tulit; deinde melius esse ratus 2
et percunctari causam repentinae alienationis et purgare se,
tempore apto quaesita simpliciter iracundiae causa auditaque
'Pater Hamilcar' inquit, 'Antioche, paruum admodum me, 3
cum sacrificaret, altaribus admotum iureiurando adegit nun-
quam amicum fore populi Romani. Sub hoc sacramento sex 4
et triginta annos militaui, hoc me in pace patria mea expulit,
hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce, si tu
spem meam destitueris, ubicumque uires, ubi arma esse
sciam ueniam, toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis
hostes. Itaque si quibus tuorum meis criminibus apud te 5
crescere libet, aliam materiam crescendi ex me quaerant. Odi 6
odioque sum Romanis. Id me uerum dicere pater Hamilcar
et di testes sunt. Proinde cum de bello Romano cogitabis,
inter primos amicos Hannibalem habeto: si qua res te ad

7 rebellandi] re- *B*: de- χ 8 si et *Mg*: si *B*: *om.* χ ad distrin-gendos] ad dis- *Med.*: ad des- *B*: ad es- ϕ: hac de is- ψ

19. 2 se *B Mg*: sese χ tempore apto *Mg*: a tempore *B*χ: *fort.* apto tempore *H. J. Müller*: tempore *uel* capto *Gron.* (*conl.* 26. 12. 15) *uel* dato *Damsté* (*cf. Nep., Hann.* 2. 3) 4 ueniam *Madv. optime*, *iam* huc ueniam *Edd. uet.*: inueniam *B*χ *Gel.* ('*uetusta scriptura*') *M. Müller* (*ut ad seq.* aliquos, *frigide*): ueniam, in *Heraeus*: *ap. Edd. uet. pro* huc *potius* eo *Weissenb.*, ilico *Zingerle* 5 quibus *Mg*: qui *B*ψ: cui ϕL, *inde* quaerat *infra* ex me] *ante add.* quam *Mg*, *secl. Gel.*, *ign. B*χ 6 Odi *Gel.* ('*legi debet*'): *om. B*χ: *silet Carb.* sum *B*ψ: sim ϕ (si *A*) amicos] *post add.* hos *Mg*: *coni.* tuos *Weissenb.* ad (pac.) *Mg*: in *B*χ

pacem compellet, in id consilium alium cum quo deliberes
7 quaerito.' Non mouit modo talis oratio regem sed etiam reconciliauit Hannibali. Ex consilio ita discessum est ut bellum gereretur.

20 Romae destinabant quidem sermonibus hostem Antiochum, sed nihildum ad id bellum praeter animos parabant.
2 Consulibus ambobus Italia prouincia decreta est, ita ut inter se compararent sortirenturue uter comitiis eius anni praeesset:
3 ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus esset si quo eum
4 extra Italiam opus esset ducere legiones. Huic consuli permissum ut duas legiones scriberet nouas et socium nominis
5 Latini uiginti milia et equites octingentos. Alteri consuli duae legiones decretae quas L. Cornelius consul superioris anni habuisset, et socium ac Latini nominis ex eodem exercitu
6 quindecim milia et equites quingenti. Q. Minucio cum exercitu quem in Liguribus habebat prorogatum imperium; additum in supplementum ut quattuor milia peditum Romanorum scriberentur, centum quinquaginta equites, et sociis eodem quinque milia peditum imperarentur, ducenti quin-
7 quaginta equites. Cn. Domitio extra Italiam quo senatus censuisset prouincia euenit, L. Quinctio Gallia et comitia
8 habenda. Praetores deinde prouincias sortiti, M. Fuluius Centumalus urbanam, L. Scribonius Libo peregrinam, L. Valerius Tappo Siciliam, Q. Salonius Sarra Sardiniam, M. Baebius Tamphilus Hispaniam citeriorem, A. Atilius Ser-
9 ranus ulteriorem. Sed his duobus primum senatus consulto,

19. 6 alium *Mg Gel.*: *om.* $B\chi$; *supra* id in, *infra* deliberares, *Mg ut uid.*
20. 1 sed nihildum χ: nildum B 2 Italia χ: ita B 3 esset ducere *Mg*: duceret $B\chi$ 4 Huic . . . scriberet *Mg*: *om.* $B\chi$ nominis] *hic* $B\chi$: *post* Lat. *Mg ut uid.; utrumque pari iure* uiginti] *hic Mg ut uid.*: *post* milia $B\chi$ 6 quattuor milia χ: IIII *BA* (*inde spat.*) centum] *ante add.* et *Mg* quinque milia *Mg* ϕL: V $B\psi$ 7 habenda *Gel.* ('*ex fide archetyporum*'): habita $B\chi$ 8 Praetores $B\psi$: -orum ϕ Sarra *Edd. uet.*: saera B: sera χ; *cf. c.* 10. 11 A. (At.) *Mog.*: M. $B\chi$: *cf. c.* 10. 11

deinde plebei etiam scito permutatae prouinciae sunt: Atilio 10
classis et Macedonia, Baebio Bruttii decreti. Flaminio Fuluio- 11
que in Hispaniis prorogatum imperium. Atilio in Bruttios duae legiones decretae quae priore anno urbanae fuissent, et ut sociis eodem milia peditum quindecim imperarentur et quingenti equites. Baebius Tamphilus triginta naues quin- 12
queremes facere iussus et ex naualibus ueteres deducere si quae utiles essent et scribere nauales socios; et consulibus imperatum ut ei duo milia socium ac Latini nominis et mille Romanos darent pedites. Hi duo praetores et duo exercitus, 13
terrestris naualisque, aduersus Nabim aperte iam oppugnantem socios populi Romani dicebantur parari; ceterum legati 14
ad Antiochum missi expectabantur, et priusquam ii redissent uetuerat Cn. Domitium consulem senatus discedere ab urbe.

Praetoribus Fuluio et Scribonio, quibus ut ius dicerent **21**
Romae prouincia erat, negotium datum ut praeter eam classem cui Baebius praefuturus erat centum quinqueremes pararent.

Priusquam consul praetoresque in prouincias proficiscerentur, supplicatio fuit prodigiorum causa. Capram sex haedos 2 3
uno fetu edidisse ex Piceno nuntiatum est et Arreti puerum natum unimanum, Amiterni terra pluuisse, Formiis portam 4
murumque de caelo tacta et, quod maxime terrebat, consulis Cn. Domiti bouem locutum 'Roma, caue tibi'. Ceterorum 5

9 plebei *Bψ*: -bis *Mg φL* etiam scito *B Mg*: iam *χ* 10 Atilio] *ante add.* a *Bχ* (*postea* classi), *del. Frob. 2* Baebio] *ante add.* a *χ*, *del. Frob. 2*, *ign. B* 11 urbanae *χ*: *om. B* peditum *Mg*: *om. Bχ* 12 Baebius *φL*: rebius *Bψ* naualibus *B*: nauibus *χ* consulibus *Mg*: -li *Bχ* ut ei *Gel.*: uti *Bχ* Romanos darent pedites *Bχ*: ped. darent Rom. *Mg* 13 aperte *φL*: a parte *Bψ; sic etiam c.* 25. 9 14 consulem senatus *Edd. uet.*: senatus cons. *Bψ* (*sed* consul): senatus consultum *φL*

21. 1 pararent *Edd. uet.*: -tur *Bχ* 3 terra *ψ Frob. 2*: -am *BφL fort. recte* (*cf.* 10. 31. 8); *sed cf.* 34. 45. 7, 37. 3. 3; *u.* 3. 10. 6 *adn.; nam Liuius utroque casu utitur* 4 consulis *ψ Pighius*: -li *L*: -lem *φ*: *om. B; de uocibus* consulis Cn. Domiti *dubitat Madv., tamquam ex margine inrepserint, sed cf. 'quod maxime terrebat'* locutum *Bχ*: -tam *Edd. uet.*

prodigiorum causa supplicatum est: bouem cum cura seruari alique haruspices iusserunt. Tiberis infestiore quam priore ⟨anno⟩ impetu inlatus urbi duos pontes, aedificia multa
6 maxime circa Flumentanam portam euertit. Saxum ingens siue imbribus seu motu terrae leniore quam ut alioqui sentiretur labefactatum in uicum Iugarium ex Capitolio procidit et multos oppressit. In agris passim inundatis pecua ablata, uillarum strages facta est.

7 Priusquam L. Quinctius consul in prouinciam perueniret, Q. Minucius in agro Pisano cum Liguribus signis conlatis pugnauit: nouem milia hostium occidit, ceteros fusos fugatos-
8 que in castra compulit. Ea usque in noctem magno certamine
9 oppugnata defensaque sunt. Nocte clam profecti Ligures, prima luce uacua castra Romanus inuasit; praedae minus inuentum est, quod subinde spolia agrorum capta domos
10 mittebant. Minucius nihil deinde laxamenti hostibus dedit: ex agro Pisano in Ligures profectus castella uicosque eorum
11 igni ferroque peruastauit. Ibi praeda Etrusca, quae missa a populatoribus fuerat, repletus est miles Romanus.

22 Sub idem tempus legati ab regibus Romam reuerterunt.
2 Qui cum nihil quod satis maturam causam belli haberet nisi aduersus Lacedaemonium tyrannum adtulissent, quem et Achaei legati nuntiabant contra foedus maritimam oram Laconum oppugnare, Atilius praetor cum classe missus in
3 Graeciam est ad tuendos socios. Consules, quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo in prouincias placuit. Domitius ab Arimino, qua proximum fuit, Quinctius per
4 Ligures in Boios uenit. Duo consulum agmina diuersa late agrum hostium peruastarunt. Primo equites eorum pauci

21. 5 ⟨anno⟩ *suppl. Tan. Faber, cf. c.* 9. 2 6 leniore *Bϕ*: *om.* ψ pecua *B Frob.* 2: pecora ϕ: pecunia ψ 7 consul *Dett. Aldus*: proconsul *B*χ 9 Romanus] *hic B*: *ante* uacua χ quod χ: quo *B* 10 eorum χ: *om. B* 11 Ibi *B*ψ: ubi ϕ (*cf.* 27. 5. 2 *adn.*)

22. 3 quando *B Mg* ψ: quod ϕ

cum praefectis, deinde uniuersus senatus, postremo in quibus aut fortuna aliqua aut dignitas erat, ad mille quingenti ad consules transfugerunt.

Et in utraque Hispania eo anno res prospere gestae; nam 5
et C. Flaminius oppidum Licabrum munitum opulentumque uineis expugnauit et nobilem regulum Corribilonem uiuum cepit, et M. Fuluius proconsul cum duobus exercitibus ho- 6
stium duo secunda proelia fecit, oppida duo Hispanorum, Vesceliam Helonemque, et castella multa expugnauit; alia uoluntate ad eum defecerunt. Tum in Oretanos progressus 7
et ibi duobus potitus oppidis, Noliba et Cusibi, ad Tagum amnem ire pergit. Toletum ibi parua urbs erat, sed loco munito. Eam cum oppugnaret, Vettonum magnus exercitus Toletanis subsidio uenit. Cum iis signis conlatis prospere 8
pugnauit et fusis Vettonibus operibus Toletum cepit.

Ceterum eo tempore minus ea bella quae gerebantur curae **23**
patribus erant quam expectatio nondum coepti cum Antiocho belli. Nam etsi per legatos identidem omnia explorabantur, 2
tamen rumores temere sine ullis auctoribus orti multa falsa ueris miscebant; inter quae allatum erat, cum in Aetoliam 3
uenisset Antiochus, extemplo classem eum in Siciliam missurum. Itaque senatus, etsi praetorem Atilium cum classe 4
miserat in Graeciam, tamen, quia non copiis modo sed etiam 5
auctoritate opus erat ad tenendos sociorum animos, T. Quinctium et Cn. Octauium et Cn. Seruilium et P. Villium legatos

4 ad (mille) *Mg E*: aut *Bχ* quingenti *B Mg*: *om.* χ 5 in (utr.) χ *om. B* C. (Flam.) χ: Cn. *B* regulum *Mog.*: regium *Bχ* Corribilonem ψ: conrib- *Bφ* 6 Vesceliam P^{x} *Dett.*: -lia *Bχ*: -llam *Mg* 8 Toletum χ: tonibus (*corr.* uetolu B^{1}) tum *B* (*ob* Vettonibus *supra*)

23. 2 etsi *Mog.*: et *Bχ*; *sed u. infra* explorabantur, tamen *Mg*: expromebantur et quod *B*, *sic sed om.* et χ, *inde pro* et quod *coni.* et quidem *Rossbach*; *sed ad rem aptius* explorabantur, *inde* etsi . . . tamen 5 tenendos *Tan. Faber*: tuendos *Bχ Mg ut uid.* (*sc. ad* tuendum) T. (Quinct.) *Mg*: L. *Bχ*

in Graeciam misit; et ut M. Baebius ex Bruttiis ad Tarentum
6 et Brundisium promoueret legiones decreuit, inde, si res
posceret, in Macedoniam traiceret; et ut M. Fuluius praetor
classem nauium uiginti mitteret ad tuendam Siciliae oram;
7 et ut cum imperio esset qui classem eam duceret—duxit L.
Oppius Salinator, qui priore anno aedilis plebei fuerat—; et
8 ut idem praetor L. Valerio collegae scriberet periculum esse
ne classis regis Antiochi ex Aetolia in Siciliam traiceret, itaque
placere senatui ad eum exercitum quem haberet tumul-
tuariorum militum ad duodecim milia et quadringentos
equites scriberet, quibus oram maritimam prouinciae qua
9 uergeret in Graeciam tueri posset. Eum dilectum praetor non
ex Sicilia ipsa tantum sed ex circumiacentibus insulis habuit
oppidaque omnia maritima quae in Graeciam uersa erant
10 praesidiis firmauit. Addidit alimenta rumoribus aduentus
Attali, Eumenis fratris, qui nuntiauit Antiochum regem
Hellespontum cum exercitu transisse et Aetolos ita se parare
11 ut sub aduentum eius in armis essent. Et Eumeni absenti et
praesenti Attalo gratiae actae et aedes liberae, locus, lautia
decreta et munera data: equi duo, bina equestria arma et
uasa argentea centum pondo et aurea uiginti pondo.

24 Cum alii atque alii nuntii bellum instare adferrent, ad rem
pertinere uisum est consules primo quoque tempore creari.
2 Itaque senatus consultum factum est, ut M. Fuluius praetor
litteras extemplo ad consulem mitteret quibus certior fieret
senatui placere prouincia exercituque tradito legatis Romam
3 reuerti eum et ex itinere praemittere edictum quo comitia

23. 6 inde] *ante add.* ut *Frob. 2*, et *H. J. Müller* ut (M. Ful.) *Frob. 2*: *om.* $B\chi$ 8 senatui] *post add.* ut ϕ, *sed cf.* § 6 *adn.; haud aliter infra pro* scriberet *corr.* eum scribere *Frob. 2* ad (duod.) *B Mg*: *om.* χ qua *Frob. 2*: quae $B\chi$ 9 ex (Sic.) χ: *om. B* 10 alimenta rumoribus χ: -tarum operibus *B* 11 (data) equi duo, bina (eq.) *Gel.* ('*antiqua scriptura*': *Mg? et infra*): (data)e qui duo bina(e q.) ψ: equi duobus in *B*: quina boum ϕ et aurea . . . pondo *Gel.* (*ut supra*): *om.* $B\chi$

consulibus creandis ediceret. Paruit iis litteris consul et praemisso edicto Romam uenit.

Eo quoque anno magna ambitio fuit, quod patricii tres in 4
unum locum petierunt, P. Cornelius Cn. f. Scipio, qui priore anno repulsam tulerat, et L. Cornelius Scipio et Cn. Manlius Volso. P. Scipioni, ut dilatum uiro tali non negatum honorem 5
appareret, consulatus datus est; additur ei de plebe collega M'. Acilius Glabrio. Postero die praetores creati L. Aemilius 6
Paulus M. Aemilius Lepidus M. Iunius Brutus A. Cornelius Mammula C. Liuius et L. Oppius, utrique eorum Salinator cognomen erat; Oppius is erat qui classem uiginti nauium in Siciliam duxerat. Interim dum noui magistratus sortirentur 7
prouincias, M. Baebius a Brundisio cum omnibus copiis transire in Epirum est iussus et circa Apolloniam copias continere, et M. Fuluio praetori urbano negotium datum est ut 8
quinqueremes nouas quinquaginta faceret.

Et populus quidem Romanus ita se ad omnes conatus **25**
Antiochi praeparabat: Nabis iam non differebat bellum sed 2
summa ui Gytheum oppugnabat et infestus Achaeis, quod miserant obsessis praesidium, agros eorum uastabat. Achaei 3
non antea ausi capessere bellum quam ab Roma reuertissent legati, ut quid senatui placeret scirent, post reditum lega- 4
torum et Sicyonem concilium edixerunt et legatos ad T. Quinctium miserunt qui consilium ab eo peterent. In con- 5
cilio omnium ad bellum extemplo capessendum inclinatae sententiae erant; litterae T. Quincti cunctationem iniecerunt,

24. 4 qui priore . . Scipio *Bψ*: *om.* *φ* 5 additur *B Mg ψ*: -tus *φ* M'. (Acil.) *Pighius*: m. *Bχ* 6 Paulus M. Aemilius *χ*: *om.* *B* Brutus *Mg*: *om.* *Bχ* A (Corn.) *Frob. 2*: l. *Bχ* 7 M. (Baeb.) *Mog.*: Cn. *B* (*sed* baebilis) *χ*: C. *Mg; sed cf. cc.* 20. 8, 23. 5

25. 2 Gytheum *B*, cy- *χ*; *sic etiam c.* 27. 12; *alibi uariatur*, *cf. c.* 12. 8 *adn.*, *cc.* 25. 11 *et* 12, 27. 8, 37. 3 cythelum *Bχ* (cytheum *L*), *cf. c.* 27. 13; *c.* 27. 10 gytelo *Bχ* (gytheo *L*); *c.* 27. 14 gythelo *B*, cy- *χ* (cytheo *L*) infestus *Bχ*: infensus *Mg* miserant *χ*: -rat *B* 4 concilium *Bφ*: consil- *ψ* 5 iniecerunt *Mg*: fecerunt *Bχ*

quibus auctor erat praetorem classemque Romanam expe-
6 ctandi. Cum principum alii in sententia permanerent, alii uten-
dum eius quem ipsi consuluissent consilio censerent, multitudo
7 Philopoemenis sententiam expectabat. Praetor is tum erat
et omnes eo tempore et prudentia et auctoritate anteibat. Is
praefatus bene comparatum apud Aetolos esse ne praetor,
cum de bello consuluisset, ipse sententiam diceret, statuere
8 quam primum ipsos quid uellent iussit: praetorem decreta
eorum cum fide et cura exsecuturum adnisurumque ut, quan-
tum in consilio humano positum esset, nec pacis eos paeniteret
9 nec belli. Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum
habuit quam si aperte suadendo cupiditatem res gerendi
10 ostendisset. Itaque ingenti consensu bellum decretum est,
tempus et ratio administrandi eius libera praetori permissa.
11 Philopoemen, praeterquam quod ita Quinctio placeret, et ipse
existimabat classem Romanam expectandam, quae a mari
12 Gytheum tueri posset; sed metuens ne dilationem res non
pateretur et non Gytheum solum sed praesidium quoque
missum ad tuendam urbem amitteretur, naues Achaeorum
deduxit.

26 Comparauerat et tyrannus modicam classem ad prohibenda
si qua obsessis mari submitterentur praesidia, tres tectas
naues et lembos pristesque, tradita uetere classe ex foedere
2 Romanis. Harum nouarum tum nauium agilitatem ut experi-
retur, simul ut omnia satis apta ad certamen essent, prouectos

25. 7 praefatus *B Mg*: -fectus χ esse ne *Mg* χ: essent *B* 9 oratio *Mg*: ratio *B*χ 10 permissa] *post add.* sunt *Frob. 2*, *post* Philop. χ: *ign. B* 11 Philopoemen] -poemen *Frob. 2*: -po eumenes *B*: -pemene χ; *sic etiam c.* 26. 9. *Postea ita se habet res*: -po emenes *c.* 27. 4, 9, *tum semper* -poemenes *B*, -pemenes χ; *ad c.* 27. 9 *Gel. adnotat* -poemenes '*ubique contra fidem ueterum codicum*', -poemen '*legendum*', *sc. potius ex Mg*, *ut Carb. ad cc.* 27. 9 *et* 15, 28. 1 a (mari) *Mg*: *om. B*χ 12 non (pat.) χ: *om. B*

26. 1 pristesque *Gel.* (-teis-): trisisque *B*χ; *cf.* 44. 28. 1 2 nouarum *Mg*: ut nouarum tum *B*χ (*sed* aut ψ *pro* ut); *u. infra* ut (exper.) . . . ut (omn.) *Mg*: *om.* ut *bis B*χ

in altum cotidie remigem militemque simulacris naualis
pugnae exercebat, in eo ratus uerti spem obsidionis si prae-
sidia maritima interclusisset. Praetor Achaeorum sicut terre- 3
strium certaminum arte quemuis clarorum imperatorum uel
usu uel ingenio aequabat, ita rudis in re nauali erat, Arcas, 4
mediterraneus homo, externorum etiam omnium, nisi quod
in Creta praefectus auxiliorum militauerat, ignarus. Nauis 5
erat quadriremis uetus, capta annis octoginta ante, cum
Crateri uxorem Nicaeam a Naupacto Corinthum ueheret.
Huius fama motus—fuerat enim nobile in classe regia quon- 6
dam nauigium—deduci ab Aegio putrem iam admodum et
uetustate dilabentem iussit. Hac tum praetoria naue prae- 7
cedente classem, cum in ea Patrensis Tiso praefectus classis
ueheretur, occurrerunt a Gytheo Laconum naues; et primo 8
statim incursu ad nouam et firmam nauem uetus, quae per se
ipsa omnibus compagibus aquam acciperet, diuulsa est
captique omnes qui in naue erant. Cetera classis praetoria 9
naue amissa quantum quaeque remis ualuit fugerunt. Ipse
Philopoemen in leui speculatoria naue fugit nec ante fugae

2 simulacris naualis pugnae *Mg*: simul achaeis nauibus pugnam *Bχ* exercebat *B Mg*: -bant *χ* 3 uel (usu) *Mg*: *om. Bχ* 4 Creta *Mg χ*: [*spat. vi litt.*] *B* 4–5 ignarus. Nauis erat *Mg*: *om. Bχ*; *u. Carb. primo ad* § 4, *postea de* §§ 5–6 *ad 'Annotatorum' finem* 5 octoginta] lxxx *Bχ*, *sc. ad an. A.C. 272; cf.* xl *ap. Plut.*, *Philop.* 14, *sc. ad an. A.C. 232; utrumque ut ex Polybio auctore; neque tamen rebus anni A.C. 232 apte scriptum est* (octog.) ante, cum *Frob. 1*, *iam* antequam *Mg*: ante (octog.) cum *Bχ* Crateri] -i *Bχ*: -e *Mg*: *post suppl.* ⟨filii⟩ *Schorn* (*potius* ⟨filii Alexandri⟩) Nicaeam *Mg*: nicalam *χ*: nicolam *B*; *erat quidem 'Nicaea' nomine uxor Alexandri* (*cf. Plut.*, *Arat.* 17), *fort. iam an. A.C. 272*, *uix an. A.C. 232*, *in naue nobili uehenda* (*u. Beloch*, *Griech. Gesch.* (*ed. 2*) *iv*, *2*, *p. 519*); *ignota Crateri uxor*, *sed an. A.C. 272 magnifice uehi poterat*, *neque nomen ei adimere debemus emendando* 6 fama motus *Mg χ*: famosus *B* fuerat *Mg*: [*spat. v litt.*] *B*: uenit *χ* Aegio *Mg*: aegeo *B*: hec eo *χ* iam *Bχ*: eam *Mg* 7 tum *Bχ*: cum *Mg* praecedente *φ*: -tem *Bψ* Tiso *Gel.*: piso *Bχ* 8 omnibus *B*: -nis *χ* 9 speculatoria *Mg*: piscat- *Bχ* fugit *χ*: fuit *B Mg ut uid.*

10 finem quam Patras uentum est fecit. Nihil ea res animum militaris uiri et multos experti casus imminuit: quin contra, si in re nauali, cuius esset ignarus, offendisset, eo plus in ea quorum usu calleret spei nactus, breue id tyranno gaudium se effecturum adfirmabat.

27 Nabis cum prospera ⟨re⟩ elatus, tum spem etiam haud
2 dubiam nactus nihil iam a mari periculi fore, et terrestres aditus claudere opportune positis praesidiis uoluit. Tertia parte copiarum ab obsidione Gythei abducta ad Pleias posuit
3 ⟨castra⟩; imminet is locus et Leucis et Acriis, qua uidebantur hostes exercitum admoturi. Cum ibi statiua essent ⟨et⟩ pauci tabernacula haberent, multitudo alia casas ex harundine
4 textas fronde, quae umbram modo praeberet, texissent, priusquam in conspectum hostis ueniret, Philopoemen necopi-
5 nantem eum improuiso genere belli adgredi statuit. Nauigia parua in stationem occultam agri Argiui contraxit; in ea expeditos milites, caetratos plerosque, cum fundis et iaculis
6 et alio leui genere armaturae imposuit. Inde litora legens cum ad propinquum castris hostium promunturium uenisset, egressus callibus notis nocte Pleias peruenit et, sopitis uigilibus ut in nullo propinquo metu, ignem casis ab omni parte

26. 9 Patras $B\chi$: *coni.* Prasias *F. Rühl*, *ut ad sequentia aptius; sed longius fugit Philopoemen, ut uid., sc. rursus ad Patras, unde mox* (*neque plus in contextu ap. Plut., Philop.* 14 *ualet* εὐθύς) *in agrum Argiuum peruenit* est *Dett. Gron.*: sit $B\chi$

27. 1 cum prospera ⟨re⟩ elatus *Aldus* (*sic* ⟨re⟩ *post* elatus *Frob. 2*): quum prospere latus *Mg*: *om.* $B\chi$ etiam *B Mg ut uid.* (*sed om.* spem): iam χ a (mari) *Mg*: *om.* $B\chi$ 1–2 fore, et] *sic* fore *Mg*, et *Mog.*: timens $B\chi$, *suppl.* et *Edd. uet.* 2 Pleias ϕ: plebeias $B\psi$; *cf.* § 6 *adn.* ⟨castra⟩ *suppl. Edd. uet.* 3 ⟨et⟩ *suppl. Asc.*: *ign. B Mg* χ; *sed nimis dure per Asyndeton* haberent *B* (*ante scr.* erant *B*, *del.* B^1) χ: habere *Mg ut uid.* ex harundine] -e *Mg*: -ibus $B\chi$; *cf.* 27. 3. 3, 30. 3. 9, *sic uero sine* ex, *unde hic delendum* ex *coni. M. Müller* praeberet] -ret *Frob.* 1: -rent $B\chi$ texissent *Asc.*: erexisset $B\psi$, -issent ϕ 4 hostis] -is *B*: -i χ: -ium *Mg* 6 uenisset] -et *B*: -ent χ Pleias $B\phi$: plebeias ψ

castrorum iniecit. Multi prius incendio absumpti sunt quam 7
hostium aduentum sentirent, et qui senserant nullam opem
ferre potuerunt. Ferro flammaque omnia absumpta; per- 8
pauci ex tam ancipiti peste ad Gytheum in maiora castra
perfugerunt. Ita perculsis hostibus Philopoemen protinus ad 9
depopulandam Tripolim Laconici agri, qui proximus finem
Megalopolitarum est, duxit et magna ui pecorum hominum- 10
que inde abrepta, priusquam a Gytheo tyrannus praesidium
agris mitteret, discessit. Inde Tegeam exercitu contracto 11
concilioque eodem et Achaeis et sociis indicto, in quo et
Epirotarum et Acarnanum fuere principes, statuit, quoniam 12
satis et suorum a pudore maritimae ignominiae restituti
animi et hostium conterriti essent, ad Lacedaemonem ducere,
eo modo uno ratus ab obsidione Gythei hostem abduci posse.
Ad Caryas primum in hostium terra posuit castra. Eo ipso 13
die Gytheum expugnatum est. Cuius rei ignarus Philopoemen
castra ad Barbosthenem—mons est decem milia passuum ab
Lacedaemone—promouit. Et Nabis recepto Gytheo cum ex- 14
pedito exercitu inde profectus, cum praeter Lacedaemonem
raptim duxisset, Pyrrhi quae uocant castra occupauit, quem
peti locum ab Achaeis non dubitabat. Inde hostibus occurrit.
Obtinebant autem longo agmine propter angustias uiae prope 15

7 absumpti] ab- *Dett.*: ad- *Bχ*; *sic etiam* § 8 (*sed* as- *Bφ*) 8 ex tam *Bekker*: tam *Bψ*: tamen *φ Edd. uet.*: tamen ex tam *Mg ut uid.* (*sc. ad* ex tam *Mg*, tamen *de contextu ex Edd. uet.*): *coni.* tam ex *Madv.* 11 Tegeam *Gel.* (*ut ex 'codd'.*): tegelam *B*: telegam *χ* et (Acar.) *Dett.*: *om. Bχ* 12 et (suorum) *Asc.*: essent testes *Bχ*, *inde* et *post* suorum: *coni.* praesentes *M. Müller*, essent fortes *Rossbach*, *frustra; nam potius ex gloss.* testes (*ad praec.* principes) *uidetur corruptum* pudore *χ*: pu[*spat. iv litt.*] *B* 13 Caryas *Vascos.*: carias *Bχ*; *cf.* 34. 26. 9 Gytheum] cythelum *χ*, -eum *L*: *om. B* (expug.) est *Mg*: *om. Bχ* castra *Bχ*: *secl. Hertz conl.* processit (*Bχ*) *infra* Barbosthenem] barbosthenes *B Edd. uet.*, *corr.* -nem *Asc.*: barbasthenes *χ*: Barnosthenem *Curtius* (*Pelop. ii, p. 321, conl.* Βαρνοῦς) *ex c.* 30. 9: *coni.* Parnostene *Harant* (*conl. Paus.* 2. 38. 7 *de 'Parnone'*); *nomen incertum, u. c.* 30. 9 *adn.* promouit *Mog.*: processit *Bχ*, *cf. c.* 29. 9 *adn.*; *sed cf.* 44. 9. 10

quinque milia passuum; cogebatur agmen ab equitibus et maxima [a] parte auxiliorum, quod existimabat Philopoemen tyrannum mercennariis militibus, quibus plurimum fideret,
16 ab tergo suos adgressurum. Duae res simul inopinatae perculerunt eum: una praeoccupatus quem petebat locus, altera quod primo agmini occurrisse hostem cernebat, ubi, cum per loca confragosa iter esset, sine leuis armaturae praesidio signa ferri non uidebat posse.

28 Erat autem Philopoemen praecipuae in ducendo agmine locisque capiendis sollertiae atque usus, nec belli tantum temporibus sed etiam in pace ad id maxime animum exer-
2 cuerat. Vbi iter quopiam faceret et ad difficilem transitu saltum uenisset, contemplatus ab omni parte loci naturam, cum solus iret secum ipse agitabat animo, cum comites
3 haberet ab his quaerebat, si hostis eo loco apparuisset, quid si a fronte, quid si ab latere hoc aut illo, quid si ab tergo adoriretur capiendum consilii foret: posse instructos derecta acie, posse inconditum agmen et tantummodo aptum uiae
4 occurrere. Quem locum ipse capturus esset cogitando aut quaerendo exsequebatur, aut quot armatis aut quo genere armorum—plurimum enim interesse—usurus; quo impedi-
5 menta, quo sarcinas, quo turbam inermem reiceret; quanto ea aut quali praesidio custodiret; et utrum pergere qua coepisset ire uia an eam qua uenisset repetere melius esset;
6 castris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplecteretur loci, qua opportuna aquatio, qua pabuli lignorumque copia esset; qua postero die castra mouenti tutum

27. 15 parte] *ante add.* a $B\chi$, *secl. Perizonius* militibus χ: equitibus *B* 16 inopinatae] -atae $B\chi$: -antem *Mg*

28. 1 animum *Mg* (*Carb.*, *Gel.*): *om.* $B\chi$, *sed suppl.* se *ante* ad 2 et (ad) ϕ: *om.* $B\psi$ 3 posse *Dett.*: hos se $B\chi$, *inde* hostes *Dett. Edd. uet.* derecta] directa *B*, *corr. H. J. Müller*: recta χ, *sed uix ut in agmine; u.* 31. 24. 9, 34. 28. 6 *adnn.; ad rem cf.* 3. 27. 6 inconditum *Dett.*: incognitum $B\chi$

maxime iter, quae forma agminis esset. His curis cogitationi- 7
busque ita ab ineunte aetate animum agitauerat ut nulla ei
noua in tali re cogitatio esset. Et tum omnium primum agmen 8
constituit; dein Cretenses auxiliares et quos Tarentinos uoca-
bant equites binos secum trahentes equos ad prima signa
misit et iussis equitibus subsequi super torrentem unde
aquari possent rupem occupauit. Eo impedimenta omnia et 9
calonum turbam conlectam armatis circumdedit et pro natura
loci castra communiuit; tabernacula statuere in aspretis et
inaequabili solo difficile erat. Hostes quingentos passus ab- 10
erant. Ex eodem riuo utrique cum praesidio leuis armaturae
aquati sunt; et priusquam, qualia [in] propinquis castris
solent, contraheretur certamen, nox interuenit: postero die 11
apparebat pugnandum pro aquatoribus circa riuum esse.
Nocte in ualle a conspectu hostium auersa quantam multitu-
dinem locus occulere poterat condidit caetratorum.

Luce orta Cretensium leuis armatura et Tarentini equites **29**
super torrentem proelium commiserunt. Telemnastus Cre-
tensis popularibus suis, equitibus Lycortas Megalopolitanus
praeerat. Cretenses et hostium auxiliares equitumque idem 2
genus, Tarentini, praesidio aquatoribus erant. Aliquamdiu
dubium proelium fuit, ut eodem ex parte utraque hominum
genere et armis paribus. Procedente certamine et numero 3
uicere tyranni auxiliares et quia ita praeceptum a Philo-
poemene praefectis erat ut modico edito proelio in fugam
inclinarent hostemque ad locum insidiarum pertraherent.

6 (agm.) esset $B\chi$: foret *Frob.* 2 7 His ϕ: iis $B\psi$ 8 Et (tum) χ: *om. B* 9 conlectam *B Mg*: coniectam χ 10 utrique $B\chi$: utrinque *Mg* [in] $B\chi$, *secl.* Duker: *coni.* tam *Weissenb. Harant, cf.* 23. 17. 7; *sed hic universe, ut ad* solent

29. 1 Telemnastus] Tel- *Valesius*: let- $B\chi$; *cf. Pol.* 33. 16. 6 Lycortas *Mg*: lyportas $B\phi$, lip- ψA 2 Cretenses . . . erant] *de sententia per Chiasmum dure composita frustra sese angunt Madv.* (*Em. p.* 511; *cf. Ed.* 2, *p. xvi*) *M. Müller* erant χ: *om. B* 3 tyranni χ: *om. B*

Effuse secuti fugientes per conuallem plerique et uolnerati
et interfecti sunt, priusquam occultum hostem uiderent.
4 Caetrati ita, quantum latitudo uallis patiebatur, instructi
sederant ut facile per interualla ordinum fugientes suos acci-
5 perent. Consurgunt deinde ipsi integri, recentes, instructi, et
in hostes inordinatos, effusos, labore etiam et uolneribus fessos
6 impetum faciunt. Nec dubia uictoria fuit. Extemplo terga dedit
tyranni miles et haud paulo concitatiore cursu quam secutus
7 erat fugiens ad castra est compulsus; multi caesi captique
in ea fuga sunt. Et in castris quoque foret trepidatum, ni
Philopoemen receptui cani iussisset, loca magis confragosa et
quacumque temere processisset iniqua quam hostem metuens.
8 Inde et ex fortuna pugnae et ex ingenio ducis coniectans
in quo tum is pauore esset, unum de auxiliaribus specie trans-
9 fugae mittit ad eum, qui pro comperto adferret Achaeos sta-
tuisse postero die ad Eurotan amnem, qui prope ipsis adfluit
moenibus, progredi ut intercluderent iter, ne aut tyrannus
10 cum uellet receptum ad urbem haberet aut commeatus ab
urbe in castra portarentur, simul et temptaturos si quorum
11 animi sollicitari ad defectionem a tyranno possent. Non tam
fidem dictis perfuga fecit quam perculso metu relinquendi
12 castra causam probabilem praebuit. Postero die Pythagoran
cum auxiliaribus et equitatu stationem agere pro uallo iussit:

29. 3 Effuse *Edd. uet.*: -si $B\chi$; *sed cf.* 21. 55. 3, 25. 38. 11 5 et (in) χ: *om. B* 6 ad (castr.) *Mg*: in $B\chi$ *usitate; sed hic aptius* ad *de fuga, cf.* 10. 19. 20, 37. 42. 8 7 ea *Mg*: *om.* $B\chi$ in (castr.) *Edd. uet.*: *om.* $B\chi$ et (qua.) *Frob 2*: *om.* $B\chi$ iniqua quam *Frob. 1*: nequaquam $B\chi$ 8 (Inde) et *Mg*: *om.* $B\chi$ et ex (ing.) *B Frob. 2*: ex χ: et *Edd. uet. Mog.* auxiliaribus] *inde praesumpsit ex* § 12 et equitatu . . . iussit *B*, *del.* B^1 specie] *ante add.* in *Mg ut uid.* 9 Eurotan] eurotam ϕ, *sed* -an *Bekker*: euroan *B*: curo an ψ; *u. cc.* 30. 7, 35. 10; *cf.* 34. 28. 12 *adn.* progredi *Mg*: procedere $B\chi$, *cf. c.* 27. 13 *adn.* ut *Mg* χ: *om. B* intercluderent iter *Mg*: -derentur $B\chi$ 10 (simul) et *Mg*: etiam $B\chi$ temptaturos] -os $B\chi$: -us *Edd. uet. Mg ut uid.* possent χ: posset *B* 12 Pythagoran] -an *scripsi*: -ā $B\psi E$: -am ϕV; *u.* 34. 40. 2 *adn.*

ipse tamquam in aciem cum robore exercitus egressus signa ocius ferri ad urbem iussit.

Philopoemen postquam citatum agmen per angustam et 30
procliuem uiam duci raptim uidit, equitatum omnem et Cretensium auxiliares in stationem hostium quae pro castris erat emittit. Illi ubi hostes adesse et a suis se desertos uiderunt, 2
primo in castra recipere se conati sunt; deinde postquam in- 3
structa acies tota Achaeorum admouebatur, metu ne cum ipsis castris caperentur, sequi suorum agmen aliquantum praegressum insistunt. Extemplo caetrati Achaeorum in 4
castra impetum faciunt et diripiunt; ceteri ad persequendos hostes ire pergunt. Erat iter tale per quod uix tranquillum ab hostili metu agmen expediri posset. Vt uero ad postremos 5
proelium ortum est clamorque terribilis ab tergo pauentium ad prima signa est perlatus, pro se quisque armis abiectis in circumiectas itineri siluas diffugiunt, momentoque temporis 6
strage armorum saepta uia est, maxime hastis, quae pleraeque aduersae cadentes uelut uallo obiecto iter impediebant. Philo- 7
poemen utcumque possent instare et persequi auxiliaribus iussis—utique enim equitibus haud facilem futuram fugam —ipse grauius agmen uia patentiore ad Eurotan amnem deduxit. Ibi castris sub occasum solis positis leuem armaturam, 8
quam ad persequendum reliquerat hostem, opperiebatur. Qui ubi prima uigilia uenerunt, nuntiantes tyrannum cum paucis ad urbem penetrasse, ceteram multitudinem inermem toto sparsam uagari saltu, corpora curare eos iubet. Ipse ex 9
cetera copia militum qui, quia priores in castra uenerant,

30. 1 procliuem] -em *Bχ*: -am *Mg* 2 a (suis) *B*: *om.* χ 4 et diripiunt *Mg*: *om. Bχ*: *post* et *suppl.* ⟨ea⟩ *M. Müller*, *iam Gron.* (*uel* ea *pro* et); *sed impetu scriptum est; cf.* 26. 30. 1, 42. 59. 9 uix *Mog.*: uia *Bχ* expediri] -iri *Mog.*: -ire *Bχ* 6 aduersae] ad- *Bχ*: *coni.* trans- *Duker*; *sed cf.* strage 7 facilem *Asc.*: -le *Bχ* Eurotan *Bχ*: -am *P; cf. c.* 29. 9 *adn.* 8 reliquerat B^1 φ: relinquerat *BA*, -queret ψ inermem χ: *om. B* 9 ex (cet.) *Mg*: *ante add.* cum *Bψ*, tum φ

refecti et cibo sumpto et modica quiete erant delectos, nihil praeter gladios secum ferentes, extemplo educit et duarum portarum itineribus quae Pharas quaeque Barbosthenem ferunt eos instruxit, qua ex fuga recepturos sese hostes
10 credebat. Nec eum opinio fefellit. Nam Lacedaemonii, quoad lucis superfuit quicquam, deuiis callibus medio saltu recipiebant se; primo uespere, ut lumina in castris hostium con-
11 spexere, regione eorum occultis semitis se tenuerunt; ubi praegressi ea sunt, iam tutum rati in patentes uias descenderunt. Ibi excepti ab insidente hoste passim ita multi caesi captique sunt ut uix quarta pars de toto exercitu euaserit.
12 Philopoemen incluso tyranno in urbem insequentes dies prope triginta uastandis agris Laconum absumpsit debilita-
13 tisque ac prope fractis tyranni uiribus domum rediit, aequantibus eum gloria rerum Achaeis imperatori Romano et, quod ad Laconum bellum attineret, praeferentibus etiam.

31 Dum inter Achaeos et tyrannum bellum erat, legati Romanorum circuire sociorum urbes solliciti ne Aetoli partis
2 alicuius animos ad Antiochum auertissent. Minimum operae in Achaeis adeundis consumpserunt, quos, quia Nabidi infesti erant, ad cetera quoque satis fidos censebant esse.

30. 9 Pharas *Valesius*: phacas *Bφ*, phagas *ψ*; *cf. Pol.* 16. 16, 3, 8 Barbosthenem] *u. c.* 27. 13 *adn.*: barnosthenes *Bχ; ante suppl.* ad *Wesenberg* (*ut de monte*), *hic uix necess.* 10 quicquam *Mg*: qua *Bχ* regione *Bχ*: *ante add.* e *Dett.*, *sc. ut 'ex aduerso'; sed Lacedaemonii Spartam redeuntes, cum Achaei castra iam ad Eurotan posuissent* (§§ 7–8), *opus erat ut ad urbem* regione eorum *accederent*, *cf.* 3. 66. 5; *u.* 10. 43. 11 *adn.* 11 praegressi ea sunt *Bχ*: ea sunt praegressi *Mg ut uid.*: praetergressi eas sunt *Pmg Emg*: ea sunt praetergressi *M. Müller*, *iam Pluygers* (*cf. Madv.*, *Ed. 2*, *p. xvii*); *sed Lacedaemonii 'regione hostium'* (*ut* § 10), *cum 'semitis se tenuissent'*, praegressi ea (*sc. 'uia'*) sunt (*ut H. J. Müller; cf.* 36. 16. 8, 43. 19. 3); *quo in contextu* praegressi *satis apte scriptum est*, *neque* praetergressi ea (*sc. 'castra'*) *uel* eas (*sc. 'semitas'*) *corrigendum* descenderunt] -erunt *Aldus*: -erant *Bχ*: *coni.* -ebant *Hertz* Ibi *χ*: ubi *B*

31. 1 circuire *B*, circumire *χ*: circumiere *Mog. Madv.* (*Em. p. 512*) solliciti] *hic Bχ*: *ante* soc. *Mg ut uid.*, *Edd. uet.*

Athenas primum, inde Chalcidem, inde in Thessaliam iere, 3
adlocutique concilio frequenti Thessalos Demetriadem iter
flexere. Eo Magnetum concilium indictum est. Accuratior 4
ibi habenda oratio fuit, quod pars principum alienati Romanis
totique Antiochi et Aetolorum erant, quia cum reddi ob- 5
sidem filium Philippo allatum esset stipendiumque impositum
remitti, inter cetera uana allatum erat Demetriadem quoque
ei reddituros Romanos esse. Id ne fieret, Eurylochus princeps 6
Magnetum factionisque eius quidam omnia nouari Aetolorum
Antiochique aduentu malebant. Aduersus eos ita disserendum 7
erat ne timorem uanum iis demendo spes incisa Philippum
abalienaret, in quo plus ad omnia momenti quam in Magneti-
bus esset. Illa tantum commemorata, cum totam Graeciam 8
beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse, tum eam ciui-
tatem praecipue; ibi enim non praesidium modo Macedonum 9
fuisse sed regiam exaedificatam, ut praesens semper in oculis
habendus esset dominus; ceterum nequiquam ea facta, si 10
Aetoli Antiochum in Philippi regiam adducerent et nouus et
incognitus pro uetere et experto habendus rex esset. Magne- 11
tarchen summum magistratum uocant; is tum Eurylochus
erat, ac potestate ea fretus negauit dissimulandum sibi et
Magnetibus esse quae fama uolgata de reddenda Demetriade
Philippo foret: id ne fieret, omnia et conanda et audenda 12
Magnetibus esse. Et inter dicendi contentionem inconsultius
euectus proiecit tum quoque specie liberam Demetriadem
esse, re uera omnia ad nutum Romanorum fieri. Sub hanc 13
uocem fremitus uariantis multitudinis fuit partim adsensum

3 flexere *Mg*: direxere *Bχ*; *cf.* 29. 33. 8 4 alienati] *post add.* a *Edd. uet.*, *non necess.* 5 ei (redd.) *φ*: et *BψP* 6 Eurylochus] euri locus *Bχ*, *corr. Edd. uet.*; *cf.* § 11, *c.* 32. 1 eurilochus *Bχ*, *c.* 34. 6 eurylochus *B* omnia *B Mog.*: *om.* χ aduentu *Aldus*: -tum *Bχ* 8 obnoxiam *Edd. uet.*: -ia *Bχ* (*postea* esset χ) 10 uetere *Mg*: noto *Bχ*, *ut ex gloss.* 13 hanc uocem *Mog.*: hac uoce *Bχ* adsensum . . . indignationem] -sum . . . -tionem χ: -su . . . -tione *B*: -tientium . . . -ntium

(*ad paginam proximam*)

partim indignationem dicere id ausum eum; Quinctius quidem adeo exarsit ira ut manus ad caelum tendens deos testes
14 ingrati ac perfidi Magnetum inuocaret. Hac uoce perterritis omnibus Zeno ex principibus unus, magnae cum ob eleganter actam uitam auctoritatis tum quod semper Romanorum haud dubie partis fuerat, ab Quinctio legatisque aliis flens
15 petit ne unius amentiam ciuitati adsignarent: suo quemque periculo furere. Magnetas non libertatem modo sed omnia quae hominibus sancta caraque sint T. Quinctio et populo
16 Romano debere: nihil quemquam ab diis immortalibus precari posse quod non Magnetes ab illis haberent, et in corpora sua citius per furorem saeuituros quam ut Romanam amicitiam uiolarent.

32 Huius orationem subsecutae multitudinis preces sunt; Eurylochus ex concilio itineribus occultis ad portam atque
2 inde protinus in Aetoliam profugit. Iam enim et id magis in dies Aetoli defectionem nudabant, eoque ipso forte tempore Thoas princeps gentis, quem miserant ad Antiochum, redierat inde Menippumque secum adduxerat regis legatum.
3 Qui, priusquam concilium iis daretur, impleuerant omnium
4 aures terrestres naualesque copias commemorando: ingentem uim peditum equitumque uenire, ex India elephantos accitos, ante omnia, quo maxime credebant moueri multitudinis animos, tantum aduehi auri ut ipsos emere Romanos posset.
5 Apparebat quid ea oratio in concilio motura esset; nam et

Dett. Edd. uet.; *sed potius Accus. ad* uariantis *scribendum*, *cf.* 21. 28. 5 *adn.*, *neque obstat ordo uerborum* manus χ: -um *B* deos *Edd. uet.*: ac deos *B*χ, *ante* ac *suppl.* ⟨homines⟩ *Rossbach* (*cf. c.* 33. 3) 15 ne χ: *om. B* furere χ: fuere *BPL*

32. 1 concilio *L*: consilio *B*χ; *sed cf. c.* 31. 3 inde *Mg*: *om. B*χ 2 forte] *hic* χ: *post* temp. *B* Thoas *Edd. uet.*: phoas *B*χ (*sic etiam* § 8); *u. cc.* 12. 4, 33. 7 *adnn.*; *cf.* 36. 7. 12, 26. 2 redierat *Edd. uet.*: -ibat *B*χ inde Menippumque] *sic Mg sed* quem *pro* que, *corr. Drak.*: indeque menippum *B*χ 4 elephantos *Mg* χ: -tes *B*; *sed u.* 32. 27. 2 *adn.* accitos *Mg*: *om. B*χ ante *Mg*: ad *B*χ posset *B*χ: possit *Mg*

uenisse eos et quae agerent omnia legatis Romanis defere-
bantur; et quamquam prope abscisa spes erat, tamen non ab 6
re esse Quinctio uisum est sociorum aliquos legatos interesse
ei concilio, qui admonerent Romanae societatis Aetolos, qui
uocem liberam mittere aduersus regis legatum auderent.
Athenienses maxime in eam rem idonei uisi sunt et propter 7
ciuitatis dignitatem et uetustam societatem cum Aetolis. Ab
iis Quinctius petit ut legatos ad Panaetolicum concilium
mitterent. Thoas primus in eo concilio renuntiauit lega- 8
tionem. Menippus post eum intromissus optimum fuisse
omnibus qui Graeciam Asiamque incolerent ait integris rebus
Philippi potuisse interuenire Antiochum: sua quemque 9
habiturum fuisse neque omnia sub nutum dicionemque
Romanam peruentura. 'Nunc quoque' inquit, 'si modo uos 10
quae incohastis consilia constanter perducitis ad exitum,
poterit diis iuuantibus et Aetolis sociis Antiochus quamuis
inclinatas Graeciae res restituere in pristinam dignitatem.
Ea autem in libertate posita est quae suis stat uiribus, non 11
ex alieno arbitrio pendet.' Athenienses, quibus primis post 12
regiam legationem dicendi quae uellent potestas facta est,
mentione omni regis praetermissa Romanae societatis Aetolos
meritorumque in uniuersam Graeciam T. Quincti ad-
monuerunt: ne temere eam nimia celeritate consiliorum 13
euerterent; consilia calida et audacia prima specie laeta,
tractatu dura, euentu tristia esse. legatos Romanos, et in iis
T. Quinctium, haud procul inde abesse; dum integra omnia 14
essent, uerbis potius de iis quae ambigerentur disceptarent
quam Asiam Europamque ad funestum armarent bellum.

Multitudo auida nouandi res Antiochi tota erat, et ne **33**

6 spes *Duker*: res $B\chi$ 7 et (propter)] *hic Mg*: *post* prop. $B\chi$; *cf.* 42. 64. 7 *et sic saepe* uetustam societatem *Mg*: amicitiam $B\chi$, *ut ex gloss.* petit $B\chi$: -iit *Edd. uet.* 8 intromissus] *ante add.* est $B\chi$, *secl. Edd. uet.* 10 incohastis] inchoastis *B Mg*: inchoatis χ 12 meritorumque χ: *om.* que *B* 13 calida *Dett. Gron.*: callida $B\chi$; *sed cf.* 22. 24. 2 iis χ: his *B*; *sic etiam* § 14

admittendos quidem in concilium Romanos censebant; principum maxime seniores auctoritate obtinuerunt ut daretur
2 iis concilium. Hoc decretum Athenienses cum rettulissent,
3 eundum in Aetoliam Quinctio uisum est: aut enim moturum aliquid aut omnes homines testes fore penes Aetolos culpam belli esse, Romanos iusta ac prope necessaria sumpturos arma.
4 Postquam uentum est eo, Quinctius in concilio orsus a principio societatis Aetolorum cum Romanis et quotiens ab iis fides mota foederis esset, pauca de iure ciuitatium de quibus
5 ambigeretur disseruit: si quid tamen aequi se habere arbitrarentur, quanto esse satius Romam mittere legatos, seu
6 disceptare seu rogare senatum mallent, quam populum Romanum cum Antiocho, lanistis Aetolis, non sine magno motu generis humani et pernicie Graeciae dimicare? nec ullos prius
7 cladem eius belli sensuros quam qui mouissent. Haec nequiquam uelut uaticinatus Romanus. Thoas deinde ceterique factionis eiusdem cum adsensu omnium auditi peruicerunt
8 ut ne dilato quidem concilio et absentibus Romanis decretum fieret, quo accerseretur Antiochus ad liberandam Grae-
9 ciam disceptandumque inter Aetolos et Romanos. Huic tam superbo decreto addidit propriam contumeliam Damocritus praetor eorum; nam cum id ipsum decretum posceret eum
10 Quinctius, non ueritus maiestatem uiri, aliud in praesentia quod magis instaret praeuertendum sibi esse dixit: decretum responsumque in Italia breui castris super ripam Tiberis
11 positis daturum. Tantus furor illo tempore gentem Aetolorum, tantus magistratus eorum cepit.

33. 2 cum] *hic B Mg* ψ: *ante* Hoc ϕ 6 pernicie χ: permitti e *B* Graeciae dimicare χ: -cia edimicature B^1 (-ros *B*) 7 Thoas ϕ: -ans *B*ψ (*sic c.* 45. 5); *sed cf. c.* 34. 5 Thoas *B*χ; *u. c.* 32. 2 *adn.* 8 concilio] consilio *B*χ, *corr. Dett. recte ut de ipso* '*concilio*' disceptandumque *B*: -tatumque χ 9 eum *Gel.* (*'in uet. archetypis'*): tum *B*ψ: t. ϕ 10 aliud *Gel.* (*Mg Sp, ut uid.*): primo aliud *B*χ (*sed* -us ψ); *secl.* primo *Gel.*, *ut* '*in neutro*' (*cf. supra*); *pro* primo *coni.* prius *Weissenb.*, primarii *Hertz* 11 tantus (mag.) *B*: *add.* que χ

Quinctius legatique Corinthum redierunt; inde ut quaeque 34
de Antiocho ⟨adferrentur excipiebant. Aetoli ne⟩ nihil per se
ipsi moti et sedentes expectare aduentum uiderentur regis,
concilium quidem uniuersae gentis post dimissos Romanos 2
non habuerunt, per apocletos autem—ita uocant sanctius
consilium: ex delectis constat uiris—id agitabant quonam
modo in Graecia res nouarentur. Inter omnes constabat in 3
ciuitatibus principes et optimum quemque Romanae societatis
esse et praesenti statu gaudere, multitudinem et quorum res
non ex sententia ipsorum essent omnia nouare uelle. Aetoli 4
consilium cum rei ⟨tum⟩ spei quoque non audacis modo
sed etiam impudentis ceperunt Demetriadem Chalcidem
Lacedaemonem occupandi. Singuli in singulas principes missi 5
sunt, Thoas Chalcidem, Alexamenus Lacedaemonem, Diocles
Demetriadem. Hunc exul Eurylochus, de cuius fuga causaque 6
fugae ante dictum est, quia reditus in patriam nulla alia erat
spes, adiuuit. Litteris Eurylochi admoniti propinqui amicique 7

34. 1 inde ut quaeque de *Bψ*: *sic sed pro* quaeque *scr.* quemque *φ*, *coni.* quieti *Tan. Faber*: *pro* inde ut *coni.* illi ut *Weissenb.*, Aetoli ne *Heusinger*: ii metu quoque ne *Harant; sed potius post* Ant. *de lacuna emendandum est* Antiocho ⟨adferrentur . . . Aetoli ne⟩ nihil] Antiocho nihil *χ*: Antiocho *B*: *inter* Ant. *et* nihil *notat lac. Weissenb.; sic uarie suppletum*: ⟨adferebantur (*uel* adferrentur), in ea intenti Aetoli, ut⟩ *aut* (illi, *ut supra*) ⟨adferrentur, opperientes, ut⟩ *Weissenb.*, *sed uix tam quieti Aetoli erant*: fama adlata erat, Aetoli excipiebant, et ne⟩ *Madv.*: ⟨innotescebant, Aetoli ne⟩ *Rossbach*; *sed potius* inde *ad 'Romanos' pertinet, ut qui consilia Antiochi explorarent, tum ex usu 'Aetoli' contraponendi sunt; qua ratione suppleui* moti *Bχ*: moturi *Perizonius* 2 consilium *Dett.*: concilium *Bχ*; *aptius quidem* consilium, *ut ex usu Romano, nam tantum* ἀποκλήτοι *ap. Polybium* (20. 10. 13) *scriptum est; neque uero sibi constant Bχ*: *u. c.* 35. 4 *adn.*; 36. 11. 7 concilio, 28. 8 consilio 3 et (opt.) *B*: *om.* χ nouare uelle *B Mg*: nouare bella *χ*: nouari uelle *Sig.* (*ut ex 'uet. lib.'*); *sed cf. c.* 33. 1 4 cum rei ⟨tum⟩ *M. Müller*, *iam* non dico ⟨rei, sed⟩ *Madv.*: uno die *Bχ*, *transp. post* cep. *Pluygers*, *coni.* eo (*uel* illo) die *Weissenb.*, *sed u. Madv.*, *Em. p. 513; Ed. 2, p.* xvii: inde *Seyffert*: immodicum *Koch*, inane *Rossbach; sed apte* rei, *ad* ⟨tum⟩ *cf.* 1. 22. 2; *de corruptela cf.* 33. 24. 8 6 exul *Bχ*: -lem *Mg* alia erat spes *χ*, *om.* spes *B*: erat alia spes *Mg*

et qui eiusdem factionis erant liberos et coniugem eius cum
sordida ueste, tenentes uelamenta supplicum, ⟨in⟩ contionem
frequentem accierunt singulos uniuersosque obtestantes ne
8 insontem indemnatum consenescere in exilio sinerent. Et
simplices homines misericordia et improbos seditiososque im-
miscendi res tumultu Aetolico spes mouit, et pro se quisque
9 reuocari iubebant. His praeparatis Diocles cum omni equitatu
—et erat tum praefectus equitum—specie reducentis exulem
hospitem profectus, die ac nocte ingens iter emensus, cum
milia sex ab urbe abesset, luce prima tribus electis turmis,
10 cetera multitudine equitum subsequi iussa, praecessit. Post-
quam portae adpropinquabat, desilire omnes ex equis iussit
et loris ducere equos, itineris maxime modo solutis ordinibus,
ut comitatus magis praefecti uideretur quam praesidium.
11 Ibi una ex turmis ad portam relicta ne excludi subsequens
equitatus posset, media urbe ac per forum manu Eury-
lochum tenens multis occurrentibus gratulantibusque domum
12 deduxit. Mox equitum plena urbs erat et loca opportuna
occupabantur; tum in domos missi qui principes aduersae
factionis interficerent. Ita Demetrias Aetolorum facta est.

35 Lacedaemone non urbi uis adferenda sed tyrannus dolo
2 capiendus erat; quem spoliatum maritimis oppidis ab Ro-
manis, tunc intra moenia etiam Lacedaemonis ab Achaeis
compulsum qui occupasset occidere, eum totius gratiam rei
3 apud Lacedaemonios laturum. Causam mittendi ad eum

34. 7 ⟨in⟩ contionem . . . accierunt *Madv.* (*Em. p. 514*) *M. Müller* (*sed* acciuerunt): contionem . . . adierunt *B Mg* χ, *sic corr.* adire iubent *Frob. 1*, *lac. supra post* ueste *notat Weissenb.* indemnatum *B*χ: inde natum *Mg* 8 Aetolico *Dett.*: -io χ, -ios *B* et (pro) *Mg*: *om.* *B*χ: ita *M. Müller* 9 luce] *hic* χ: *post* prima *B* 10 ex (eq.) *Mg*: *om.* *B*χ 12 domos χ: domus *B* (*cf.* 6. 36. 12); *sed cf.* 3. 29. 5, 45. 1. 10 *adnn.*

35. 1 Lacedaemone *Mg*: -ni *B*χ erat χ: *om.* *B* 2 spoliatum ϕ: -andum *B*ψ totius *Mg*: potius χ: socius *B* Lacedaemonios *B Mg*: -nis χ laturum] *post suppl.* ⟨apparebat⟩ *Novák*: ⟨credidere⟩ *post* occid. *Brakman*; *cf.* § 7, *hic uero durius*

habuerunt quod fatigabat precibus ut auxilia sibi, cum illis
auctoribus rebellasset, mitterentur. Mille pedites Alexameno 4
dati sunt et triginta delecti ex iuuentute equites. Iis a prae-
tore Damocrito in consilio arcano gentis, de quo ante dictum
est, denuntiatur ne se ad bellum Achaicum aut rem ullam 5
quam sua quisque opinione praecipere posset crederent
missos esse: quidquid Alexamenum res monuisset subiti con-
silii capere, ad id quamuis inopinatum, temerarium, audax
oboedienter exsequendum parati essent ac pro eo acciperent
tamquam ad id unum agendum missos ab domo se scirent.
Cum his ita praeparatis Alexamenus ad tyrannum uenit, 6
quem adueniens extemplo spei impleuit: Antiochum iam 7
transisse in Europam, mox in Graecia fore, terras maria armis
uiris completurum; non cum Philippo rem esse credituros
Romanos; numerum iniri peditum equitumque ac nauium
non posse; elephantorum aciem conspectu ipso debellaturam.
Aetolos toto suo exercitu paratos esse uenire Lacedaemonem, 8
cum res poscat, sed frequentes armatos ostendere aduenienti
regi uoluisse. Nabidi quoque et ipsi faciendum esse ut quas 9
haberet copias non sineret sub tectis marcescere otio sed
educeret et in armis decurrere cogeret, simul animos acueret
et corpora exerceret. consuetudine leuiorem laborem fore et 10
comitate ac benignitate ducis etiam non iniucundum fieri
posse. Educi inde frequenter ante urbem in campum ad

3 fatigabat] -bat $B\chi$: -ret *Mg* rebellasset $B\chi$: -aret *Mg* 4 Mille *B* (∞) *Mg* ψ: cc ϕ Alexameno] alax- *L*: a lax- ϕ: lax- $B\psi$; *infra semper* alax- $B\chi$; *sed cf. c.* 34. 5 Alex- $B\chi$ *et Pol.* 18. 43. 11 consilio χ: concilio *BL*; *u. c.* 34. 2 *adn.* 5 monuisset *Dett. Asc.*: mouisset *B Mg* χ, *sed add.* et *B* 6 praeparatis ϕ: -ti $B\psi$ 7 iam *Mg*: *om.* $B\chi$ transisse] *hic Mg*: *post* Eur. $B\chi$ completurum] com- χ: in- *B* 8 toto *Mg*: *om.* $B\chi$ 9 Nabidi quoque et ipsi $B\chi$: nam id quoque ipsi *Mg*: *secl.* et *Madv.* (*conl. Mg; sed fort. del.* et *Mg ob* nam id): *secl.* quoque *M. Müller* (*ut u.l. 'in archetypo'*, *sic de Mg et* $B\chi$ *frustra*): *pro* et ipsi *coni.* id ipsum *H. J. Müller; sed* quoque *de re*, et *ad personam*, cf. 3. 21. 3, 6. 38. 4 simul] *ante coni.* ⟨ut⟩ *H. J. Müller* exerceret] -ret et ϕ, *corr. Edd. uet.*: -re et $B\psi$ 10 ac (ben.) *Mg*: et $B\chi$

11 Eurotan amnem coepere. Satellites tyranni media fere in acie consistebant; tyrannus cum tribus summum equitibus, inter quos plerumque Alexamenus erat, ante signa uectabatur,
12 cornua extrema inuisens; in dextro cornu Aetoli erant, et qui ante auxiliares tyranni fuerant et qui uenerant mille cum
13 Alexameno. Fecerat sibi morem Alexamenus nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi monendique eum
14 quae in rem esse uidebantur, nunc in dextrum cornu ad suos adequitandi, mox inde uelut imperato quod res poposcisset
15 recipiendi ad tyrannum. Sed quem diem patrando facinori statuerat, eo paulisper cum tyranno uectatus cum ad suos
16 concessisset, tum equitibus ab domo secum missis 'Agenda' inquit 'res est, iuuenes, audendaque quam me duce impigre exsequi iussi estis. Parate animos, dextras, ne quis in eo quod
17 me uiderit facientem cesset. Qui cunctatus fuerit et suum consilium meo interponet, sciat sibi reditum ad penates non esse.' Horror cunctos cepit et meminerant cum quibus
18 mandatis exissent. Tyrannus ab laeuo cornu ueniebat. Ponere hastas equites Alexamenus iubet et se intueri: conligit et ipse animum confusum tantae cogitatione rei. Postquam adpropinquabat, impetum facit et transfixo equo tyrannum
19 deturbat, iacentem equites confodiunt; multis frustra in loricam ictibus datis tandem in nudum corpus uolnera peruenerunt, et priusquam ⟨a⟩ media acie succurreretur exspirauit.

35. 10 Eurotan *Bψ*: -am *φ*; *u. c.* 29. 9 *adn.* 11 in] *hic* B^1 (*superscr.*) *χ*: *ante* med. *B* (*nec del.* B^1) consistebant *Aldus*: -bat *Bχ; sed post distinguendum est* 12 mille] ∞ *B*, m. *ψ*: tres *φL* (*sed* tres m. *A*) 13 morem *φ*: amor- *Bψ* esse uidebantur *Dett.*, *iam* esse uidebatur *φ*: essent uidebatur BB^1 (-bantur *B*) *ψ* 14 adequitandi *Bχ*: *om.* ad *Mg* recipiendi] *suppl.* se *post Edd. uet.*, *ante Rossbach*: *ign. Bχ; fort. in contextu uix necess.*, *cf. c.* 45. 5, 28. 22. 13, 31. 21. 6; *sc. pro 'sui recipiendi'; u. Madv.*, *Em. p.* 515 *n.* 15 patrando L^x *Aldus*: parando *Bχ* 16 dextras *Bχ*: *add.* que *Asc.; sed cf.* 22. 29. 11 *adn.* in eo *Mg*: *om.* in *Bχ; sed cf.* 30. 9. 9 18 Ponere] *sic Bχ fideliter*, *iam Liuius falso* (*cf.* 33. 8. 13) transfixo *Bχ*: -fosso *Mg* 19 datis *Mg*: *om.* *Bχ* ⟨a⟩ *suppl. Frob. 1*

Alexamenus cum omnibus Aetolis citato gradu ad regiam 36
occupandam pergit. Corporis custodes, cum in oculis res 2
gereretur, pauor primo cepit; deinde, postquam abire 3
Aetolorum agmen uidere, concurrunt ad relictum tyranni
corpus, et spectatorum turba ex custodibus uitae mortisque
ultoribus est facta. Nec mouisset se quisquam si extemplo 4
positis armis uocata in contionem multitudo fuisset et oratio
habita tempori conueniens, frequentes inde retenti in armis
Aetoli sine iniuria cuiusquam; sed, ut oportuit in consilio 5
fraude coepto, omnia in maturandam perniciem eorum qui
fecerant sunt acta. Dux regia inclusus diem ac noctem in 6
scrutandis thesauris tyranni absumpsit; Aetoli uelut capta
urbe quam liberasse uideri uolebant in praedam uersi. Simul 7
indignitas rei, [ac] simul contemptus animos Lacedaemoniis
ad coeundum fecit. Alii dicere exturbandos Aetolos et libertatem, cum restitui uideretur interceptam, repetendam; alii,
ut caput agendae rei esset, regii generis aliquem in speciem
adsumendum. Laconicus eius stirpis erat puer admodum, 8
eductus cum liberis tyranni. Eum in equum imponunt et
armis arreptis Aetolos uagos per urbem caedunt. Tum regiam 9
inuadunt; ibi Alexamenum cum paucis resistentem obtruncant. Aetoli circa Chalcioecon—Mineruae aereum est templum—congregati caeduntur; pauci armis abiectis pars 10

36. 3 et spectatorum *Mg* (*Carb.*, *Gel.*): *sic B sed om.* et: peccatorum ψ: perpaucorum ϕ est] *hic* χ *Frob. 2*: *post* facta *B Edd. uet.* 4 retenti . . . Aetoli] -i . . . -i *Mg*: -is . . . -is $B\chi$, *sic sed iam* frequentibus *Gron.* 5 fraude] *ante coni.* a *Novák* (*cf.* 22. 48. 1); *sed hic potius Abl. Modi*, *e.g.* '*dolo*' 6 absumpsit] ab- *B*: (-ni)e (sump.) ψ (*sc.* ae-): con- ϕL (*sc.* c̄ *ex* e) 7 [ac] simul] *secl.* ac *Gel.* uideretur ϕ: uidetur $B\psi$; *supra pro* cum *coni.* dum *Gron.* (*sed ad* uideretur) 8 Laconicus $B\chi$; *nomen de* '*regio genere*' *incertum; uix pro* (παῖς τις) Λακωνικός, *ut Nissen*: *coni.* Laonicus *Gron.*, Leonides *Weissenb.*, *frustra* eductus $B\psi$: educatus *Dett.*, *iam* ded- ϕ; *sed cf.* 42. 19. 4 9 ibi Alexamenum χ (*sed* alax-): *om. B* Chalcioecon *Frob. 1*: calchioten $B\chi$ (*sed* -te ψ); *cf. Pol.* 4. 22. 8

Tegeam, pars Megalen polin perfugiunt; ibi comprensi a magistratibus sub corona uenierunt.

37 Philopoemen audita caede tyranni profectus Lacedae-
2 monem cum omnia turbata metu inuenisset, euocatis principibus et oratione habita, qualis habenda Alexameno fuerat,
3 societati Achaeorum Lacedaemonios adiunxit, eo etiam facilius quod ad idem forte tempus A. Atilius cum quattuor et uiginti quinqueremibus ad Gytheum accessit.

4 Iisdem diebus circa Chalcidem Thoas per Euthymidam principem, pulsum opibus eorum qui Romanae societatis erant,
5 post T. Quincti legatorumque aduentum, et Herodorum, Cianum mercatorem sed potentem Chalcide propter diuitias, praeparatis ad proditionem iis qui Euthymidae factionis erant, nequaquam eandem fortunam qua Demetrias per
6 Eurylochum occupata erat habuit. Euthymidas ab Athenis—eum domicilio delegerat locum—Thebas primum, hinc Sal-
7 ganea processit, Herodorus ad Thronium. Inde haud procul in Maliaco sinu duo milia peditum Thoas et ducentos equites, onerarias leues ad triginta habebat. Eas cum sescentis pediti-
8 bus Herodorus traicere in insulam Atalanten iussus, ut inde, cum pedestres copias adpropinquare iam Aulidi atque Euripo
9 sensisset, Chalcidem traiceret; ipse ceteras copias nocturnis

36. 10 Megalen polin *B*: megalepolim *φV*, -alop- *ψP; cf.* 32. 5. 5 comprensi *Bψ*: -prehensi *φL Mg ut uid.*

37. 1 caede *Mg*: clade *Bχ* 2 habenda] *post add.* ab *Asc.* (*cf.* 9. 40. 16) 3 forte] *hic Bχ*: *ante* ad *Mg; sed cf.* 10. 45. 2 Gytheum] *u. c.* 25. 2 *adn.* 4 Iisdem *χ* (is-): *om. B* Thoas] phoas *Bχ; u. c.* 32. 2 *adn.* legatorumque *χ*: *om.* que *B* 5 Herodorum *Mg* (*Carb.*, *Gel.*): -dum *Bχ*; *sed cf.* -dorus *Bχ*, §§ 6, 7, *c.* 38. 14 mercatorem] -em *φ*: -um *Bψ* eandem *Dett.*: tandem *Bχ* 6 locum *χ*: *om. B* Salganea *Edd. uet.*: -ginea *Bχ*; *cf. c.* 38. 7 *adn.* Thronium *Mg*: thryo- *B*: thrio- *χ*; *cf. c.* 38. 14 thronium *Bχ* 7 duo milia *B* (∞ ∞) *Mg*: xx milia *χ* (Thoas) et] *hic Crévier*: *ante* Th. *Bχ*: *del. Dett. Madv.* Atalanten *Mg* (*Mog. Em. Err.*, *uel* -ntam, *ut Carb.*): adlantem *Bχ*, *cf. c.* 38. 14 allante 9 ipse . . . poterat . . . ducebat *Mg*: ipsi . . . poterant . . . ducebant *Bχ*

maxime itineribus quanta poterat celeritate Chalcidem ducebat.

Micythio et Xenoclides, penes quos tum summa rerum 38
pulso Euthymida Chalcide erat, seu ipsi per se suspicati seu indicata re, primo pauidi nihil usquam spei nisi in fuga ponebant; deinde postquam resedit terror et prodi et deseri non 2
patriam modo sed etiam Romanorum societatem cernebant, consilio tali animum adiecerunt.

Sacrum anniuersarium eo forte tempore Eretriae Amaryn- 3
thidis Dianae erat, quod non popularium modo sed Carystiorum etiam coetu celebratur. Eo miserunt qui orarent 4
Eretrienses Carystiosque ut et suarum fortunarum in eadem insula geniti misererentur et Romanam societatem respicerent: ne sinerent Aetolorum Chalcidem fieri; Euboeam 5
habituros, si Chalcidem habuissent; grave fuisse Macedonas dominos, multo minus tolerabiles futuros Aetolos. Ro- 6
manorum maxime respectus ciuitates mouit et uirtutem nuper in bello ⟨et⟩ in uictoria iustitiam benignitatemque expertas. Itaque quod roboris in iuuentute erat utraque ciuitas armauit misitque. Iis tuenda moenia Chalcidis 7
oppidani cum tradidissent, ipsi omnibus copiis transgressi Euripum ad Salganea posuerunt castra. Inde caduceator 8
primum, deinde legati ad Aetolos missi percunctatum quo suo dicto factoue socii atque amici ad se oppugnandos uenirent. Respondit Thoas dux Aetolorum non ad oppu- 9
gnandos sed ad liberandos ab Romanis uenire sese: splendidiore 10

9 maxime] *hic* $B\chi$: *potius post* quanta *H. J. Müller* (*uel sic* maxima)

38. 1 Micythio *Gron. conl. App.*, *Syr.* 12 (*ut iam Sig.*): myctilo $B\phi$: mictilo ψ, -tylo *A*; *u. cc.* 46. 9, 50. 10, 51. 4 *adnn.*; *cf.* 43. 7. 5, 8. 8 *adnn.*; *Ditt. Syll.* (*Ed.* 3) 585, 106 *ad* Μικυθίων Μικυλίωνος Χαλκιδεύς ⟨X⟩enoclides *Aldus*: enoclides *B*, -chides χ 2 et prodi et deseri χ: [*spat. xi litt.*] *B* 4 orarent χ: orna- *B* 6 ⟨et⟩ *suppl. Asc.* expertas ϕ: -tos $B\psi$ 7 Salganea $B\phi$: sagalan- ψ; *infra* § 13 salgan- *L*, salgen- $B\chi$; *cf. cc.* 37. 6, 46. 4 *adnn.* 8 deinde] *post add.* et *Mg* factoue *B*: pactoue ψ, -toque ϕ uenirent] *hic* $B\chi$: *ante* ad se *Mg ut uid.*

nunc eos catena sed multo grauiore uinctos esse quam cum praesidium Macedonum in arce habuissent. Se uero negare Chalcidenses aut seruire ulli aut praesidio cuiusquam egere.
11 Ita digressi ex conloquio legati ad suos; Thoas et Aetoli, ut qui spem omnem in eo ut improuiso opprimerent habuissent,
12 ad iustum bellum oppugnationemque urbis mari ac terra mu-
13 nitae haudquaquam pares, domum rediere. Euthymidas postquam castra popularium ad Salganea esse profectosque
14 Aetolos audiuit, et ipse a Thebis Athenas rediit; et Herodorus cum per aliquot dies intentus ab Atalante signum nequiquam expectasset, missa speculatoria naue ut quid morae esset sciret, postquam rem omissam ab sociis uidit, Thronium unde uenerat repetit.

39 Quinctius quoque his auditis ab Corintho ueniens nauibus
2 in Chalcidi⟨co⟩ Euripo Eumeni regi occurrit. Placuit quingentos milites praesidii causa relinqui Chalcide ab
3 Eumene rege, ipsum Athenas ire. Quinctius quo profectus erat Demetriadem contendit, ratus Chalcidem liberatam momenti aliquid apud Magnetas ad repetendam societatem
4 Romanam facturam, et ut praesidii aliquid esset suae partis hominibus, Eunomo praetori Thessalorum scripsit ut armaret iuuentutem, et ⟨Villium⟩ ad Demetriadem praemisit ad temptandos animos, non aliter nisi pars aliqua inclinaret ad
5 respectum pristinae societatis rem adgressurus. Villius quinqueremi naue ad ostium portus est inuectus. Eo multitudo Magnetum omnis cum se effudisset, quaesiuit Villius utrum
6 ad amicos an ad hostes uenisse se mallent. Respondit Magne-

38. 14 Atalante] *u. c.* 37. 7 *adn.* nequiquam χ: *om.* *B* repetit *B*χ: -iit *Wesenberg*; *sed sic saepe ad narrationis finem*

39. 1 Chalcidi⟨co⟩] *coni.* -i⟨co⟩ *Weissenb. optime*: -e *B*χ: -em *Mediol.*, *corr.* -is *Gel.*; *sed apte* Chalcidico *ut ad* Χαλκιδικὸν Εὔριπον, *cf. Cic.*, *N.D.* 3. 24 4 (et) ut *Mg*: *om.* *B*χ; *postea* esse χ *pro* esset (*B Mg*) Eunomo χ: eumeno *B* ⟨Villium⟩] Iulium *Edd. uet.*, *corr. Frob. 2*: *om.* *B*χ; *cf.* § 5 5 ostium χ *Gel.*: hostium *BPL* uenisse se *B*, *om.* se ψ: ueniret ϕ: sese uenisse *Mg*

tarches Eurylochus ad amicos uenisse eum, sed abstineret portu et sineret Magnetas in concordia et libertate esse nec per conloquii speciem multitudinem sollicitaret. Altercatio 7
inde non sermo fuit, cum Romanus ut ingratos increparet Magnetas imminentesque praediceret clades, multitudo obstreperet nunc senatum nunc Quinctium accusando. Ita inrito incepto Villius ad Quinctium sese recepit. At Quinctius 8
nuntio ad praetorem misso ut reduceret domum copias, ipse nauibus Corinthum rediit.

Abstulere me uelut de spatio Graeciae res immixtae **40**
Romanis, non quia ipsas operae pretium esset perscribere sed quia causae cum Antiocho fuerunt belli. Consulibus designatis 2
—inde namque deuerteram—L. Quinctius et Cn. Domitius consules in prouincias profecti sunt, Quinctius in Ligures, Domitius aduersus Boios. Boi quieuerunt, atque etiam senatus 3
eorum cum liberis et praefecti cum equitatu—summa omnium mille et quingenti—consuli dediderunt sese. Ab altero 4
consule ager Ligurum late est uastatus castellaque aliquot capta, unde non praeda modo omnis generis cum captiuis parta sed recepti quoque aliquot ciues sociique qui in hostium potestate fuerant.

Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est ex senatus 5
consulto plebique scito. Tria milia et septingenti pedites ierunt, trecenti equites; triumuiri deduxerunt eos Q. Naeuius 6
M. Minucius M. Furius Crassipes; quina dena iugera agri data in singulos pedites sunt, duplex equitibus. Bruttiorum proxime fuerat ager; Brutti ceperant de Graecis.

Romae per idem tempus duo maximi fuerunt terrores, 7

6 sollicitaret ϕ: -re $B\psi$ 7 praediceret *Mg*: -caret $B\chi$ clades *Mg*: cedes χ: *om. B*

40. 3 quieuerunt *Mg*: (Boi)que ui fuerunt *B*: qui fuerunt χ sese χ: se *B* 5 Vibonem] bib- $B\chi$, *corr. Edd. uet.* 6 eos χ: *om. B* Crassipes *Frob. 1*: Crassus $B\chi$; *cf.* 34. 53. 2 equitibus *Mg*: -ti $B\chi$, *ut ex* -tib. (*cf. seq.* Br-); *u. c.* 9. 8, 33. 23. 9

diutinus alter sed segnior: terra dies duodequadraginta mouit. Per totidem dies feriae in sollicitudine ac metu fuere; [in]
8 triduum eius rei causa supplicatio habita est. Ille non pavor uanus sed uera multorum clades fuit: incendio a foro Bouario orto diem noctemque aedificia in Tiberim uersa arsere tabernaeque omnes cum magni pretii mercibus conflagrauerunt.

41 Iam fere in exitu annus erat, et in dies magis et fama de
2 bello Antiochi et cura patribus crescebat; itaque de prouinciis designatorum magistratuum, quo intentiores essent omnes,
3 agitari coeptum est. Decreuere ut consulibus Italia et quo senatus censuisset—eam esse bellum aduersus Antiochum
4 regem omnes sciebant—prouinciae essent; cuius ea sors esset, quattuor milia peditum ciuium Romanorum et trecenti equites, sex milia socium Latini nominis cum quadringentis
5 equitibus sunt decreta. Eorum dilectum habere L. Quinctius consul iussus, ne quid moraretur quo minus consul nouus
6 quo senatus censuisset extemplo proficisci posset. Item de prouinciis praetorum decretum est, prima ut sors duae urbanaque et inter ciues ac peregrinos iurisdictio esset, secunda Bruttii, tertia classis ut nauigaret quo senatus censuisset,
7 quarta Sicilia, quinta Sardinia, sexta Hispania ulterior. Imperatum praeterea L. Quinctio consuli est ut duas legiones ciuium Romanorum nouas conscriberet et socium ac Latini nominis uiginti milia peditum et octingentos equites. Eum

40. 7 diutinus *Mg*: -tius *Bχ* dies] *post add.* per *Mg* [in] *Bχ*, *secl. M. Müller*, *iam Siesbye*, *ut ex formula; uel fort.* per, *cf.* 38. 44. 7; *neque* in *nisi ad supplicationem 'decretam'* 8 uera *Bχ*: -re *Mg* uersa *χ*: *om. B*

41. 1 magis et *Madv.*: magna *Bχ*, *corr.* magis *Edd. uet.*: *ante* fama *praeb.* et *Mg*, *inde Madv.* bello] *hic Mg*: *post* Ant. *Bχ* 3 quo (sen.) *χ*: quos *B*, *sic etiam* § 5 eam *Madv.* (*Em. p. 515*): iam *Bχ*; *sc. 'prouinciam'*, *cf.* 35. 20. 7 5 ne quid *Mg*: *om. Bχ* 6 est *χ*: *om. B* duae *Bχ*; *neque emendandum* (*ut Madv. Em. p. 516*, *sed cf. Ed. 2*, *p. xvii*) urbanaque *χ*: *om.* que *B*

exercitum praetori cui Bruttii prouincia euenisset decreuerunt.

Aedes duae Iouis eo anno in Capitolio dedicatae sunt; uo- 8
uerat L. Furius Purpurio praetor Gallico bello unam, alteram
consul; dedicauit Q. Marcius Ralla duumuir. Iudicia in 9
faeneratores eo anno multa seuere sunt facta, accusantibus
priuatos aedilibus curulibus M. Tuccio et P. Iunio Bruto.
De multa damnatorum quadrigae inauratae in Capitolio 10
positae et in cella Iouis supra fastigium aediculae [et] duodecim clupea inaurata; et iidem porticum extra portam
Trigeminam inter lignarios fecerunt.

Intentis in apparatum noui belli Romanis ne ab Antiocho **42**
quidem cessabatur. Tres eum ciuitates tenebant, Zmyrna 2
et Alexandria Troas et Lampsacus, quas neque ui expugnare
ad eam diem poterat neque condicionibus in amicitiam perlicere, neque ab tergo relinquere traiciens ipse in Europam
uolebat. Tenuit eum et de Hannibale deliberatio. Et primo 3
naues apertae quas cum eo missurus in Africam fuerat morataе sunt; deinde an omnino mittendus esset consultatio mota 4
est, maxime a Thoante Aetolo, qui omnibus in Graecia
tumultu completis Demetriadem adferebat in potestate esse,
et quibus mendaciis de rege, multiplicando uerbis copias eius, 5
erexerat multorum in Graecia animos, iisdem et regis spem
inflabat: omnium uotis eum accersi; concursum ad litora 6
futurum, unde classem regiam prospexissent. Hic idem ausus
de Hannibale est mouere sententiam prope iam certam regis.

8 duae *Mg*: *om.* $B\chi$ Iouis *B*: -ui χ *Mg ut uid.*: ⟨Ved⟩iouis *Unger* (*conl.* 31. 21. 12, *sed u. ad loc.*); *cf.* 34. 53. 7, *unde liquet rem iam incertam apud Liui auctores fuisse* 10 et (in) $B\chi$: *del. Frob.* 2; *sed post* positae *distinguendum; cf. c.* 10. 12, 29. 38. 8, 38. 35. 4–5 [et] $B\chi$, *secl. Kreyssig*

42. 2 poterat] -erat B^1 ϕ: -erant $B\psi$: -uerat *Crévier* 3 apertae $B\chi$: *coni.* paratae *Allen*, aptae *Zingerle*: *secl. H. J. Müller conl. 34. 60.* 5 tectas (*ut iam Madv.*); *sed ibi de maiore Hannibalis consilio* 4 adferebat] ad- *Mg*: de- $B\chi$ 5 eius χ: *om. B* omnium χ: -ibus *B* 6 unde $B\chi$: ubi *Doujat*

7 Nam neque dimittendam partem nauium a classe regia censebat neque, si mittendae naues forent, minus quemquam ei
8 classi quam Hannibalem praeficiendum: exulem illum et Poenum esse, cui mille in dies noua consilia uel fortuna sua
9 uel ingenium possit facere, et ipsam eam gloriam belli qua uelut dote Hannibal concilietur nimiam in praefecto regio esse. regem conspici, regem unum ducem, unum impera-
10 torem uideri debere. si classem, si exercitum amittat Hannibal, idem damni fore ac si per alium ducem amittantur; si quid prospere eueniat, Hannibalis eam, non Antiochi
11 gloriam fore; si uero uniuerso bello uincendi Romanos fortuna detur, quam spem esse sub rege uicturum Hannibalem,
12 uni subiectum, qui patriam prope non tulerit? non ita se a iuuenta eum gessisse, spe animoque complexum orbis terrarum imperium, ut in senectute dominum laturus uideatur.
13 nihil opus esse regi duce Hannibale; comite et consiliario
14 eodem ad bellum uti posse. modicum fructum ex ingenio tali neque grauem neque inutilem fore: si summa petantur, et dantem et accipientem praegrauatura.

43 Nulla ingenia tam prona ad inuidiam sunt quam eorum qui genus ac fortunam suam animis non aequant, quia uir-
2 tutem et bonum alienum oderunt. Extemplo consilium mittendi Hannibalis, quod unum in principio belli utiliter cogitatum erat, abiectum est. Demetriadis maxime defectione ab Romanis ad Aetolos elatus non ultra differre profectionem
3 in Graeciam constituit. Priusquam solueret naues, Ilium a mari escendit ut Mineruae sacrificaret. Inde ad classem re-

42. 7 (Nam) neque χ: *om. B* nauium χ: *om. B* mittendae χ: dimitt- *B* (*sed ob* di- *supra*) quemquam] -quam $B\chi$: -piam *Frob. 2* 8 possit *Mg*: posset $B\chi$ 9 qua χ: quam *B* concilietur $B\chi$: -liatur *Mg* conspici, regem *Mg*: *om.* $B\chi$ 11 prope χ: *om. B* 12 laturus χ: *om. B* 13 et (cons.) χ: *om. B*

43. 1 et (bon.) $B\chi$: ut *Rollin Crévier; sed cf.* 8. 31. 2 3 escendit] e- $B\chi$ (sed a- *A*): de- B^1 P^x *L*; *u. c.* 13. 6 *adn.; cf.* 37. 9. 7, 42. 38. 1

gressus proficiscitur quadraginta tectis nauibus, apertis sexaginta, et ducentae onerariae cum omnis generis commeatu bellicoque alio apparatu sequebantur. Imbrum primo insulam 4
tenuit; inde Sciathum traiecit; ubi conlectis in alto quae dissipatae erant nauibus ad Pteleum primum continentis uenit. Ibi Eurylochus ei Magnetarches principesque Magnetum ab 5
Demetriade occurrerunt; quorum frequentia laetus die postero in portum urbis nauibus est inuectus, copias haud procul inde exposuit. Decem milia peditum fuere et quin- 6
genti equites, sex elephanti, uix ad Graeciam nudam occupandam satis copiarum, nedum ad sustinendum Romanum bellum.

Aetoli, postquam Demetriadem uenisse Antiochum allatum 7
est, concilio indicto decretum quo accerserent eum fecerunt. Iam profectus ab Demetriade rex, quia ita decreturos sciebat, 8
Phalara in sinum Maliacum processerat. Inde decreto accepto 9
Lamiam uenit, exceptus ingenti fauore multitudinis cum plausibus clamoribusque et quibus aliis laetitia effusa uolgi significatur.

In concilium ut uentum est, aegre a Phaenea praetore **44**
principibusque aliis introductus silentio facto dicere orsus rex. Prima eius oratio fuit [primo] excusantis quod tanto 2
minoribus spe atque opinione omnium copiis uenisset: id suae 3
impensae erga eos uoluntatis maximum debere indicium esse,

3 tectis] t- *Mg* L^x: l- *Bχ* 5 ei *Frob. 2*: et *Bχ* 8 ita *χ*: *om. B* Phalara *Mediol.*: -lera *Bχ*; *cf.* 27. 30. 3 *adn.*, 36. 29. 4; *Pol.* 20. 10. 16 9 Lamiam *Frob. 1*: lameam *B*: iameam *χ*; *cf.* 27. 30. 1 *adn.*, 32. 4. 3 uolgi *Mg*, *sed post* sign., *transp. Aldus*: uolgo *Bχ* significatur *Bψ*: -abatur *Mg φ*

44. 1 aegre *Mg*: *om. Bχ; transp. Damsté ante* facto Phaenea *Gron.*: phanea *Bχ* (*sic c.* 45. 2, 3, 5): Penea *Mg*; *u.* 33. 3. 9 *adn.* aliis *B Mg*: *om. χ* introductus *Mg*: in *Bψ*, inde *φ*: introductus inde *Edd. uet.*, *secl. Bekker*: *coni.* productus *Weissenb.* (*cf.* 27. 7. 4, 51. 5 *adn.*); *sed de rege rite scribendum* silentio] *hic Bχ*: *post* facto *Mg ut uid.; cf.* 33. 32. 4 rex] *hic Bχ*: *ante* dicere *Mg ut uid.*: *secl. Duker*: *corr.* est *Drak.* (iam *add.* est *L Dett. ante* rex) 2 [primo] *Bχ*, *del. Mog.*

quod nec paratus satis ulla re et tempore ad nauigandum immaturo uocantibus legatis eorum haud grauate obsecutus esset credidissetque, cum se uidissent Aetoli, omnia uel in se
4 uno posita praesidia existimaturos esse. ceterum eorum quoque se quorum expectatio destituta in praesentia uideatur
5 spem abunde expleturum; nam simul primum anni tempus nauigabile praebuisset mare, omnem se Graeciam armis uiris
6 equis, omnem oram maritimam classibus completurum, nec impensae nec labori nec periculo parsurum, donec depulso ceruicibus eorum imperio Romano liberam uere Graeciam
7 atque in ea principes Aetolos fecisset. cum exercitibus commeatus quoque omnis generis ex Asia uenturos: in praesentia curae esse Aetolis debere ut copia frumenti suis et annona tolerabilis rerum aliarum suppeditetur.

45 In hanc sententiam rex cum magno omnium adsensu
2 locutus discessit. Post discessum regis inter duos principes
3 Aetolorum Phaeneam et Thoantem contentio fuit. Phaeneas reconciliatore pacis et disceptatore de iis quae in controuersia cum populo Romano essent utendum potius Antiocho censebat
4 quam duce belli: aduentum eius et maiestatem ad uerecundiam faciendam Romanis uim maiorem habituram quam arma. multa homines, ne bellare necesse sit, uoluntate re-
5 mittere quae bello et armis cogi non possint. Thoas negare paci studere Phaeneam sed discutere apparatum belli uelle, ut taedio et impetus relanguescat regis et Romani tempus ad
6 ad comparandum habeant; nihil enim aequi ab Romanis im-

44. 4 in praesentia *Bχ*: *om. Mg ut uid.*, *sic fort. Carb. tantum ad* uideatur (*pro* uidebatur *Edd. uet.*) *citans* 5 equis] equisque *Bχ*, *del.* que *Frob. 2; cf. c.* 35. 7

45. 1 adsensu] ass- *φ*: acc- *Bψ* 2 Phaeneam] -am *EL* (-ā): -an *Bχ*; *uix Graece*, *cf.* Thoantem *Bχ*; *u.* § 5 *adn.* 3 censebat *φL*: -bant *Bψ* 4 bellare necesse sit *Mg*: bellarent *Bχ Gron.* (*conl.* 37. 17. 6, *u. adn.*) 5 Thoas *L*: -ans *Bχ*; *u. c.* 33. 7 *adn.* Phaeneam] -eā *BVφ* (-eam *A*): -em *N*: -ean *L*; Peneam *Mg*

petrari posse totiens legationibus missis Romam, totiens cum
ipso Quinctio disceptando satis expertum esse, nec nisi
abscisa omni spe auxilium Antiochi imploraturos fuisse. quo 7
celerius spe omnium oblato non esse elanguescendum, sed
orandum potius regem ut quoniam, quod maximum fuerit,
ipse uindex Graeciae uenerit, copias quoque terrestres
naualesque accersat. armatum regem aliquid impetraturum: 8
inermem non pro Aetolis modo sed ne pro se quidem ipso
momenti ullius futurum apud Romanos. Haec uicit sententia, 9
imperatoremque regem appellandum censuerunt et triginta
principes cum quibus, si qua uellet, consultaret delegerunt.

Ita dimisso concilio multitudo omnis in suas ciuitates **46**
dilapsa est; rex postero die cum apocletis eorum unde bellum
ordiretur consultabat. Optimum uisum est Chalcidem, frustra 2
ab Aetolis nuper temptatam, primum adgredi, et celeritate
magis in eam rem quam magno conatu et apparatu opus esse.
Itaque cum mille peditibus rex qui Demetriade secuti erant 3
profectus per Phocidem est, et alio itinere principes Aetoli
iuniorum paucis euocatis ad Chaeroneam occurrerunt et
decem constratis nauibus secuti sunt. Rex ad Salganea castris 4
positis nauibus ipse cum principibus Aetolorum Euripum
traiecit; et, cum haud procul portu egressus esset, magistratus
quoque Chalcidensium et principes ante portam processerunt.
Pauci utrimque ad conloquium congressi sunt. Aetoli magno- 5
pere suadere ut salua Romanorum amicitia regem quoque
adsumerent socium atque amicum; neque enim eum in- 6

6 expertum *Bχ*: -tos *Gron.*

46. 3 Demetriade] *ante add.* eum *Edd. uet.*, *corr.* ab *Frob. 2* (*cf.* 38. 39. 4); *sed ign. Bχ*, *cf. c.* 10. 9 Chaeroneam *Gron.*: -niam *B Mg ut uid. χ*, *cf.* 42. 43. 6; *sed cf.* 36. 11. 5 et (decem) *Mg*: *om. Bχ* constratis *χ Gel.* ('*ex mss. magno consensu*'): *sic B sed post* nauibus: rostratis *Mg*, *iam Mediol.*, *Asc.*, *fort. Carb. mendose citans* 4 Salganea] selganea *Mg*, *corr.* Salg- *Mog.*: selganeam *Bχ*, sal- *N Edd. uet.*; *cf. c.* 38. 7 portam *χ*: *om. B* 5 quoque *χ*: *om. B*

ferendi belli sed liberandae Graeciae causa in Europam traiecisse, et liberandae re, non uerbis et simulatione, quod
7 fecissent Romani. nihil autem utilius Graeciae ciuitatibus esse quam utramque complecti amicitiam; ita enim ab utriusque iniuria tutas alterius semper praesidio et fiducia
8 fore. nam si non recepissent regem, uiderent quid patiendum iis extemplo foret, cum Romanorum procul auxilium, hostis Antiochus, cui resistere suis uiribus non possent, ante portas
9 esset. Ad haec Micythio, unus ex principibus, mirari se dixit ad quos liberandos Antiochus relicto regno suo in Europam
10 traiecisset; nullam enim ciuitatem se in Graecia nosse quae aut praesidium habeat aut stipendium Romanis pendat aut
11 foedere iniquo adligata quas nolit leges patiatur; itaque Chalcidenses neque uindice libertatis ullo egere, cum liberi sint, neque praesidio, cum pacem eiusdem populi Romani
12 beneficio et libertatem habeant. amicitiam regis non aspernari nec ipsorum Aetolorum. id primum eos pro amicis
13 facturos, si insula excedant atque abeant; nam ipsis certum esse non modo non recipere moenibus sed ne societatem quidem ullam pacisci nisi ex auctoritate Romanorum.

47 Haec renuntiata regi ad naues ubi restiterat cum essent, in praesentia—neque enim iis uenerat copiis ut ui agere quic-
2 quam posset—reuerti Demetriadem placuit. Ibi, quoniam primum uanum inceptum euasisset, consultare cum Aetolis rex quid deinde fieret. Placuit ⟨Boeotos⟩, Achaeos, Amy-

46. 6 et (lib.)] et *Mg*: *om.* $B\chi$, *inde post* lib. *suppl.* uero *Edd. uet.* liberandae re ϕ: -da re $B\psi$: re liberandae *Mg* 7 nihil] *hic* χ: *post* autem *B* tutas] -as *Duker*: -am χ (*sc.* Graeciam): -um *B* 9 haec ϕ: ex $B\psi$ Micythio] mictilo χ, myc- *B*; *u. c.* 38. 1 *adn.* 10 se χ: *om. B* habeat χ: -ebat *B* aut (foed.) *Mg*: quae $B\chi$ adligata] all- $B\chi$: *coni.* ill- *Gron.* (*conl.* 41. 24. 15) 12 id] *ante add.* et *Mg*, *coni.* sed *Modius* excedant χ: ced- *B* 13 ex $B\chi$: *om. Mg*

47. 1 ui *Edd. uet.*: uel $B\chi$ 2 uanum *Mg*: inane χ: in naue *B*; *sed cf.* 25. 23. 8 ⟨Boeotos⟩ *suppl. Perizonius*, *cf.* § 3

nandrum regem Athamanum temptare. Boeotorum gentem 3
auersam ab Romanis iam inde a Brachylli morte et quae secuta
eam fuerant censebant; Achaeorum Philopoemenem princi- 4
pem aemulatione gloriae in bello Laconum infestum inuisum-
que esse Quinctio credebant. Amynander uxorem Apamam, 5
filiam Alexandri cuiusdam Megalopolitani, habebat, qui se
oriundum a magno Alexandro ferens filiis duobus Philippum
atque Alexandrum et filiae Apamam nomina imposuerat;
quam regiis inclutam nuptiis maior e fratribus Philippus 6
secutus in Athamaniam fuerat. Hunc forte ingenio uanum 7
Aetoli et Antiochus impulerant in spem Macedoniae regni,
quod is uere regum stirpis esset, si Amynandrum Athamanes-
que Antiocho coniunxisset; et ea uanitas promissorum non 8
apud Philippum modo sed etiam apud Amynandrum ualuit.

In Achaia legatis Antiochi Aetolorumque coram T. Quin- **48**
ctio Aegii datum est concilium. Antiochi legatus prior quam 2
Aetoli est auditus. Is, ut plerique quos opes regiae alunt,
uaniloquus maria terrasque inani sonitu uerborum compleuit:
equitum innumerabilem uim traici Hellesponto in Europam, 3
partim loricatos, quos cataphractos uocant, partim sagittis ex
equo utentes et, a quo nihil satis tecti sit, auerso refugientes

3 Boeotorum *B*: boetolorum χ, ethol- *L* Brachylli *Bχ*: -llae *Sig.* (*'uet. lib.'*); *sed apud Pol.* Βραχύλλης, *Gen.* -ου; *cf.* 36. 6. 1 secuta *Sig.* (*ut supra*): -tae *Bχ* 4 gloriae] *ante add.* Graeciae *Mg* 5 Apamam *Sig.* (*conl. App., Syr.* 13): -miam *Bχ*; *sic* § 5 -ian *Bχ; cf.* 38. 13. 5; *u. W. W. Tarn, Class. Quart. 23 (1929), p. 140* atque χ: et *B* imposuerat *Mg*: -uit *Bχ* 6 regiis *Edd. uet.*: -gis *Bχ* inclutam *Bψ Gel.* (-lyt-): indutam φ (-dict- *P*): inclusam *Madv.*: iunctam *Koch* (*cf.* 4. 9. 5), *Novák* (*sed* regi *supra; cf.* 24. 24. 6); *sed sic apud Liuium femina 'incluta' potest fuisse* e (frat.) *B*: *om.* χ 7 quod *Bχ*: quasi *Gron.*

48. 1 T. (Quinct.) *Edd. uet.*: l. *Bχ* 2 Aetoli *Bχ*: *coni.* -lorum *Glar.* terrasque *Bχ*: *om.* que *Frob. 2, dure* 3 auerso refugientes (equo) *Weissenb.*: -sos refugientis *B*: -sos refugiente χ; *ex 'iactu Parthico', si breuiter dicas, 'auersi figunt', hic uero amplius, sc. 'refugientes' iam 'auerso equo'* (*cf. Hor. Carm. 1. 19. 11*) *inde 'figunt'; sed* auersos *Bχ ad praec.* a quo, *ut uid., tum corr.* refugiente χ; *secl.* refug. *Damsté ut gloss.*

4 equo certius figentes. His equestribus copiis quamquam uel
totius Europae exercitus in unum coacti obrui possent, adicie-
5 bat multiplices copias peditum et nominibus quoque gentium
uix fando auditis terrebat, Dahas Medos Elymaeosque et
6 Cadusios appellans; naualium uero copiarum, quas nulli
portus capere in Graecia possent, dextrum cornu Sidonios
et Tyrios, sinistrum Aradios et ex Pamphylia Sidetas tenere,
quas gentes nullae unquam nec arte nec uirtute nauali aequas-
7 sent. iam pecuniam, iam alios belli apparatus referre superua-
caneum esse: scire ipsos abundasse semper auro regna Asiae.
itaque non cum Philippo nec Hannibale rem futuram Ro-
manis, principe altero unius ciuitatis, altero Macedoniae
tantum regni finibus incluso, sed cum magno Asiae totius
8 partisque Europae rege. eum tamen, quamquam ab ultimis
orientis terminis ad liberandam Graeciam ueniat, nihil
postulare ab Achaeis in quo fides eorum aduersus Romanos,
9 priores socios atque amicos, laedatur; non enim ut secum ad-
uersus eos arma capiant, sed ut neutri parti sese coniungant
petere. pacem utrique parti, quod medios deceat amicos,
10 optent: bello se non interponant. Idem ferme et Aetolorum
legatus Archidamus petiit ut, quae facillima et tutissima
esset, quietem praestarent spectatoresque belli fortunarum
alienarum euentum sine ullo discrimine rerum suarum op-
11 perirentur. Prouectus deinde est intemperantia linguae in
maledicta nunc communiter Romanorum, nunc proprie
12 ipsius Quincti, ingratos appellans et exprobrans non uictoriam

48. 4 His *AL*: iis *Bψ*, hiis *φ* coacti *φ*: -tis *Bψ* 5 Dahas] *post coni.* ⟨ac⟩ *Wesenberg* (*conl. c.* 49. 8); *de nomine cf. c.* 49. 8 *adn.* 6 Sidetas *B Gel.*: id etas *φ*, id eas *ψ* unquam nec arte nec *χ*: *om. B* 7 semper] *hic χ*: *post* auro *B* unius ciuitatis, altero *B*: *sic Mg sed om.* unius: *om. χ*, *suppl.* altero rege et *Edd. uet.* 8 ueniat *Bχ*: -nit *Mg* 9 ut (neut.) *Mg*: *om. Bχ* non (interp.) *Bχ*: ne *Wesenberg* 10 petiit] -iit *Frob. 1*: -it *χ*: -i *B* tutissima] tut- *Mg*: iust- *Bχ* 12 exprobrans] -brans *φ*: -bans *B*: -rans *ψ*

modo de Philippo uirtute Aetolorum partam sed etiam
salutem, ipsumque et exercitum sua opera seruatos. quo enim 13
illum unquam imperatoris functum officio esse? auspicantem
immolantemque et uota nuncupantem sacrificuli uatis modo
in acie uidisse, cum ipse corpus suum pro eo telis hostium
obiceret.

Ad ea Quinctius coram quibus magis quam apud quos 49
uerba faceret dicere Archidamum rationem habuisse; Achaeos 2
enim probe scire Aetolorum omnem ferociam in uerbis,
non in factis esse, et in conciliis magis contionibusque quam
in acie apparere; itaque parui Achaeorum existimationem, 3
quibus notos esse se scirent, fecisse: legatis regis et per eos
absenti regi eum se iactasse. quod si quis antea ignorasset 4
quae res Antiochum et Aetolos coniunxisset, ex legatorum
sermone potuisse apparere: mentiendo in uicem iactandoque
uires quas non haberent, inflasse uana spe atque inflatos esse.
'Dum hi ab se uictum Philippum, sua uirtute protectos 5
Romanos et, quae modo audiebatis, narrant uos ceterasque
ciuitates et gentes suam sectam esse secuturos, rex contra
peditum equitumque nubes iactat et consternit maria classi-
bus suis. Est autem res simillima cenae Chalcidensis hospitis 6
mei, et hominis boni et sciti conuiuatoris, apud quem sol-
stitiali tempore com[illegible]er accepti cum miraremur unde illi eo
tempore anni tam ua[illegible]ia et multa uenatio, homo non qua isti 7
sunt gloriosus renidens condimentis ait uarietatem illam et
speciem ferinae carnis ex mansueto sue factam.' hoc dici apte 8
in copias regis, quae paulo ante iactatae sint, posse; uaria

49. 4 haberent *Mg*: -bent *Bχ* 5 uictum] *hic B*: *post* Phil. *χ* esse secuturos *χ*: *om. B* 6 et (hom.)] *hic Weissenb.*: *post* hom. *Bχ*: *coni. seclud. H. J. Müller* uaria et multa *Bχ*: multa et uaria *Frob. 2*; *sed cf.* § 8 7 non qua *Asc. Madv.* (*Em. p. 517*): non quam *B* (*sed* iusti *pro* isti) *χ* (nunquam *L*): non quam ut *Mg*: non quantum *Weissenb.*: nequaquam ut *Novák M. Müller*: nunquam ut *Harant* ex] *supra scr.* non B^1 *male* 8 sint *Mg ut uid. Frob. 2.*: sunt *Bχ*

enim genera armorum et multa nomina gentium inauditarum,
Dahas ⟨et Medos⟩ et Cadusios et Elymaeos, Syros omnes esse,
haud paulo mancipiorum melius propter seruilia ingenia
9 quam militum genus. 'Et utinam subicere oculis uestris,
Achaei, possem concursationem regis magni ab Demetriade
nunc Lamiam in concilium Aetolorum, nunc Chalcidem:
10 uideretis uix duarum male plenarum legiuncularum instar in
castris regis, uideretis regem nunc mendicantem prope
11 frumentum ab Aetolis quod militi admetiatur, nunc mutuas
pecunias faenore in stipendium quaerentem, nunc ad portas
Chalcidis stantem et mox, inde exclusum, nihil aliud quam
Aulide atque Euripo spectatis in Aetoliam redeuntem. Male
crediderunt et Antiochus Aetolis et Aetoli regiae uanitati;
12 quo minus uos decipi debetis sed expertae potius specta-
13 taeque Romanorum fidei credere. Nam quod optimum esse
dicunt, non interponi uos bello, nihil immo tam alienum
rebus uestris est: quippe sine gratia, sine dignitate praemium
uictoris eritis.'

50 Nec absurde aduersus utrosque respondisse uisus est, et
facile erat orationem apud fauentes aequis auribus accipi.
2 Nulla enim nec disceptatio nec dubitatio fuit quin omnes
eosdem genti Achaeorum hostes et amicos quos populus
Romanus censuisset iudicarent bellumque et Antiocho et
3 Aetolis nuntiari iuberent. Auxilia etiam quo censuit Quin-
ctius, quingentorum militum Chalcidem, quingentorum

49. 8 Dahas *Edd. uet.*: dacas *Bφ*L, datas *ψ*; *cf. c.* 48. 5; 37. 38. 3, 40. 8 *adnn.* ⟨et Medos⟩ *suppl. Edd. uet.*, *cf. c.* 48. 5 Syros *Mg*: suros *B*: rusos *ψ*: ruros *φ* (iu- *A*); *cf.* 36. 17. 5 *adn.* 9 oculis] *hic χ*: *post* uestris *B* 10 uideretis *Edd. uet.*: -dentes *Bχ* 11 in (stip.) *Edd. uet.*: *om. Bχ* nihil *χ*: *om. B* 12 uos *Mg*: *om. Bχ* potius *Mg*: tocius *B*: totius *ψ*: totiens *φ* 13 dicunt *Crévier*: -cant *Bχ* interponi *Mg*: -nendi *Bχ*

50. 1 absurde *χ*: *om. B* 2 nec disceptatio nec dubitatio *Mg*: disceptio *Bψ*, -tatio *φV* eosdem genti Achaeorum hostes *Mg*: eosdem fidos *B*: eosdem genfidos *ψ* (gentes *L pro* gen): gentes fides *φ*

Piraeum extemplo miserunt. Erat enim haud procul seditione 4
Athenis res, trahentibus ad Antiochum quibusdam spe largitionum uenalem pretio multitudinem, donec ab iis qui Romanae partis erant Quinctius est accitus et accusante Leonte quodam Apollodorus auctor defectionis damnatus atque in exilium est eiectus.

Et ab Achaeis quidem cum tristi responso legatio ad regem 5
rediit; Boeoti nihil certi responderunt: cum Antiochus in Boeotiam uenisset, tum quid sibi faciundum esset se deliberaturos esse.

Antiochus cum ad Chalcidis praesidium et Achaeos et 6
Eumenem regem misisse audisset, maturandum ratus ut et praeuenirent sui et uenientes, si possent, exciperent, Menip- 7
pum cum tribus ferme milibus militum et cum omni classe Polyxenidan mittit, ipse paucos post dies sex milia suorum militum et ex ea copia quae Lamiae repente conligi potuit non ita multos Aetolos ducit. Achaei quingenti ⟨et⟩ ab Eumene 8
rege modicum auxilium missum duce Xenoclide Chalcidensi nondum obsessis itineribus tuto transgressi Euripum Chalcidem peruenerunt. Romani milites, quingenti ferme et ipsi, 9
cum iam Menippus castra ante Salganea ad Hermaeum, qua transitus ex Boeotia in Euboeam insulam est, haberet, uenerunt. Micythio erat cum iis, legatus ab Chalcide ad 10
Quinctium ad id ipsum praesidium petendum missus. Qui postquam obsessas ab hostibus fauces uidit, omisso ad 11

4 enim χ: autem *B* Leonte *Mg*: -ne *B*χ; *cf.* 38. 10. 4 *adn.*, *Pol.* 21. 31. 6 5 tum χ: *om. B* se *Mg* χ: sed *B*: *om. Edd. uet.* 6 misisse *B*ψ *Mg ut uid.*: isse ϕ 7 militum *Mg*: *om. B*χ cum (omni) *B*χ: *om. Mg ut uid. Kreyssig* (*ut B, falso*) 8 ⟨et⟩ *suppl. Gron.*, *cf.* § 6, *c.* 51. 7–8 obsessis] -is $B^1\phi L$: -it *B*ψ 9 Salganea] saginea *B*χ: Selganea *Mg*; *u. cc.* 46. 4, 51. 7 *adnn.* ad Hermaeum] *sic sed* -meum *Mg* χ *Gel.*, *corr. Gron.*: *om. B* 10 Micythio] mychitio *B*: michitio ψ: michio ϕ; *u. c.* 38. 1 *adn.*; *cf. c.* 51. 4 *adn.* ab Chalcide *L*: ad Chalcidem *B*χ 11 obsessas] *hic* χ: *post* host. *B*

Aulidem itinere Delium conuertit, ut inde in Euboeam transmissurus.

51 Templum est Apollinis Delium, imminens mari; quinque milia passuum ab Tanagra abest; minus quattuor milium
2 inde in proxima Euboeae est mari traiectus. Vbi et in fano lucoque ea religione et eo iure sancto quo sunt templa quae asyla Graeci appellant, et nondum aut indicto bello aut ita
3 commisso ut strictos gladios aut sanguinem usquam factum audissent, cum per magnum otium milites alii ad spectaculum templi lucique uersi, alii in litore inermes uagarentur,
4 magna pars per agros lignatum pabulatumque dilapsa esset, repente Menippus palatos passim adgressus †eos cecidit, ad quinquaginta uiuos cepit; perpauci effugerunt, in quibus
5 Micythio parua oneraria naue exceptus. Ea res Quinctio Romanisque sicut iactura militum molesta, ita ad ius inferen-
6 di Antiocho belli adiecisse aliquantum uidebatur. Antiochus admoto ad Aulidem exercitu, cum rursus oratores partim ex suis partim Aetolos Chalcidem misisset qui eadem illa quae nuper cum minis grauioribus agerent, nequiquam contra Micythione et Xenoclide tendentibus facile tenuit
7 ut portae sibi aperirentur. Qui Romanae partis erant sub aduentum regis urbe excesserunt. Achaeorum et Eumenis milites Salganea tenebant, et in Euripo castellum Romani milites

50. 11 Delium *φmg Dett.*: bellum *Bχ*; *cf. c.* 51. 1 ut *Bχ*: *secl. Ussing*; *sed u. Madv.*, *Ed.* 2, *p. xviii*; *cf.* 31. 42. 5

51. 1 Apollinis] -inis *χ*: -onis *B*; *cf.* 5. 23. 8 *adn.* Tanagra] -gra *B*: -cra *χ* milium] hic *Gel.* (*'ant. lect.'*): *post* inde (*sed* deinde *ψ*) *χ*: *om. B* proxima Euboeae *Gel.* (*ut supra*): -ma euboea B*ψ*, *sic sed* -mo *φ*; *cf.* 32. 9. 7 2 religione *Edd. uet.*: regione *Bχ* sancto *Frob. 1*: -ta *Bχ* quo *Frob. 1*: quoque *Bχ* (*ut post* sancta) quae *Mg*: *om. Bχ* 3 gladios *χ*: *om. B* uersi *Bφmg*: uerni *χ* 4 †eos] eos *Bχ*: *coni. numerum Crévier bene*, *inde* ccc *Madv.*, *sed de numeris frustra*: crebros *Brakman* perpauci *χ*: pauci *B* Micythio] mychitio *B*: mich- *χ*; *sic etiam* § 6; *u. c.* 50. 10 *adn.* 5 adiecisse] *post add.* se *Bχ*, *del. Edd. uet.* 6 Xenoclide *χ*: exen- *B* 7 Salganea] selg- *B*, *sic* § 8 *Bχ*: seg- *χ*, sag- *L*; *u. c.* 50. 9 *adn.*

pauci custodiae causa loci communiebant. Salganea Menippus, 8
rex ipse castellum Euripi oppugnare est adortus. Priores
Achaei et Eumenis milites pacti ut sine fraude liceret abire,
praesidio excesserunt; pertinacius Romani Euripum tuebantur. Hi quoque tamen cum terra marique obsiderentur et iam 9
machinas tormentaque adportari uiderent, non tulere obsidionem. Cum id, quod caput erat Euboeae, teneret rex, ne 10
ceterae quidem insulae eius urbes imperium abnuerunt; magnoque principio sibi orsus bellum uidebatur, quod tanta insula et tot opportunae urbes in suam dicionem uenissent.

7 loci *Gel.*: -cum $B\chi$ 8 excesserunt $B\chi$: -rant *Mg* 9 tamen *Gel.*: iam $B\chi$ (*post* cum ψ) adportari] ad- *B*: com- χ 10 tanta insula et *Mg*: tantae insulae $B\chi$

Subscr.: Explicit liber xxxv incipit liber xxxvi *BAN*; *ex formula*: . . . liber quintus incipit *E*: Explicit xxxiiii . . . liber xxxv incipit feliciter *L*: . . liber vi' incipit feliciter *V*; *deest in P*

BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
3 1197 00645 7599

DATE DUE

SEP 3 0 1992			
JUL 3 0 [illegible]			
JAN 2 0 1989			
NOV 3 0 [illegible]			
MAY 0 7 2003			
MAY 2 9 2003			

DEMCO 38-297